
Stanford University Libraries
3 6105 117 474 655





P 1322 - 2

EDITIO COLLEGII IURIDICI ACADEMIAE LITTERARUM CRACOVIENSIS.

COLLECTANEA
EX
ARCHIVO COLLEGII IURIDICI.

TOMUS I.



CRACOVIAE,
SUMPTIBUS ACADEMIAE LITTERARUM CRACOVIENSIS.
1895.

WYDAWNICTWO KOMISYI PRAWNICZEJ AKAD. UMIEJĘTNOŚCI W KRAKOWIE.

ARCHIWUM

KOMISYI PRAWNICZEJ.

1

TOM PIERWSZY.



KRAKÓW.
NAKŁADEM AKADEMII UMIEJĘTNOŚCI.
SKŁAD GŁÓWNY W KSIĘGARNI SPÓŁKI WYDAWNICZEJ POLSKIEJ.
1895.

STANFORD UNIVERSITY
LIBRARIES

MAY 27 1983

Kraków, 1895. — Drukarnia Uniwersytetu Jagiellońskiego pod zarządem A. M. Kosterkiewicza.

TREŚĆ.



LIBER FORMULARUM,

ad ius canonicum spectantium, ex actis Jacobi de Kurdwanow episcopi Plocensis maxima parte deprompłarum.

Edidit B. ULANOWSKI.



W piątym tomie Archiwum Kom. Hist. wydałem przed 2 laty zbiór formuł kanonistycznych z czasów Piotra Wysza; równocześnie opisałem kilka późniejszych tego samego rodzaju zbiorów odnoszących się do dyecezyi krakowskiej Przystępujemy obecnie do zaznajomienia badaczów z podobnymi zbiorami, które powstawały w innych dyecezyjach polskich w ciągu w. XV, a mając już przygotowany materyał z całej niemal Polski, będziemy mogli stopniowo ogłaszać wszystko, co tylko na uwagę zasługuje. Rozpoczynamy od dyecezyi Płockiej, której inne zabytki prawnokościelne ukazały się niedawno za naszem staraniem na widok publiczny. Z biskupów płockich Jakób z Kurdwanowa jest niezaprzeczenie jednym z najznakomitszych; nic też dziwnego, że nietylko ustawodawstwo dyecezalne rozwinęło się za jego czasów do niezwykłej świetności, ale że również i inne jego zarządzenia skrzętnie zbierano jako wzory na przyszłość. Formularz płocki nie jest ani równie bogatym jak krakowskie, ani tak jednolitym zbiorem jak kollekcya formuł z czasów Piotra Wysza. Główny zasób jednakże aktów, składających się na ten formularz, pochodzi od samego biskupa Jakóba, tak, że wszystkie inne formuły bądź kanonistyczne, bądź świeckie, które znajdujemy w tym zbiorze, możemy uważać za dodatki i uzupełnienia.

Formularze kanonistyczne polskie z XIV i XV wieku nie odznaczają się tak dalece bogactwem treści, ażeby należało je wszystkie w całości ogłaszać. To, co w tej mierze dotychczas publikowano, wystarcza zupełnie dla scharakteryzowania natury naszych dyecezalnych zbiorów formuł. Przy dalszych wydawnictwach trzeba poprzestać na drukowaniu najważniejszych tylko aktów, a dla oznaczenia zawartości poszczególnych kollekcyj posłużą spisy nagłówków, pomieszczonych nad formułami.

Tymi względami kierowaliśmy się przy wydaniu formularza płockiego. Z 164 formuł ogłaszamy tylko 31, ale z tych każda istotnie zasługuje na pilną uwagę.

Rękopis, na którym edycya nasza polega, pochodzi z bibliotek kapituły płockiej (sig. H, 19). Jest to kodeks papierowy in folio z pierwszej połowy XV stulecia, oprawny w deski powleczone skórą i ozdobione mosiężnymi gwoździami. Na stronie wewnętrznej okładki czytamy notatkę: »1449, 11 Augusti liber Zukowsky«. — Kart liczy nasz rękopis 304 a treść jego jest następująca:

I. Kartka pierwsza zawiera początek podręcznika kanonistycznego, ułożonego w porządku alfabetycznym (Abba sicut dicit glosa etc.).

II. f. 2—73 obejmują traktat, rozpoczynający się od słów »Circa librum quarti sentenciarum queritur primo etc.«.

III. f. 74, 75 zawierają luźne notatki bez znaczenia.

IV. f. 76—121 obejmują traktat teologiczny (Vadam in montem etc.).

V. f. 121—164 zawierają tekst Klementyn.

VI. f. 165—170 znajdujemy summę Jana Andrzejowego o prawie małżeńskiem (Incipit summa Iohannis Andree super titulo de sponsalibus et matrimonio).

VII. f. 171—197 mieści się traktat kanonistyczny, rozpoczynający się od słów »Fecit deus duo luminaria magna etc.«

VIII. f. 198, 199, 200 nie zapisane; f. 201—215 zawierają traktat kanonistyczny o procesie, zaczynający się od słów: »In nomine domini amen. Circa processum iudiciarium in causis delegatis, subdelegatis et ordinariis etc.« — f. 216—219 nie zapisane.

IX. f. 220 znajdujemy 3 listy, ogłoszone w »Acta capitulorum Cracoviensis et Plocensis selecta« Nr. 615—617.

X. f. 221—304 znajduje się formularz płocki, którego treść uwidaczniamy za pomocą dokładnego spisu rubryk:

1. Secuntur excepciones peremptorie (f. 221).
* 2. Excepciones contra rescriptum (f. 222)[1]).
3. Excepciones declinatorie contra appellacionem per devolucionem (f. 224).
4. Replicationes contra easdem excepciones (225⁰).
5. Excepciones contra transumptum (f. 227).
6. Excepciones contra privilegium (f. 227⁰).
7. Excepciones contra testes (f. 229).
8. Excepciones contra testes (f. 230).
* 9. Excepciones contra commissionem in causa beneficiali (f. 232⁰).
10. Allegaciones in iuramentis etc. (f. 233⁰).
11. Absolucio ad cautelam a sentencia canonis (f. 234⁰).
* 12. Processus quando aliquis clericus detinetur per personas seculares (f. 235).
13. Divorcium inter virum et uxorem (Ibid.).
14. Comissio absolucionis (Ibid.).
15. Sequitur quitacio bona (Ibid.).
16. Absolucio a sentencia canonis alicuius (Ibid.).
17. Auctoritas data pro divorcio matrimonii alicui sacerdotum (f. 235⁰).
18. Sequitur forma divorcii (Ibid.).
* 19. [Litterae mandati] [2]) (Ibid.).
20. Citacio simplex. (f. 236).
* 21. Citacio contra concubinarios (f. 236).
22. Citacio contra mulierem, que divagat a viro suo (f. 236⁰).
23. Citacio contra plebanum, qui absentatur ab ecclesia sua et divagat et circa ipsam non residet. (Ibid.).
24. Citacio contra plebanum de concubinatu et aliis criminibus de alienacione rerum ecclesie sue per Epum ex officio facta etc. (f. 237).
25. Item alia in eodem facto (f. 237⁰).
26. Quando aliquis excommunicatur iniuste a plebano, remissio, ut non excommunicetur. (Ibid.).
* 27. Citacio contra presbiterum furem et sedicionem ac tradicionem ingerentem (f. 238).

[1]) Za pomocą gwiazdki (*) oznaczamy formuły w całości ogłoszone poniżej.
[2]) Niektóre formuły pozbawione są rubryk; uzupełniając ten brak, zamieszczamy ułożone przez nas nagłówki w klamrach.

28. Citacio contra intrusum ad ecclesiam parrochialem titulum non habentem (f. 238°).

29. Citacio contra rectorem, qui sepellivit homines in interdicto cimiterio (f. 239).

30. Citacio contra alienatores ac dissipatores bonorum monasterii ex officio facta (Ibid.).

* 31. Citacio contra invasores dotis et ecclesie in villa P. (f. 240).

* 32. Citacio contra sortilegos (f. 241).

33. Citacio ad dicendum contra conservatorium (f. 241°).

34. Citacio ad causam prosequendam (f. 242°).

35. Monicio contra recipientes farinam causa mutui ab Epo vel ab altero. (Ibid.).

36. Monicio contra violatores cimiterii (f. 243).

37. Monicio contra monachos et monasterium, ut suscipiant abbatem consecratum per Epum et obedienciam sibi impendant (f. 243).

38. Monicio contra laicos, qui contra interdictum quosdam mortuos in cimiterio interdicto sine scitu rectoris sepeliverunt. (Ibid.).

39. Monicio contra rectorem, qui inepte est executus citacionem (f. 244).

40. Monicio contra obstinatos confiteri nolentes (f. 244).

* 41. Citacio contra usuras (f. 245).

42. [Litterae] indulgenciarum (f. 245°).

43. Monicio cum sentencia contra maritatas et econverso (f. 245).

44. Indulgencie elemosinas leprosis porrigentibus (f. 246).

45. Dimissoria ab Epo ad alienas partes pro ordinibus (Ibid.).

46. Dimissoria presbitero ad alienam diocesim (Ibid.).

47. Dispensatio ab irregularitate alicuius (f. 246).

48. Processus generalis super illos, qui non ieiunaverunt vigiliam s. Mathie (Ibid.).

* 49. Absolucio sortilegii heretici sive incantatoris (f. 246°).

50. Citacio in causa delegata (f. 247).

51 Monicio cum sentencia in causa delegata (f. 248).

52. Instrumentum insinuacionis appellacionis in duobus locis et variis diebus (f. 248).

53. [Exhibitio citationis] (f. 249).

54. Constitucio procuratoris (f. 250).

55. [Prorogatio capituli per Epum] (f. 250).

56. Tenor libelli, de quo supra fit mencio (f. 251).

57. Tenor carte protestacionis (f. 252).

58. Sequitur tenor litis contestacionis (f. 252°).

59. Sequitur tenor articulorum (f. 253).

60. Tenor carte responsionis, de qua superius fit mencio (f. 253°).

61. Constitucio (f. 255).

62. Sequitur tenor excepcionum (f. 256).

63. Appellacio in facto custodie Plocensis (f. 258).

64. [Protestatio] (f. 258°).

65. Instrumentum execucionis satis bonum (f. 258°).

66. [Constitutio procuratoris] (f. 259).

* 67. [Constitutio procuratoris] (f 259°).

68. Dispensacio clerici, qui suscepit ordines a non suo Epo etc. (f. 260).

69. Sequitur sentencia diffinitiva sub manu publica in factis molendini de Lanthowo (f. 260°).

* 70. Sequitur instrumentum arendacionis villarum etc. (f. 261).

* 71. Littera aperta a Rege Poloniae ad magistrum generalem (f. 262).

72. Instrumentum termini assignacionis appellacioni ad prosequendum in curia Romana (f. 262°).

73. Instrumentum quitacionis de quinquaginta florenis sub manu publica (f. 263).

74. Quitacio sub manu publica (f. 263°).

* 75. Sequitur demonstracio nobilitatis (f. 263°).

* 76. Sequitur quitacio (f. 264).

* 77. Sequitur alia quitacio bona (f. 264).

* 78. Item alia quitacio (Ibid.).

* 79. Quitacio mandatoria (Ibid.).

* 80. Credencia ad principes (Ibid.).

81. Forma ad gradus accolitatus (f. 264°).

82. Forma ac gradus diaconatus per modum provisionis (f. 264°).

83. Presentacio cum littera aperta ad Epum. (Ibid.).

84. Comenda cum citacione aperta in papiro. (Ibid.).

85. Comenda simplex. (Ibid.).

86. Confirmacio cum investitura et debet scribi in pergameno (f. 265).

87. [Approbatio electionis abbatis] (Ibid.).

88. Compulsoria ad extrahendum statutum (f. 265°).

* 89. Instrumentum extraccionis statutorum de ecclesia Plocensi (Ibid.).

90. Instrumentum monicionis (f. 266).

91. Instrumentum acceptacionis et provisionis in factis custodie (f. 266°).

92. Instrumentum monicionis et denegacionis execucionis et denegacionis apostolici mandati (f. 267).

93. Appellacio pro parte Vincencii in factis plebanie de Czechonowo (f. 267°).

94. Instrumentum spoliacionis ac restitucionis litterarum apostolicarum (f. 268).

95. Instrumentum provisionis de vicariatu in ecclesia Plocensi alicui facta (f. 269).

96. Processus aggravacionis (f. 272).

97. Appellacio pro parte principis Serenissimi Semoviti ducis Mazovie (f. 273°).

* 136. [Litterae capituli Wladislaviensis ad papam] (Ibid.).

* 137. [Litterae capituli Wladislav. ad quendam cardinalem] (Ibid.).

138. [Mandatum monitionis] (f. 292).

139. Copia privilegii ducis Conradi (f. 293) cf. Kod. Dypl. Mazow. Nr. 3, necnon Kętrzyński, Triginta documenta etc. Nr. 2.

140. Copia privilegii ducis Semovithi (f. 293) cf. Rzyszczewski et Mucz. Cod. Dipl. Pol. I, Nr. 136.

141. Copia privilegii ducis Iohannis (f. 294) [1].

142. Copia privilegii ducis Boleslai (f. 295) cf. Kod. Dypl. Mazow. N. 14.

143. Protestacio de litteris mittendis in Curiam seu iter arripiendi instrumentum (f. 295°).

144. [Mandatum monitionis] (f. 295°).

* 145. Essencia diffinitive sentencie (f. 296).

* 146. Absolucio per commissionem (f. 296°).

147. Processus de canonicatu (f. 297).

148. [Constitutio procuratoris] (f. 298).

149. Sentencia arbitralis (f. 298).

150. Arbitralis laudacio sive pronunciacio (f. 298°).

* 151. [Copia privilegii ducis Boleslai] (f. 299).

* 152. [Inscriptio dotalitii] (f. 299).

153. Sententia (f. 299°).

154. Sententia diffinitiva (Ibid.).

155. [Accusatio contumaciae] (f. 300).

156. [Accusatio contumaciae] (f. 300).

157. [Citatio] f. 301.

158. Instrumentum execucionis satis bonum (f. 301).

159. [Accusatio contumaciae] (f. 302).

160. Sententia diffinitiva pro parte Iacobi (f. 302).

161. [Mandatum monicionis] (f. 302°).


162. [Instrumentum executionis] (f. 303).

* 163. Sequitur instrumentum procuracionis (f. 303°).

164. [Instrumentum appellacionis] (f. 304°).

---

[1]) Jest to transsumpt przywileju Ziemowita z r. 1257 (Kod. Dypl. Mazow. Nr. 28) wydany d. 11 listopada 1370 r.



1. Exceptiones contra rescriptum.

(f. 222). Coram venerabili in Christo patre etc. Qui vos pretenditis quarundam litterarum apostolicarum falso, correpticie et surrepticie pro parte Petri de C. asserentis se canonicum Gneznensem obtentarum executorem et commissarium una cum aliis vestris collegis cum illa clausula, quatinus vos, vel duo aut unus vestrum etc. — a Sede Apostolica deputatum, quarumquidem litterarum vigore nuper vestris litteris quosdam testes ad perhibendum testimonium veritati venerabilem virum dominum N. S. prepositum G. ad videndum iurare dictos testes citari mandastis de facto, cum de iure non poteratis obstantibus infrascriptis, procurator et nomine procuratorio dicti domini N. prepositi citra appellacionem iurisdiccionis vestre in presenti causa expressa protestatur, quod per hanc et alias quascunque comparicionės fiendas coram vobis per eum vigore dictarum pretensarum litterarum apostolicarum non intendit neque wlt, nisi in quantum de iure artaretur, aliquam iurisdiccionem in vos prorogare, sed comparet et comparebit coram vobis tanquam honorabili viro et domino, qui non potest neque debet vigore ipsarum litterarum aliquam exercere et in se assumere iurisdiccionem seu execucionem facere earundem litterarum ex causis et racionibus infrascriptis etc.

Primo procurator et procuratorio nomine prefati domini N. S. prepositi excipit et excipiendo dicit contra dictas pretensas litteras apostolicas, quod ipse littere apostolice sunt surrepticie et orrepticie per impetrantem easdem falso et dolose impetrate et talia in eis expressa, que si tacita et tacita si expressa fuissent, ipse impetrans dictas litteras apostolicas saltem in ea forma, prout obtente dicuntur, non obtinuisset.

Item ex eo, quod dictus impetrans vos venerabilem patrem et commissarium dictarum causarum apostolicarum obtinuit, ut eo forcius prefatum dominum N. vexaret et earum periculo rerum et corporis exponeret, nam tacuit ipse impetrans in dictis pretensis litteris apostolicis, quod civitas Gneznensis, ubi dictus dominus Nicolaus suam habet mansionem distat a civitate Wratislaviensi ultra tres dietas wlgares et legales, ad quam vos prefatum N. prepositum vestris litteris contra iuris disposicionem traxistis, prout in eisdem literis, ad quas se refert, plenius continetur.

Item ex eo, quod civitas Wratislaviensis non est tutus locus prefato domino N. preposito seu cuilibet nuncio seu procuratori suo ad litigandum seu comparendum coram vobis, nam de civitate Gneznensi versus Wratislaviam sunt densissime silve et loca periculosa et maxime ex eo, quia prefatus Petrus impetrans habet fratres et plures cognatos satis potentes et fortes in ipsa via mansionem habentes, sicud in Cobilino et in Gorca et aliis locis circumvicinis ipse vie, quorum potenciam merito perhorrescit dominus N. predictus et quicunque eius procurator seu nuncius, tamquam capitales inimicos, quibus nullus tenetur se exponere iuxta canonicas sancciones; et sic est verum, publicum, palam et notorium.

Item ex eo, quod N. frater dicti P. impetrantis in favorem eiusdem non multo tempore lapso irruit in curiam dicti dni N. prepositi cum sex balistariis in Gnezno, dum presidebat iudicio, et officio volens eum occidere, nisi deus ipsum dnum N. S. mirabiliter liberasset, et eum tunc diffidavit, prout in instrumentis publicis desuper confectis plenius continetur, ad que se refert excipiens predictus etc.

Item ex eo, quod, [quando] dictus N. prepositus erat ultimo in civitate Wratislaviensi, burgrabius et consules ipsius civitatis campanam in pretorio pulsare fecerunt et valvas civitatis serare facientes dictum dnum Nicolaum incluserunt conantes eum morti tradere, nisi fuisset per Rmum in Christo patrem dnum Dobrogostium Archiepum Gneznensem tunc Epum Poznaniensem et strenuum militem dnum Sandzivogium palatinum Kalisiensem liberatus; palam, publicum et notorium etc.

Item ex eo, quod dictus impetrans fraudulenter et dolose in ipsis litteris pretensis apostolicis expressit, ut lacius eas obtineret et animum dni nostri pape ad concedendum sibi easdem flecteret, quod Rmus in Christo pater dnus Dobrogostius dicte Gneznensis ecclesie Archiepus, licet capitulum suum Gneznense fuissent parati dictum Petrum admittere ad possessionem canonicatus et prebende dicte ecclesie Gneznensis, monitus et requisitus, ut predictum Petrum impetrantem eciam ad huiusmodi possessionem admitteret, qui dixit se velle super hec deliberare, infra terminum a loco, in quo monitus et requisitus erat, ad alium locum non certum se transtulisset et paulo post huiusmodi monicionem et requisicionem facta post monicionem noticiam (s) sentencie honorabilem virum dnum Iohannem Drogicensem custodem ecclesie Cracoviensis consobrinum illustris principis dni Wladislai regis Polonie, cui resistere dicto Petro esset satis grave, in predictis canonicatu et prebenda intrusisset mandassetque eidem Iohanni de fructibus responderi eorundem; que omnia fuerunt et sunt falsa ex eo et pro eo, quod dictus Petrus de Cobilino est nobilis, ita quod quecunque loca Polonie, dummodo vellet, essent sibi tuta; et prefatus dnus Dobrogostius est homo sancte vite obediens mandatis apostolicis et filius obediencie, nec est verisimile ipsum mandata apostolica contempsisse taliter, ut dictus impetrans expressit, dictusque dnus Iohannes Drogicensis fuit absque eo, quod ipse umquam ullo tempore

vigore et auctoritate dicti dni Archiepiscopi receptus in canonicum dicte ecclesie Gneznensis, saltem ad canonicatum et prebendam, de quibus dictus impetratus expressit in litteris apostolicis pretensis, fructus eorundem percepisset; et hoc est etc.

Item procurator ut supra excipit et excipiendo dicit contra dictas pretensas litteras apostolicas, quod dictus Petrus impetrans fraudulenter et dolose expressit in eisdem, ut eas facilius obtineret, quod ex statutis et longewa consuetudine ecclesie Gneznensis cuilibet canonico, prebendario in eadem ecclesia per assecucionem suorum canonicatus et prebende per prepositum vel capitulum eiusdem ecclesie una villa prestimonialis assignaretur, prout eciam villa, quam quondam dnus Iohannes Andree de Trlang obtinebat, prefato dno Abrahe, cum dictos canonicatum et prebendam occuparet, per dictum dnum N. prepositum prefatum assignata fuerat, et quam eciam idem Abraham alios canonicatum et prebendam ipsius Gneznensis ecclesie postmodum assecutus continuando dicebatur obtinere, quod est falsum, ymo falsissimum ex eo, quod dictus impetrans tacuit, quod a fundacione et dotacione dicte preposititure Gneznensis et a tanto tempore, cuius inicii memoria hominum non existit, sunt ville wlgariter nuncupate ville capituli Gneznensis et non prestimoniales spectantes et pertinentes ad ius et proprietatem dicte prepositure ecclesie Gneznensis et habentes respectum tamquam membra ipsius prepositure ad prepositum pro tempore et non ad alium, prout in litteris dicti capituli, ad quas se dictus excipiens refert, plenius continetur, dictique prepositi pro tempore a dictis temporibus dudum et iam prescriptis de diocesi villis, quot, quales et quantas volebant, absque cuiuscunque consensu nullo requisito eciam que canonicis dicte ecclesie Gneznensis per dictos prepositos [pro] tempore assignari consueverant ex eorum liberalitate, ut infra dicetur, pro se et sua mensa retinebant ipsique prepositi ex eorum liberalitate et voluntate non coacti per aliquem nec necessitati aliquando, dum eis placuit, alicui canonico dicte ecclesie Gneznensis saltem bene merito et cui volebant ac residenciam facienti circa ipsam ecclesiam unam, duas vel tres villas de dictis villis ad eorum beneplacita concesserunt, qui canonici non sibi sed dictis prepositis pro tempore fructus faciebant taliter, quod omnia derelicta et aquisita per dictos canonicos in dictis villis sive in pecuniis sive in bladis sive in animalibus sive in aliis quibuscunque rebus essent dni prepositi dicte ecclesie Gneznensis pro tempore et ipse dnus N. prepositus [aliique prepositi] recipere consueverunt et receperunt, in possessione iuris percipiendi eorundem sunt, et est dictus dnus N. S., et fuerunt; et sic fuit et est verum etc.

Item ex eo, quod dictus impetrans fraudulenter et dolore tacuit, ut dictas litteras facilius obtineret, quod plures canonici sunt in dicta ecclesia Gneznensi prebendati priores in adepcionem prebendarum, quam Petrus impetrans antedictus, absque eo, quod aliquam ex dictis villis capituli possideant sive taceant, teneant; et hoc est verum etc.

Item quod dictus impetrans fraudulenter et dolose expressit in dictis litteris pretensis apostolicis, quod [villam] predictam, que per obitum Iohannis dree de Trlang vacavit, post quem obitum dictus impetrans, ut dicitur, prebendam dicte ecclesie Gneznensis acceptavit, ut prefertur, si vacaverit adhuc, vel aliam prestimonialem villam canonicis predicte ecclesie Gneznensis assignari consuetam, cum vacaret, facient dicto P. assignari sibique de fructibus eiusdem responderi, quod est falsum, ymmo prefatus dnus N. prepositus, longe antequam dictus impetrans pretensas litteras apostolicas obtinuit, villam vocatam W., quam dictus Ioh. An. tenebat, Rmo in Christo patri dno Alberto Jastrzambecz nunc Epo Posnaniensi tunc scolastico et canonico Gneznensi concessit, sicque non vacavit, ut dictus impetrans expressit.

Item ex eo, quod dictus impetrans fraudulenter et dolose tacuit, quod longe ante plures menses prefatus dnus N. prepositus, ut sibi licebat, ex dicta consuetudine dicte ecclesie Gneznensis villam S. pro sua mensa recepit post mortem dni Boguslai de Oporow tunc dicte ecclesie Gneznensis canonici ipsamque pacifice possedit, antequam dictus P. impetrans procuravit monere pro eadem dnum prepositum antedictum vigore dictarum litterarum apostolicarum, de quibus ipse impetrans facit mencionem ex commissione vobis, ut dicitur, facta, quodque pro parte dicti dni N. prepositi fuit et est a prefata monicione bene et legitime ad Sedem apostolicam appellatum et causa est super huiusmodi villa in palacio apostolico commissa et pendet indecisa in eodem etc.

Item ex eo, quod dictus impetrans fraudulenter et dolose in ipsis litteris apostolicis expressit, ut eas facilius obtineret, quod altare s. Philippi et Iacobi apostolorum et Blasii martirum situm in ecclesia Poznaniensi vacavit ex eo, quod P. Nemerze olim ipsius altaris rector ad laicalia vota aspirans matrimonium cum quadam muliere extra Romanam curiam contraxit et quod dictus dnus N. prepositus dictum altare occuparet et fructus perciperet ex eodem, quod est falsum nam dictus P. Nemerze fuit absque eo, quod umquam nullo tempore dictum altare tenuit sive possedit aut fructus ex eodem recepit; sed Rmus in Christo pater dnus Dobrogostius nunc Archiepus Gneznensis tunc Epus Poznaniensis prefatum altare prefato dno N. preposito quondam Michaelis de Medzychow officialis Poznaniensis auctoritate ordinaria contulit et infra tempus legitimum sibi providit de eodem, prout in litteris prefati dni Dobrogostii Archiepi tunc Epi, ad quas se refert dictus excipiens, plenius continetur etc.

Item ex eo, quod dictus impetrans fraudulenter et dolose expressit, quod prefatus Iohannes Drogicensis dictis canonicatus et prebende cessisset et ipsos sibi libere dimisisset et dictus dnus N. prepositus monitus et requisitus, ut prestimonium seu certas villas prestimoniales tunc per mortem vacantes B. de Oporow iuxta predictarum litterarum apostolicarum pretensarum tenorem dicto P. assignaret, et quod dictus dnus N. prepositus dictas villas, dicens illas contra ipsum Petrum in lite exponere velle, dicto P. assi-

gnare recusavit, quod est falsum, ymmo falsissimum, ut prefertur, solum et dumptaxat dictus dnus N. prepositus monitus fuit pro una sola villa S. et non pluribus, quam ipse dnus prepositus post mortem dicti Boguslai iam fere per duos annos iusto et canonico titulo ut verus prepositus ex dicta consuetudine tenuit atque tenet longe, antequam ipse impetrans pretensas litteras apostolicas ad V. Ptem obtinuisset, a quaquidem monicione fuit et est bene et sancte appellatum, prout in decima excepcione plenius deducitur; palam etc.

Item ex eo, quod predictus impetrans fraudulenter et dolose expressit, quod prefatus dnus N. prepositus dictas villas post mortem dicti dni Boguslai aliis nobilibus et potencioribus ipsius ecclesie Gneznensis, quos ad assumendum easdem villas [et] ad litigandum cum dicto Petro, quantum potuit, inducebat, conferre pluries obtulit et quamvis per longa tempora nullus ipsorum canonicorum eas acceptare vellet, noviter tamen idem N. prepositus eas uni ex eisdem canonicis, qui antea ut canonicus prestimonium aliud in ecclesia Gneznensi habuit, ut dictum P. impetrantem maioribus vexacionibus gravaret, ipsas villas in toto vel in parte eciam post et contra monicionem et requisicionem predictas de facto dicitur assignasse in magnum ipsius P. dampnum et gravamen apostoliceque sedis contemptum, quod est falsum ymmo falsissimum, nam dictus prepositus, ut prefertur, dictas villas, prout sibi licebat et potuit, ex prescripta et longewa consuetudine dicte ecclesie Gneznensis ac iusto et canonico titulo prefatas villas post mortem dicti dni Boguslai tamquam membra prepositure sue pro se et mensa dicte prepositure retinuit et nunc tenet easdem fere per duos annos pacifice et quiete; palam etc.

Item quod de premissis omnibus et singulis in regno Polonie et diocesi Gneznensis fuit et est publica vox et fama.

Ex quibus et pluribus aliis causis et racionibus suis loco et tempore proponendis et allegandis contra pretensas litteras apostolicas fuisse surrepticias et obrepticias, ut prefertur, ac nullas nulliusque roboris vel momenti aliasque tales, quod nulla vobis sit iuris attributa. Igitur dictus procurator petit nomine [procuratorio] prefatas excepciones tamquam iuridicas ad probandum per vos admitti et terminum ad hoc competentem assignari, ad quas se refert probaturum, citra tamen superfluam probacionem aliquam, si secus factum fuerit per vos, dictus procurator protestatur de gravamine, de appellando etc. [1]).

2. Excepciones contra commissionem in causa beneficiali.

(f. 232⁰). Contra quandam pretensam commissionem impetratam pro parte N. T. ad mensam in presenti causa et vobis dno antedicto noviter,

---

[1]) Akt ten dostarcza ciekawych szczegółów do biografii kanonika gnieźnieńskiego Piotra z Kobylina cf. Korytkowski, Prałaci i kanonicy etc. II p. 264. — Arcyb. Dobrogost zmarł

ut dicitur, presentato excipiendo proponit dnus T. Mathie rector parrochialis ecclesie in D. Transsilvanensis diocesis suo nomine proprio et dicit, quod dicta pretensa commissio fuit et est, prout ex ipsius inspeccione evidenter apparet, subrepticia et obrepticia impetrata falsitate expressa, que veritas, si fuisset expressa et falsitas tacita, dnus noster papa eam non concessisset ullo modo saltem eo, quo dicitur, eam non concessisse.

Expressit enim impetrans dictam pretensam commissionem false, dolose et mendose, ut eam facilius obtineret, quod ipse N. ipsam ecclesiam fuit canonice assecutus, quod omnino caret origine veritatis, cum hoc verum sit, quod dum ipse dnus T. impetrasset a dno nostro papa moderno II Kalendas Iunii pontificatus sui anno primo graciam de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura spectante ad collationem episcopi T. et postea ipsa gracia purificata et dicta ecclesia certo modo vacante idem dnus T. eandem debito tempore acceptavit et de ea sibi optinuit canonice provideri, et ipsa ecclesia fuerit et sit de collacione dicti dni Epi adeo, quod vigore dicte gracie iam erant ligate manus ipsius Epi, quibus premissis non obstantibus dictus dnus N. in dictam ecclesiam temere et de facto se intrusit et de presenti stat intrusus etc.

Item expressit idem impetrans false et dolose et mendose, quod ipse N. a sui origine habuit et habet idyoma thuetunicale, que expressio totaliter est falsa ex eo, quia nedum ipse N. sed pater et avus ac proavus suus nati orti et producati sunt de regno Ungarie et si quam linguam alienam quam wlgaricam ipsi sciverunt vel idem N. de presenti scit, illam sciverunt et sic ab eventu etc.

Item expressit idem impetrans false et dolose in eadem commissione absolute, quod persone habitantes in parrochia dicte ecclesie locuntur theutonicale, et presupposito, sine preiudicio, quod sic foret, non tantum expressit ulterius, quod hoc locuntur ab eventu et quod propria eorum locucio est ungaricalis.

Item tacuit idem impetrans dolose et mendose, ut eam commissionem facilius obtineret, quod rectores ecclesie, qui actenus fuerunt in ea et eam rexerunt ac eciam, quod ipse N. fuerat et sit de nacione et lingwa ungarica et quod habitantes et commorantes tam in dicta villa de D. quam in villis et terris circumvicinis locuntur et sciunt proprie linguam ungaricam etc.

Et ad docendum et ostendendum, quod dicta pretensa sit falsa commissio ac subrepticia et obrepticia et solum causa diffugii et fatigacionis ipsius pauperis dni T. et ad omnem meliorem modum et effectum, qui sibi prodesse potuit, idem dnus T. dat, facit, exibet et producit posiciones et articulos infrascriptos et contenta in eis omnia et singula dat et facit con-

---

14 września 1402 r. (Korytkowski, Arcybiskupi I p. 703), akt więc niniejszy jest wcześniejszym od tej daty.

iunctim et divisim et dispositive de quolibet, quibus petit per eundem N. [partem] adversam medio suo iuramento absque procuratore vel advocato responderi, que si negata fuerint, probare intendit non astringens se propterea ad aliquam probacionem superfluam sed ad ea dumptaxat, que sibi sufficiunt etc.

3. Processus, quando aliquis clericus detinetur per personas seculares.

(f. 235). Jacobus d. g. etc. Quia inicientes manus violentas in quoscunque clericos [in] sacris ordinibus ac in minoribus constitutos sentenciam maioris excommunicationis ipso facto secundum disposicionem sacrorum canonum incurrunt per statutaque provincialia[1]) sanxitum existit, quod capientes sive detinentes quoscunque clericos seculares et regulares in sacris ordinibus constitutos, cuiuscunque status, condicionis vel eminencie fuerint similiter sentenciam maioris excommunicacionis ipso facto incurrunt locaque, in quibus sic clerici capti sive detenti fuerint et in quibus ipsi capientes sive detinentes moram et quamdiu traxerint, ecclesiastico interdicto ipso facto supposita existunt, et quia religiosus vir frater Iohannes abbas monasterii s. Adalberti in castro Plocensi ordinis s. Benedicti religiosum virum fratrem Mathiam rectorem ecclesie sive prepositum in Szczepancowo nostre diocesis temerate incaptivavit ac diris vinculis per diversa loca captivum et ligatum regulari honestate postposita duxit ac enormiter propriis manibus, ut ad nostram noticiam pervenit, verberare et crudeliter affligere non erubuit ac captivum et vinculatum hucusque detinet; quare non est dubium ipsum fratrem Io. huiusmodi sentencias excommunicacionis ac interdicti incurrisse locaque, in quibus dictus frater M. sic, ut prefertur, captivus detinetur et ad que dictus frater Io. devenerit et in quibus et quamdiu moram traxerit, ecclesiastico interdicto foret subiecta. Quare vobis et cuilibet vestrum communiter et divisim etc., quatinus prefatum fratrem Io. citetis etc. ad videndum et audiendum se declarari huiusmodi sentencias excommunicacionis et interdicti incurrisse ac excommunicatum et interdictum propter premissa et quodlibet premissorum communiter et divisim nunciari vel ad dicendum et allegandum causam et causas racionabiles, si quas habuerit, quare declarari et denunciari, ut prefertur, non debeat etc.

4. [Litterae mandati].

(f. 235⁰) Albertus etc. salutem et caritatem. Licet per statuta provincialia est ordinatum et dispositum, landatum, sancxitum et decretum ac expresse cavetur in institutis sacrorum canonum, quod clerici abstineant [a] habitu wlgari seclusi a mundi voluptatibus et deliciis lubricis et crapula et ebrietate eciam prorsus abstineant thabernasque omnino evitent

---

[1]) Cf. Constitutiones Synodi Caliss. an. 1357 habitae, Star. Pr. Pol. Pomniki I p. 410 §. 12.

nisi in necessitatis articulo, itinere constituti et in pompis non intersint, ioculatoribus, istrionibus, goliardis et buffonibus non intendant, secularia officia et negocia abnuant et se in officiis ecclesiasticis et aliis bonis studiis exerceant diligenter, doctrine, leccionibus, psalmis, ympnis, canticis et aliis divinis laudibus iugiter incumbant, coronam, tonsuram et vestes deferant suo proposito congruentes feminarum suspectarum frequentaciones fugiant et eas non foveant nec teneant in domibus propriis[1]), et tamen voce publica et fama validoque clamore gravium et magni status personarum et aliorum plebei status hominum est nobis expositum, quomodo quidam T. dictus C. de Usdiki oppido gerens se pro clerico Posnaniensis dioc. vita, conversacione et honestate clericorum postpositis, voluptatibus mundi et deliciis lubricis, crapula et ebrietate turpiter implicatus armatus per ipsum opidum die nocteque erronee circumiens innocentes homines perturbans et vexans illicite, feminarum suspectarum frequentacionibus consuevit dei timore postposito inherere aliasque plures enormitates in sue detrimentum anime et scandalum christiani populi, quod dolenter referimus, perpetrare. Quare ne perniciose res presumtoribus trahantur in perniciosum exemplum predicta dissimulare non valentes, ut nobis in virtute sancte obediencie et sub excommunicacionis pena mandamus iniungendo, quatinus accedentes personaliter dictum T., si ipsius presencia comode accedi potuerit alias in ecclesiis vestris coram Christifidelibus moneatis salubriter inducendo, ut infra XIV dies vestram monicionem immediate sequentes, quos sibi pro trina canonica monicione et termino peremptorio assignamus, errores, enormitates et alia omnia et singula predicta delicta et ab eis et ipsorum quolibet penitus resipiscat et se nobis propria in persona representet penitenciam de huiusmodi excessibus condignam et salubrem recepturus et se puniri de premissis et premissorum quolibet visurus et auditurus iuxta vim et formam statutorum provincialium predictorum vel infra dictos XIV dies monicionis predicte causam racionabilem et iuri consonam dicat coram nobis et alleget, cur et quare ad premissa non teneatur; alioquin dictum Thomam vestris in ecclesiis coram Christifidelium multitudine ad audiendum divina congregata vestris in dictis ecclesiis et alibi, ubi expedire videritis, excommunicetis et excommunicare faciatis singulis diebus dominicis et festivis, quem et nos dicta canonica monicione premissa ex nunc, prout extunc et extunc, prout exnunc excommunicamus in hiis scriptis Christi nomine invocato, tamdiu premissa exsequentes, donec ad cor et intencionem reddiens veniat in emendam et a nobis aliud super premissis receperitis in mandatis.

[1]) Biskup Albert przytacza w tem rozporządzenia niemal dosłownie postanowienia synodu prowincyonalnego w Uniejowie z r. 1326 (Star. Pr. Pol. Pomn. I p. 398 §. 1).

5. Citacio contra concubinarios.

(f. 236). Jacobus d. g. etc. discreto viro rectori parrochialis ecclesie in C. aut eius vicariis et presentibus requirendis salutem in dno et mandatis nostris firmiter obedire. Dudum iuxta statuta synodalia sub penis et censuris in eis contentis omnibus et singulis clericis et presertim beneficiatis et officiatis per nos extitit prohibitum, ne mulieres suspectas causa libidinis in domibus propriis vel vicinis manifeste vel occulte foverent sed tentas penitus dimitterent nec eas vel alias quascunque loco istarum assumerent quovis modo. Tamen discreti viri Gregorius de Groskowo Catherinam, Petrus de Welgi eciam Catherinam et Mroczko de Choyno Margaretam, rectores ecclesiarum, mulieres suspectas ad ipsam libidinem, prout informati sumus et ex relatu fidedignorum et presertim discreti viri Stanislai decani Lipnensis tamquam nuncii sinodalis per nos ad inquirendum missi, explendam in contemptum dictorum statutorum et in scandalum Christifidelium plurimorum palam et manifeste foverunt et fovere non aborrent, propter quod ipsos et quemlibet ipsorum communiter et divisim easdem penas et sentencias in dictis statutis contentas non est dubium ipso facto incurrisse. Quare predicta dissimulare non valentes vobis committimus ac in virtute sancte obediencie et sub pena excommunicacionis mandamus, quatinus visis presentibus personaliter accedentes prefatos G., P. et M., si ipsorum persone commode accedi poterint, alias in domibus habitacionum ipsorum, in quibus habitare consueverunt et demum in ecclesiis vestris et suis publice coram multitudine Christifidelium et ita quod ad noticiam ipsorum legitime poterit devenire, citetis, quos et nos tenore presencium citamus, ut coram nobis in Ploczsko, vel ubi tunc in nostra diocesi constituemur, ipso die s. Michaelis, que erit XV (s) dies m. Octobris hora terciarum legitime ac peremptorie compareant ad dicendum et allegandum causam racionabilem, cur et quare huiusmodi penas et sentencias incurrisse declarari et beneficiis privari non debeant, alias ad videndum et audiendum contra ipsos et quemlibet ipsorum per nos ex officio iuxta iuris ordinem et formam dictorum statutorum procedi et de premissis et quibuscunque aliis iudicialiter responsuri; certificantes dictos G., P. et M., quos et nos certificamus per presentes, quod sive in dicto termino compareant, sive non, nos, ipsorum contumacia in aliquo non obstante, divina supplente presencia ad declaracionem huiusmodi penarum et privacionem ipsorum extunc servatis servandis procedemus. Datum etc. [1]).

6. Citacio contra presbiterum furem et sedicionem ac tradicionem ingerentem.

(f. 238). Jacobus etc. discreto etc. salutem etc. Quia publica voce et fama ac clamore valido gravium et magni status personarum ac eciam

---

[1]) Cf. w statutach synodalnych Jakóba z Kurdwanowa rozdział »De cohabitacione clericorum et mulierum« (Ulanowski, O Pracach przygotowawczych do hist. praw kan. etc. p. 63).

pro parte, magnifici principis et dni dni **Iohannis** d. g. senioris ducis **Mazovie** nobis expositum existit, quomodo quidam Florianus de W. presbiter nostre diocesis maliciose et fraudulenter ac dolose contra et adversus prefatum Iohannem ducem tradicionem et sedicionem ordinavit et induxit ac dno Iohanni filio dicti dni ducis sexaginta sexagenas grossorum monete Pragensis et LXX florenos et dno B. iuniori filio predicti ducis XII sexagenas gr. dicte monete et rectori ecclesie in Czirsko calicem argenteum ac eciam rectori ecclesie in Gusko (s) palium trium sexagenarum gr. furtive in sue anime pregrave periculum et aliorum scandalum quam plurimorum predictorumque dnorum in preiudicium non modicum ac dampnum et gravamen miserabiliter subtraxit et furatus existit ac eciam apud quosdam institores in Cracovia nonnullas res sine scitu dni B. ducis [filii] prefati dni Iohannis ducis et nomine suo ad valorem XXIIII marcarum Crac. recepit ipsum dnum Iohannem, filium dicti dni Iohannis ducis, sine scitu et mandatis ipsius dictis mercatoribus sive institoribus obligando; quare predicta dissimulare non valentes vobis et cuilibet vestrum committimus et sub pena excommunicacionis, quam in vos et quemlibet vestrum, trium dierum tamen canonica monicione premissa, presentibus incurrere volumus communiter et divisim, nisi mandatis nostris huiusmodi parueritis et quilibet vestrum paruerit cum effectu, districte precipiendo mandantes, quatinus visis presentibus personaliter accedentes prefatum F., si commode potestis, alias in domo habitacionis ipsius, in qua habitare consuevit, et in ecclesiis coram multitudine Christifidelium publice proponentes et quod ad noticiam suam legitime poterit devenire, citetis, quem eciam nos tenore presencium citamus, ut coram nobis XIIma die a tempore citacionis sibi per vos fiende, ubi tunc in nostra diocesi fuerimus constituti, quorum dierum quatuor pro primo, quatuor pro secundo et reliquos quatuor dies pro tercio peremptorio termino ac canonica monicione sibi assignamus ad excusandum et expurgandum se de huiusmodi sedicione et tradicione ac criminibus furti, de quibus apud nos est infamatus et ad quevis obiecta responsurus personaliter compareat, certificantes ipsum, quem eciam nos presentibus certificamus, quod si in dicto termino comparuerit, nos, ipsius contumacia non obstante, ad penas contra tales in iure promulgatas divina paciencia supplente servatis servandis procedemus. Et nichilominus committimus et mandamus vobis, quatinus prefatum F. accedentes personaliter, ut prefertur, si comode potestis, moneatis, quem eciam nos presentibus monemus, ut in continenti se coram nobis ad ponendum fideiussoriam caucionem de parendo iuri in premissis representet. In casu vero, si requisitus per vos se coram nobis representare vel fideiussoriam caucionem ponere noluerit, ipsum nobis representare curetis, invocato ad hoc, si opus fuerit, aminiculo [1]) brachii secularis. In cuius rei testimonium etc.

---

[1]) Cod. anulo.

7. Citacio contra invasores dotis et ecclesie in villa P.

(f. 240). Jacobus etc. discretis viris etc. salutem etc. Quia per sancciones canonicas ac statuta provincialia [1]) est ordinatum, dispositum, laudatum, sanxitum, decretum et expresse cavetur, quod omnes et singuli, cuiuscunque status vel condicionis fuerint, et qui bona, res vel possessiones ecclesiarum vel personarum sive hominum ipsorum publice et manifeste violenter invasores obsederint, vallaverint aut divina officia impediverint aut dotes sive domos ipsarum personarum ecclesiasticarum fregerint et hostiliter destruxerint vel clericos ordinatos wlneraverint, ipso facto sentenciam maioris excommunicacionis vigore dictorum statutorum incurrunt et sunt innodati ac huiusmodi persone et loca, in quibus huiusmodi violencia commissa fuerit et ad quem huiusmodi violenti oppressores devenerint et quamdiu moram traxerint, ecclesiastico interdicto sunt subiecta, prout in dictis statutis plenius continetur; et quia discreti viri B. C. et alii quam plures eorum in hac parte complices dyabolico instinctu inflati, prout ad audienciam nostram manifeste clamoribus et facti evidencia necnon fidedignorum testium deposicione publice pervenit, cum balistis, lanceis, clipeis, gladiis, cultellis, baculis, fustibus et securibus et aliis armis offensilibus et pestiferis contra et adversus discretum virum Nicolaum clericum ministrum ecclesie in P. conspiracione facta ipsum in dicta ecclesia valleverunt, obsederunt et hostiliter custodierunt animo et voluntate interficiendi ipsum dictusque M. Nicolai manu armata ac hostili cum clipeo, lancea, cultello, securi et aliis armis mortiferis circumdatus in foribus ecclesie stans discreto viro M. rectori ecclesie in Po. predicante et divina officia celebrante ipsum M. publice et semper expressum maledixit, improperavit et multa verba criminosa, scandalosa et iniuriosa sibi intulit divinum officium impediendo, omnesque supradicti viri et quilibet ipsorum, communiter et divisim, mala malis cumulando tam equestres, quam pedestres simul congregati, nescitur quo ducti spiritu, dei timore postposito clamantes turpissima verba diversis armis circumdati dotem ipsius M. rectoris ibidem in Pomnichowo circumquaque circumdantes, vallantes et obsidentes animo et voluntate ipsum M. rectorem cum dicto Nicolao clerico et cum tota familia ipsius interficiendi, hostia sive portas ipsius rectoris violenter et hostiliter fregerunt, destruxerunt et multis malis criminosis verbis maledixerunt et oblocuti sunt dictumque clericum N. letaliter wlneraverunt, ita, quod nisi dicti M. rector et N. clericus ac tota familia domestica dei omnipotentis auxilio et proborum virorum interventu taliter, qualiter potuerunt, effugissent, ipsos et quemlibet ipsorum crudeliter occidissent, propter que non est dubium ipsos et quemlibet ipsorum communiter et divisim iuxta sancciones sacrorum canonum ac diffinicionem statutorum provincialium sentenciam

[1]) Cf. statuta Synodu kaliskiego z r. 1357 (St. Pr. Pol. Pomn. I, p. 410 §. 12) oraz Synodu prowincyonalnego z r. 1420 (Ibidem IV, p. 249 rozdział »De penis«).

maioris excommunicacionis et interdicti ac locum, in quo dicta violencia commissa existit, denunciandos fore incurrisse declarari. Quare, ne perniciosa res aliis presumptoribus transeat in perniciosum exemplum et exinde commodum videantur reportare, vobis et cuilibet vestrum communiter et divisim committimus ac in virtute s. obediencie et sub pena excommunicacionis, quam in vos et quemlibet vestrum trium tamen dierum spacio ac canonica monicione premissa presentibus ferimus et promulgamus, nisi ea, que vobis committimus precipientes, feceritis et quilibet vestrum fecerit, districte precipiendo mandantes, quorum dierum unum pro primo, alium pro secundo et reliquum tercium diem pro tercio et peremptorio termino ac canonica monicione vobis et cuilibet vestrum tenore presencium assignamus, quatinus mox visis presentibus personaliter descendentes et quilibet vestrum descendens tu in C. N. et P. de P., tu vero in Wrona Andream etc. et alios omnes eorum in hac parte complices et eorum familias ipsorum et demum vestris in ecclesiis publice coram multitudine Christifidelium citetis, quos et nos tenore presencium citamus, ut coram nobis sabbato proximo ante festum s. Iohannis Baptiste, que erit decima nona dies m. Iunii [1]), in Ploczko vel ubi tunc in diocesi nostra constituemur, legitime ac peremptorie compareant et quilibet ipsorum compareat ad videndum et audiendum ipsos et quemlibet vestrum propter huiusmodi violencias, penas et sentencias sacrorum canonum ac dictorum statutorum provincialium [incurrisse] declarari et alia faciendum, que iuris fuerint et ordo dictaverit racionis, et ad quevis obiecta iudicialiter responsuri vel ad dicendum causam racionabilem, quare premissa fieri non debeant. Et nihilominus ad maiorem evidenciam premissorum prefato M. rectori in Pomnichowo licenciam absentandi ab eadem ecclesia impartimur in his scriptis, certificantes ipsos violentos oppressores et invasores, quod sive tunc compareant, sive non, nos ipsorum contumacia in aliquo non obstante ad declaracionem huiusmodi penarum et ad alia contra ipsos et quemlibet extunc servatis servandis procedemus. Datum in P. etc.

8. Citacio contra sortilegos.

(f. 241). Jacobus etc. discreto viro etc. salutem in dno etc. Ad audienciam nostram ex relatu multorum fidedignorum dudum pervenit et palam famatur, quomodo P. *talis* ibidem in B. manens quedam sortilegia et dyabolicas decepciones propter sui nephandam ingluviem populum domini simplicem seducendo in dampnacionem suorum corporis ac anime perpetuam faciat et facere publice in scandalum plurimorum minime contremescit, quare sortilegiis et decepcionibus suis ymmo pocius dyabolicis de-

[1]) Dzień 19 czerwca przypadał w czasie rządów biskupich Jakóba z Kurdwanowa na sobotę w latach 1400, 1406, 1417 i 1423. W którem mianowicie z tych lat akt niniejszy wydanym został, oznaczyć niepodobna.

ferre non valentes, prout nec debemus, sed ipsas una cum patre earum Sathana persequi et calcare cupientes, ne dominicus grex nobis commissus per huiusmodi decepciones et sacrilegia errare quoquomodo seduccionibus miserabiliter dicti P. *talis* illaqueatus et seductus videatur, quare tibi sub pena excommunicacionis mandamus, quam te trina monicione premissa [scias] presentibus incurrere, nisi exsecutus fueris, quod mandamus, districte iniungentes, quatinus dictum P. ibidem in B., si presenciam ipsius adire commode poteritis alias in domo sua, si ipsam habet et in qua habitare consuevit, et demum in ecclesia tua infra missarum sollempnia coram populo publice et perexpresse ac intelligibili voce cites, quem et nos tenore presencium citamus, ut coram nobis in Ploczko vel ubi tunc in diocesi nostra fuerimus constituti ipso die Decem milia militum, que erit XXII Iunii, legitime ac peremptorie compareat ad videndum contra se pro huiusmodi scandalo et sortilegiis secundum disposicionem canonum per nos procedi alias ad dicendum causam racionabilem, quare propter premissa, tamquam maleficus et seductor, iuxta demerita puniri non debeat, certificantes ipsum, quem et nos presentibus certificamus, quod sive compareat sive [non], nos contra ipsum pro huiusmodi sortilegiis et scandalo ex officio secundum iuris disposicionem procedemus. In cuius rei testimonium etc.

9. Citacio contra usuras.

(f. 245). Jacobus dei et apostolice sedis gracia Epus Ploc. discretis viris in B. C. D. etc. ecclesiarum parrochialium rectoribus salutem in dno et mandatis nostris firmiter obedire. Licet tam veteris quam novi testamenti auctoritas disciplinaque canonica voraginem et pravitatem usurarum, que karitatem extinguit, a licitis et honestis lucris et laboribus homines retrahit et ad ydolatrie cultum inducit, detestatur et dampnat dicente domino: »mutuum date nichil inde sperantes«; propter que iuxta canonicas sancciones ipsi manifesti usurarii ad oblacionem altaris nec ad communionem corporis Christi nec ad sepulturam ecclesiasticam admitti nec absolvi, nisi satisfaccione de omnibus usuris iuxta facultatem ipsorum habita, debent testamentaque ipsorum usurariorum ipso facto sunt nulla domusque ipsis usurariis ad exercendam usuram locantes, dantes vel mutuantes censuris ecclesiasticis plectendi et aliis penis puniendi. Tamen Nicolaus et Machna de Ossek, Petrus et Iohannes de Gum. etc. predicta non advertentes dictisque voragine ac cupiditate excecati in animarum suarum periculum, ewangelicam et ecclesiasticam auctoritatem vilipendentes, crimen et pravitatem usurarum manifestarum, prout veridica informacione et inquisicione canonica sumus informati, exercere non formidant nec verentur; quare predicto officio pastorali excitati dissimulare non valentes vobis et cuilibet vestrum sub penis in statutis sinodalibus contentis precipimus firmiter et mandamus, quatinus dictos Nicolaum, Petrum et Iohannem etc. personaliter accedentes et demum in eccle-

siis parrochialibus et in quibus divina audire et sacramenta ecclesiastica solent percipere coram multitudine Christifidelium moneatis et quilibet vestrum moneat, ut infra quatuordecim dies a die monicionis per vos ipsis communiter et divisim facte ab exercicio huiusmodi criminis ac pravitate usurarum cessent nec ipsum inantea [exerceant] de exercitisque usuris illis, a quibus ipsas exegerunt, iuxta facultatem ipsarum satisfaciant, alias si infra dictum tempus XIIII dierum de huiusmodi usuris non satisfacerint nec ab exercicio ipsarum communiter et divisim, ut prefertur, cessaverint nec se de premissis coram nobis legitime excusaverint, nos dictis XIIII diebus elapsis, quorum quatuor pro primo, quatuor pro secundo et reliquos sex dies pro tercio et peremptorio termino ac trina canonica monicione ipsis communiter et divisim assignamus, ipsos et quemlibet ipsorum, extunc ab oblacione altaris et a communione corporis Christi ac sepultura ecclesiastica amovemus et alias penas in sacris canonibus contentas incurrere in hiis scriptis denunciamus, quos et vos vestris in ecclesiis diebus dominicis et festivis coram multitudine Christifidelium ammotos et incurrisse publice nuncietis, tamdiu premissa facientes, quousque de premissis et quolibet premissorum satisfaciant et a nobis aliud habueritis in mandatis. In cuius rei testimonium presentes sigillo nostro muniri fecimus, litteram reddere iuxta statuta synodalia executam. Datum etc.

10. Absolucio sortilegi, heretici sive incantatoris.

(f. 246⁰). Jacobus etc. discretis viris ad s. B. in P., in R., in K. et in M. ecclesiarum parrochialium rectoribus. Quia Damianus clericus de Borucowo villa nostre diocesis dudum propter quosdam articulos speciem heresim sapientes ac nephariam sortilegam ac incantatoriam sive divinatoriam artem et alios quam plurimos errores fidei catholice ac saluti animarum contrarios cum suis complicibus ac omnibus et singulis huiusmodi divinacionibus et sortilegiis utentibus et sibi in eisdem communicantibus sentenciis excommunicacionis maioris, aggravacionis, reaggravacionis et interdicti fuerint innodati, quem eciam ad nos vocatum et iuxta sancciones canonicas examinatum huiusmodi erroribus respersum reperimus et quia huiusmodi examinacione premissa vel examine premisso coram nobis se errasse recognovit et zelo professionis Christianitatis et fidei catholice religionis compunctus et canonicis ac fidei catholice regulis inductus huiusmodi erroribus abrenunciavit et ligno dominice crucis corporaliter tacto inantea et deinceps tenere et exercere coram nobis abiuravit et se unum deum in substancia et trinum in personis credere ac articulos fidei per sanctos apostolos editos tenere et credere professus est ac sub penis contra tales per sacros canones promulgatos tenere promisit seque cum magna cordis contricione ab huiusmodi sentenciis et censuris absolvi petivit; nos vero attendentes, quod correctis et compunctis ac ad sinum matris ecclesie et unitatem fidei catholice revertentibus venia non est neganda, penitencia salutari ac infrascripta [premissa]

ipsum Da. ab huiusmodi sentenciis et censuris absolvimus et absolutum tenore presencium nunciamus; volumus tamen, quod in partem penitencie vestris in ecclesiis ante processionem, cum ecclesia circuitur, discalceatis pedibus et capite discoperto vadet et in reversione processionis se ante fores ecclesie prosternet corpore usque ad cingulum nudato, quem vos et quilibet vestrum in signum penitencie bis feriis quartis, in B. quinta et in P. feria 2-a, coram multitudine populorum ad fora veniencium per preconem convocancium (s) errorem suum alta et intelligibili voce recognoscat et per huiusmodi iuramentum sic prestitum per ipsum deinceps se non permittat cui in dictis revocacionibus assistere et ipsum, ut bono modo revocet, informare debetis et quilibet vestrum debeat sub excommunicacionis pena et assistet; moneates nichilominus omnes et singulos, qui in huiusmodi errore secum sunt maculati et huiusmodi sentenciis excommunicationis innodati, quod ad nos veniant et se ab huiusmodi sentenciis absolvi faciant et penitenciam recipiant salutarem. In cuius etc.

11. [Prorogatio capituli per episcopum].

(f. 250⁰). Jacobus dei et apostolice sedis gracia Epus Ploc. honorabili viro Mroczkoni officiali Plocensi fratri suo salutem [1]). Officialis dilecte, quia certis et arduis michi occurentibus [negociis] ad capitulum, quod die dominica proxime ventura celebrandum intimaveram, interesse non valeo, sed celebrandum feria tercia post synodum distuli et prorogavi et prorogacionem huiusmodi vobis mitto, ideo dictam prorogacionem ad valvas ecclesie applicari faciatis. Datum in O. XIX die Decembris.

12. [Constitutio procuratoris].

(f. 259⁰). In nomine dni amen. Sub an. Nativitatis eiusdem MCCCCVIII iudiccione I die XXII m. Decembris, Pontificatus Smi in Christo patris... Gregorii divina providencia pape XII anno ipsius tercio hora vesperorum vel quasi in mei imperiali auctoritate notarii publici testiumque subscriptorum presencia ad hoc vocatorum ... in castro Plocensi constitutus personaliter Serenissimus princeps ... Semovitus d. g. dux Mazovie omnibus melioribus modo, via, iure, forma, stillo et consuetudine, quibus potuit et debuit, fecit, posuit, constituit... suum verum et indubitatum procuratorem... honor. virum dnum Paulum prepositum monasterii s. Marie Magdalene extra muros Ploc. Premonstratensis ordinis presentem... ad comparendum nomine et vice dicti dni constituentis coram Rmis... dnis s. Romane ecclesie cardinalibus et aliis prelatis et dnis illustribus principibus et nobilibus Christifidelibus desideratissimis unionem ecclesie dei zelantibus utriusque obediencie sacrum concilium pro unione s. matris eccle-

[1]) Cod. debet.

sie Romane et universalis ecclesie dei et fidei necessitate et ad exstirpandam mortiferam pestem scismatis in proximo festo Anunciacionis b. Marie virginis in civitate Pisana aut alibi in quocunque loco deputato aut deputando deo propicio celebrantibus et ad tractandum, ordinandum, disponendum et faciendum una cum dictis dnis omnia et singula, que ad sacram unionem s. Romane ac universalis ecclesie sunt necessaria seu quomodolibet oportuna, necnon ad prestandum iuramentum licitum et honestum circa premissa et quodlibet premissorum necessarium et generaliter ad omnia et singula... dicendum, faciendum, tractandum... Acta sunt hec anno, indiccione, die, mense... quibus supra; presentibus ibidem nobilibus et honorabili viris dnis Andrea castellano Ploc., Sassino subcamerario Gostinensi et Przeczlao canonico ecclesie Ploc. testibus ad premissa. -- Et ego Jacobus Iohannis de Brest clericus Wladislav. dioc. publicus imperiali auctoritate notarius etc. [1]).

13. Sequitur instrumentum arendacionis villarum.

(f. 261). In nomine dni amen. Sub anno... MCCCCVII, indictione XV d. 8 Octobris... in castro Ploc. et in caminata lignea sive dormitorio superioris domus Illustris principis... Semovithi d. g. ducis Mazovie in mei notarii publici testiumque infrascriptorum ad hoc vocatorum specialiter et rogatorum presencia constitutus personaliter vener. vir dnus Dirslaus prepositus et canonicus Ploc. ecclesie bona temporalia tantum ipsius prepositure... ad spacium duorum annorum... prefato principi dno Semovito duci Masovie... arendavit... prefatus quoque dnus Semovitus dux racione et occasione arendacionis... temporalium bonorum dicte prepositure... quolibet dictorum duorum annorum quadraginta sexagenas et tres sexagenas gr. pragensium vel prutenicalis monete... in die s Nicolai confessoris in Ploczko debet et tenebitur solvere et dare... ac se... ad dandum et solvendum... Rdo... dno Jacobo d. g. Epo Plocensi... approbante submisit... et fideiussores... dnos Paulum de Radzonowo vexilliferum Plocensem, Szasszinum subcamerarium Gostinensem milites, necnon Andream archidiaconum, Dadzbogium cantorem et Swathoslaum custodem Plocenses... posuit... Verum, si quod absit, prefatus dnus dux Semovitus aut filii sui... dictam pensionem... quadraginta trium sexagenarum... impedierit... ipsi [autem] dni fideiussores... persolvere... sicud se submiserunt... non curaverint, extunc prefatus Rdus... dnus Jacobus Epus Ploc. ipsos videlicet tam dnum Semo-

[1]) Długosz (Hist. Pol. III p. 574—576) przedstawiający bardzo obszernie dzieje koncylium pizańskiego i wyliczający wielu polskich biskupów i duchownych na synodzie obecnych, nie czyni przecież żadnej wzmianki o Pawle proboszczu Premonstratenzów płockich. Nie wypływa stąd jednak, aby Paweł zamierzonej podróży do Włoch nie odbył i życzenia księcia mazowieckiego na Soborze nie przedstawił.

vitum ducem, quam eciam fideiussores supradictos sentenciis excommunicacionis maioris et interdicti innodare... ac terram sive districtum Gostinensem ecclesiastico interdicto subicere... tenebitur... Verum eciam si aliquem ex filiis ipsius dni ducis equivalentem dignitatem in dicta Ploc. ecclesia vel alias infra dictum spacium duorum annorum habere et assequi contigerit,... extunc dnus prefatus prepositus cum eodem filio dicti dni ducis propter bonum pacis et in favorem ipsius dni ducis dictam suam prepositurам pro dicta dignitate promisit permutare... Presentibus... dno Jacobo d. g. Epo Ploc. ac... Mathia rectore ecclesie de Gostinino canonico Plocensi, Nicolao de Wilkowo vicethezaurario, Nemerza capitaneo Ploc., Petro plebano Sochaczoviensi et Przeczslao notario publico familiaribus ipsius dni ducis, Plocensis, Poznaniensis et Gneznensis diocesis et aliis quam pluribus fidedignis etc. — Et ego Petrus de Glovina... imperiali auctoritate publicus notarius etc.

14. Littera aperta a Rege Polonie ad Magistrum generalem.

(f. 262). W. dei gracia rex Polonie Litwanieque princeps supremus et heres Russie etc. magnifico et vener. dno Cunrado de Jungingen ordinis b. Marie Jerosolimitani domus Theutunicorum de Prussia mgro generali sinceri favoris continui incrementum. Accedet ad vos strenuus Petrus capitaneus noster Dobrinensis miles noster fidelis, cui quasdam legaciones cum plena et sufficienti informacione nostre intencionis commisimus vobis oretenus referendas, vestram sinceritatem petentes, quatinus eidem Petro in dicendo ex parte nostri fidem pro hac vice velitis adhibere creditivam. Datum etc.

15. Sequitur demonstracio nobilitatis.

(f. 263⁰). J a c o b u s d. g. Epus etc. universis et singulis tam presentibus, quam futuris tenore presencium deducimus, quod ortis controversiis ac causa et causis coram nobis inter Archambaldum advocatum sive scultetum de S. parte ex una ac Ni., Io. et P. f e o d a l e s [1]) nostros de et super infamacione condicionis status, detractione nobilitatis per dictum Ar. dictis Io., N. et P. obiectorum asserentem ipsos non esse de nobili prole, genere sive de patre nobili procreatos, ipsis N., Io. et P. se nobiles ac de genere et patre nobili procreatos fore asserentibus ac proclamacionem sui generis *Ybiczna* sive *Kuszaba* ac clenodium sive signum lapidem molarem cum instrumento *paprzicza* wlgariter dicto designare; nos vero in huiusmodi causa et causis secundum morem et consuetudinem Maszovie et nostre episcopalis (s) procedentes dictis N., Io. et P. certum et peremptorium terminum

---

[1]) Co się tyczy szlachty pozostającej w stosunku lennym do biskupa płockiego lub innych dygnitarzy dyjecezyi płockiej cf. zapiskę z 3 kwietnia 1506 ogłoszoną w »Acta capitulorum Crac. et Ploc. selecta« p. 130 N⁰ 533.

ad probandum se nobiles sive de nobili genere et de dictis proclamacione et clenodio fore et esse procreatos assignavimus; in quo quidem termino dictis N., Io. et P. comparentibus, Ar. minime comparente nec se legitime excusante, prefati N., Io. et P. huiusmodi termino satisfacientes ad probandum se fore nobiles et [ex] dictis genere, proclamacione et signo, ut prefertur, procreatos quandam litteram iudicialem B. iudicis et A. subiudicis olim terre sive districtus Ploc. sigillis ipsorum B. et A. sigillatam iudicialiter produxerunt; ex cuius littere tenore evidenter constabat, quomodo progenitores dictorum N., Io. et P. per quendam A. capitaneum Ploc. de genere nobilitatis fuissent infamati, qui progenitores ipsorum coram dicto B. et A. nobiles et de dictis genere et proclamacione fore et esse se probaverunt et ad evidenciam et testimonium premissorum huiusmodi litteram iudicialem dictorum B. et A. obtinuerunt. Nos vero huiusmodi littera cum omni diligencia visa et auscultata aliisque coram nobis deductis dictis et productis, communicato consilio nobilium virorum Iunosii Czechonoviensis et Dobeslai Warszeviensis iudicum, quos eciam pro assessoribus nostris recepimus, servatisque servandis, dictos N., Io. et P. nobiles et de dictis genere, proclamacione et signo, ut premittitur, pronunciavimus, declaravimus, decrevimus ac tenore presencium et in hiis scriptis pronunciamus, decernimus et declaramus, ipsi Ar. super huiusmodi infamacione et detraccione perpetuum silencium imponentes, ipsum nichilominus ad penam *panczdzeszant* dictis N., Io. et P. consuetam pro huiusmodi infamacione solvi condempnantes. In cuius rei testimonium nostrum etc.

16. Sequitur quitacio.

(f. 264). Nos N. cantor et canonicus Ploc. necnon subcollector fructuum et proventuum camere Sedis Apostolice debitorum in dioc. Ploc. per Rdum in Christo patrem dnum J. de Gwidotis Epum Pnollensem collectoremque in regno Polonie et provincia Gneznensi generalem specialiter constitutus universis, quibus expedit, tenore presencium recognoscimus publice profitentes ab honorabili viro dno Przibislao, rectore parrochialis ecclesie s. Katherine in Probosczewicze Ploc. dioc. predicte, pro annata seu mediis fructibus nomine camere duas sexagenas gr. Prag. numeri Polonicalis manualiter et realiter recepisse et habuisse, de quibus quidem duabus sexagenis ipsum dnum P. et ecclesiam suam predictam ac eciam omnia bona sua mobilia et immobilia tenore presencium absolvimus et quitamus, pactum facientes predictas duas sexagenas ab ipso dno P. de ulterius non petendo. Actum et datum in civitate Ploc. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum.

17. Sequitur alia quitacio bona.

(f. 264). Nos H. miseracione divina tituli s. Anastasie sancteque Romane ecclesie presbiter cardinalis dictus Neopolitanus ac decanus Ploc. pre-

sencium [tenore] fatemur manualiter habuisse et recepisse ab honorabili P. etc. de B. etc. per manus honorabilis K. etc. LX florenos etc. nobis racione arende decanatus nostri Ploc. pro anno tali etc. debitas, de quibusquidem LX florenis etc. dictos dnos P. et K. eorundemque heredes et successores quitamus, absolvimus et penitus liberamus per presentes. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum.

18. Item alia quitacio.

(f. 264). I. heres de K. castellanus Cracoviensis tenore presencium fatemur a provido N. Bochnero supario salis utriusque centum marcas grossorum Prag. Polonicalis numeri pagamenti pro et super necessariis Serenissimo principi dno ac dno W. regi Polonie comparandis nos recepisse cum effectu, a quibus quidem C marcis monete et numeri prefatorum prefatum Nicolaum solutum, liberum reddimus et quitamus, id est *wolnego czynimi*, per presentes. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum.

19. Quitacio mandatoria.

(f. 264). W. dei gracia rex Polonie etc. fideli nostro Nicolao Bochnero tali et tali. Fidelis noster, tibi mandamus, quatinus mox visis presentibus strenuo nostro fideli Nicolao heredi de G. triginta bancos salis, duo stamina Machalensis [panni], et X marcas paratas des et assignes, a quibus premissis te absolvimus et quitamus per presentes. Datum tali loco, anno dni etc.

20. Credencia ad principes.

(f. 264). Excellentissimo principi et dno dno W l a d i s l a o d. g. Regi Polonie etc. J a c o b u s dei et apostolice sedis gracia Epus et capitulum Ploc. oraciones cum debito famulatu in Christo devotas. Princeps Serenissime et dne graciose. Quia ad vestre Mtis conspectum nobilem P. exhibitorem presencium pro nonnullis ecclesie nostre et nostris factis et negociis eidem vestre Mti exponendis duximus transmittendum, vestre Serenitati supplicando, quatinus ipsum P. benigne exaudire et in exponendis huiusmodi factis et negociis nostri ex parte fidem credulam dignemini adhibere, in vita eterna premium ab altissimo reportaturi. Datum etc.

21. Instrumentum extraccionis statutorum de ecclesia Plocensi.

(f. 265⁰). In nomine dni amen. Sub anno... MCCCCXII d. X m. Januarii... in choro cathedralis ecclesie Ploc. post decessum Smi... dni Gregorii pape noni [1]) prima die m. Octobris vita functi in mei notarii...

---

[1]) Zachodzi tu niewątpliwie pomyłka; w początku XV w. na stolicy apostolskiej zasiadł Grzegorz XII a nie IX i ten zmarł d. 18 Październiku 1417; mowa tu więc prawdopodobnie o Bonifacym IX, który istotnie zmarł 1 Października ale w r. 1404.

presencia constitutus coram honor. viro dno Johanne vicecustode ecclesie Ploc. tanquam compulsore sive commissore per Rdum in Christo patrem et dnum Jacobum d. g. Epum Ploc. iudicem ordinarium ad extrahendum et exhibendum litteras, privilegia, instrumenta, statuta provincialia et sinodalia et quecunque munimenta de archio et de libris statutorum in ecclesia Ploc. existencium dato et deputato in causa, que coram ipso Rdo patre inter discretum virum T. rectorem ecclesie de Paluka et Stanislaum de Sandomiria clericum Crac. dioc. procuratorem et instigatorem dicti Rdi patris officii ac per ipsum et per Rdum patrem deputatum vertitur de et super concubinatu et aliis per dictum P. perpetratis, constitutus personaliter discretus vir rector scole castri Ploc. procurator substitutus per dictum S. instigatorem sive procuratorem principalem per ipsum Rdum patrem dnum Jacobum Epum Ploc. ut prefertur, inter discretos viros S. rectorem ecclesie de Paluka et officium suum predictum constitutus ad instigandum officium suum in causa et causis vertentibus coram eo de et super concubinatu et aliis excessibus litteram commissionis seu compulsorie mandatum dicti Rdi patris in se continentem eidem dno Johanni vicecustodi scriptam debite coram me notario... presentavit ipsumque vicecustodem cum debita instancia requisivit, ut iuxta tenorem mandati dicti Rdi patris privilegia, instrumenta et quecunque munimenta dictam causam concernencia exhiberent et alias execucioni demandarent; qui quidem dnus Johannes vicecustos huiusmodi mandato... parere volens recepit et sic exequi paratum se exhibuit, et tunc prefatus B. contumaciam dicti T. non videntis huiusmodi litteras, statuta, privilegia et quecunque munimenta extrahi et exhiberi iuxta terminum per dictum Rdum patrem sibi assignatum accusavit et in contumaciam ipsius huiusmodi litteras, privilegia, munimenta et statuta et presertim statutum sinodale, quod incipit: »Quamvis clerici in suscepcione sacrorum ordinum votum continencie emittunt« [1]), sibi exhibere et extrahi postulavit. Qui quidem Johannes vicecustos, dicto T. non comparente nec huiusmodi litteras, scripturas, instrumenta et quecunque munimenta extrahi et exhiberi videre curante, usque tamen ad horam debitam expectari continuare reputavit et in ipsius contumaciam librum statutorum, qui in choro dicte ecclesie Ploc. in pulbito dependet affixus, exhibuit et huiusmodi statutum per me notarium infrascriptum de verbo ad verbum nichil mutando in presencia sua fideliter mandavit extrahi, cuius statuti de verbo ad verbum tenor sequitur et est talis: »Quamvis clerici in suscepcione sacrorum ordinum tacite votum continencie emittunt, multi tamen clerici huiusmodi voti immemores etc« Quo statuto sic, ut premittitur, per me de dicto libro fideliter de verbo ad verbum scripto, extracto et collacionato, prefatus P. de premissis omnibus et singulis a me notario publico instrumentum confici... [peciit] etc.

[1]) Cf. Ulanowski, Prace przygotowawcze etc. p. 63, oraz Starod. Prawa Pol. Pomn. IV p. 209.

22. [Processus sinodalis].

(f. 280⁰). I. d. g. Epus Ploc. venerabilibus ac honorabilibus viris dnis abbatibus, prioribus, prepositis, decanis, archidiaconis, scolasticis, cantoribus, custodibus, cancellariis, officialibus, ceterisque prelatis et canonicis tam ecclesiarum cathedralium, quam collegiatarum nostre diocesis totique capitulo ecclesie Ploc. necnon rectoribus omnibus et singulis ecclesiarum parrochialium aut eorum vicesgerentibus in decanatu Czirvenensi et alias ubilibet constitutis salutem in domino et mandatis nostris sub pena excommunicacionis infrascriptis firmiter obedire. Quia nonnulla ardua facta et negocia ecclasiarum nostre cathedralis et cuiuslibet vestrum nunc occurrencia et communiter nos et vos et quemlibet vestrum communiter et divisim tangencia ac incumbencia tractanda, discucienda, disponenda, ordinanda, expedienda et inevitabiliter discucienda nobis vobiscum occurrunt et instant; quare vos et vestrum quemlibet communiter et divisim primo, secundo, tercio et peremptorie requirimus et monemus vobisque nichilominus in virtute s. obediencie et sub excommunicacionis pena et statutorum sinodalium, quas vos et quemlibet vestrum communiter et divisim extunc, trina tamen canonica monicione premissa, presentibus incurrere volumus, nisi mandatis nostris huiusmodi parueritis et quilibet vestrum paruerit cum effectu, districte precipiendo mandamus, quatinus feria secunda proxima ante festum s. Martini, que erit dies octava m. Novembris, aliis postpositis, cessantibus tamen legitimis impedimentis quilibet vestrum supradictorum communiter et divisim in superpilicio, stola et cum statutis provincialibus et sinodalibus, prout alias quilibet vestrum ad proximam Sinodum habere debuit, sub penis in Sinodo preterita tunc promulgatis, ideo, ut dictas penas tunc promulgatas evitetis, de mane hora terciarum in Plock et ad premissa facienda ac super huiusmodi factis et negociis tractandis, discuciendis tractaturi, dispositturi, ordinaturi et expedituri cum dictis statutis provincialibus et sinodalibus ac duobus caponibus compareatis et quilibet vestrum compareat propria in persona, vel se canonice excuset, quam feriam secundam pro peremptorio termino vobis et cuilibet vestrum communiter et divisim presentibus assignamus, alias si secus feceritis vel aliquis vestrum fecerit vel se canonice non excusaverit, extunc prout exnunc et exnunc prout extunc in vos et quemlibet vestrum communiter et divisim excommunicacionis sentencias et statutorum penas tenore presencium promulgamus ac vos et vestrum quemlibet, ut prefertur, communiter et divisim huiusmodi excommunicacionis sentencias et statutorum penas ipso facto incurrisse declaramus, absolucionem vero omnium et singulorum nobis tantum modo reservamus. Datum etc.

23. [Mandatum absolucionis].

(f. 290⁰). Jacobus d. g. Epus Plocensis discretis viris vicariis in Banthkowo et aliis, qui presentibus fuerint requisiti, salutem in dno et mandatis

nostris firmiter obedire. Quia nobilis Bronislaus de Bantkowo ex eo, quod quendam hominem in cimiterio crudeliter occidit, per processus nostros sentenciis excommunicacionis extitit innodatus, verum quia nonnulli amici pro ipso nobis supplicarunt, ut ipsum B. infra certum tempus, infra quod nobis pro pena satisfacere posset, absolveremus, ideo vobis committimus et mandamus per presentes, quatinus dictum Bronislaum, si humiliter pecierit, ab huiusmodi sentenciis excommunicacionis nostris auctoritate nostra, iniuncta sibi penitencia salutari, in forma ecclesie a die date presencium infra spacium duarum septimanarum tantum absolvatis et absolutum nuncietis, quem et nos absolutum nunciamus in hiis scriptis, alias si secus fecerit et dictus Bronislaus infra dictum tempus duarum septimanarum nobis satisfacere non curaverit pro pena, extunc prout exnunc et exnunc prout extunc dictum B. in pristinas sentencias reinducimus ac excommunicatum denunciamus per presentes. Datum in Ploczko.

24. [Litterae Semoviti ducis Cirnensis d. 31 Januarii 1342 confectae].

(f. 290v). Semovitus dei gracia dux Cirnensis fideli suo Johanni filio Dobrogostii palatino de Drogiczin salutem et omne bonum. Tenore presencium tibi cupimus notum esse, quod felicis recordacionis pater noster adhuc existens bene sanus in nostra presencia et suorum baronum religioso viro abbati Cirvenensi et eidem ecclesie Zuzolam et omnia, que pertinent ad eam, [cum] attinentibus, que ibi possunt inveniri, restituit pleno iure possidendam, prout ipse ante possidebat, quam restitucionem nos patris nostri necnon nostram ratam habentes gratanter confirmamus in hiis scriptis. Quare vestram fidelitatem rogamus intime, ut bona iam dicta in nullo penitus impediatis et nostri causa eos, qui sub tua potestate sunt ad [1]) solucionem proventuum et reddituum compellatis et quidquid iam dicto abbati vel eius nuncio dederint, nobis sciant esse datum. Nos vero eis, qui ibi informant, intrandi et exiendi omnem damus securitatem, ipsorum autem bonorum castellano de Camene proteccionem et defensionem comittimus, ut nostro nomine et auctoritate iniurias a quibuscunque illatas pro suo posse defendat. Datum in Varszovia pridie Kalendas Februarii A. D. MCCCXLII°.

25. [Litterae capituli Wladislaviensis ad papam].

(f. 292). Sanctissimo in Christo patri ac dno nostro metuendo dno Urbano, divina providencia sacrosancte Romane ac universalis ecclesie summo pontifici, N. decanus totumque capitulum ecclesie Wladislaviensis vestri humiles et devoti cum debita reverencia pedum oscula beatorum. Quia vacante ecclesia Wladislaviensi per obitum pie memorie devoti Stis V. dni S. olim

---

[1]) Cod. et.

Epi ecclesie predicte, nos considerantes invasiones, occupaciones, incendia et rapinas presertim in bonis ecclesiarum Regni Polonie ex commocione regnicolarum assidue fieri et inhumaniter committi, quibus ut salubrius, quantum ab alto conceditur, posset obviari, convenientes in unum et maturis tractatibus inter nos pluries prehabitis, tandem statuto die ad eleccionem futuri pontificis celebrandam omnes unanimiter nullo penitus discrepante in vener. virum dnum B. prepositum ecclesie nostre ex nobili parentela procreatum in ordine sacerdotali constitutum vita et morum honestate preclarum direximus vota nostra, eligentes ipsum in nostrum et ecclesie nostre predicte Epum et pastorem, per cuius circumspectam industriam, divino iuvamine mediante, et suorum propinquorum nobilium grata subsidia speramus indubie fortalicia et possessiones occupatas recuperare posse ac queque desolata et direpta in melius reformare maleficosque invasores et raptores reprimi et compesci. Quamobrem Sti V. humiliter ac genibus provolutis duximus supplicandum, quatinus eadem Stas V. sibi tanquam benemerito de ipsa ecclesia providere dignaretur graciose, alicui episcoporum provincie Gnezn., quod eundem in Epum consecret, benigniter committentes, nam idem electus propter guerrarum incomoda et diversos eorum insultus et scismata nobilium, que pronunc peccatis exigentibus vigent nimie, ad curiam Stis V. sine corporis et rerum periculis nequit pervenire, quia novit altissimus, quod plus ecclesie providebitur quam persone. Omnipotens conservare dignetur Stem V. per tempora longiora regimini felici ecclesie sue sancte. Datum etc.

26. [Litterae capituli Wladislaviensis ad quendam cardinalem].

(f. 292). Devotis oracionibus reverenter premissis, Rde pater et dne graciose, vestre Reverencie humiliter supplicamus, quatinus ecclesiam nostram electumque ipsius ac nos in proteccionem vestram assumentes electum nostrum predictum, ut sua electio sorciatur effectum, apud dnum nostrum papam promovere dignemini graciose, dei omnipotentis et nostrarum oracionum ac serviciorum ob respectum; idem electus propter guerrarum et rapinarum continuos insultus, que nunc peccatis exigentibus in regno Polonie multiplices excreverunt et proch dolor hiis peiora, nisi deus averterit, evenire formidantur, ad curiam Romanam sine corporis et rerum periculis ad presens nequit aliqualiter pervenire, nam novit altissimus, quod plus ecclesie providebitur, quam persone. Datum etc. — Vestri oratores capitulum ecclesie Wladislaviensis Rdo in Christo patri ac dno nostro dno Da. tituli s. Pancracii presbitero cardinali reverenter dicendum (s).

27. Copia privilegii ducis Johannis (d. 11 Novembris 1376).

(f. 294). In nomine domini amen. Noverint universi tam presentes quam futuri, ad quorum noticiam scriptum presens contigerit pervenire,

quod nos Johannes, dei gracia dux Vysnensis, Varszoviensis, Zacroczimiensis dominusque et princeps Czechonoviensis, progenitorum nostrorum vestigiis inherentes eorumque cupientes fieri ydoneus imitator, attendentesque, quod creatura non habet, quid respondeat pro meritis creatori, presertim zelum ac devocionem habentes specialem ad ecclesiam s. dei genitricis Virginis Marie kathedralem Plocensem, necnon ob remedium animarum nostre ac predecessorum nostrorum privilegium ac libertates concessas a duce condam Mazovie felicis recordacionis, videlicet domino Semovitho infrascripto, quas in privilegio sufficienti examinacione premissa vidimus contineri, iustis precibus venerabilis in Christo patris Dobeslai dei gracia episcopi Plocensis et sui capituli inclinati, ratas et gratas habentes innovamus et nichilominus presentis scripti patrocinio ex certa sciencia confirmamus. Cuiusquidem privilegii tenor dinoscitur esse talis:

Sequitur privilegium ducis Semoviti anno 1257 concessum [1]).

Preterea licet ville ecclesie Plocensis infrascripte videlicet *Grochovo, Goslave* et *Camon* cum suis pertinenciis eadem gaudent libertate, qua alie ville ecclesie gaudent, nichilominus tamen ad maiorem cautelam easdem villas et alias quaslibet eiusdem ecclesie Plocensis in terris nostris Czechonoviensi et Zacroczimiensi in ducatibus et dominio nostro consistentes ab omnibus solucionibus, exaccionibus, angariis quocunque nomine censeantur, facimus liberas et solutas, ita eciam, quod *przevod* rusticanum non ducent, caniductores, falconarii et venatores easdem villas non intrabunt; alii multi libertatis articuli, dum super eis aliquid dubitacionis emerserit, ex eorum privilegiis loco et tempore aptis ostensis plenius liquebunt. In cuius rei testimonium et evidenciam pleniorem presens privilegium scribi iussimus et nostri sigilli maioris munimine fecimus roborari. Actum et datum in Czechonowo in die b. Martini Confessoris anno domini MCCC° LXXVI presentibus strenuis et nobilibus viris dnis: Martino iudice, Petro vexillifero Czechonoviensi, Fallantha vexillifero Zacroczimensi, Paulo vexillifero Warszoviensi, Junossyo subcamerario Zacroczimiensi capitaneo nostro generali, Stanislao subiudice Czechonoviensi, Floriano cancellario Zacroczimiensi et Nicolao vicecancellario curie nostre, qui presencia habuit in commissis, et aliis quamplurimis nostris fidelibus et fidedignis.

28. Essencia diffinitive sentencie.

(f. 296). In nomine dni amen. Dudum felicis recordacionis dnus Urbanus divina providencia papa VI quandam commissionis sive supplicacionis cedulam quondam venerabili et circumspecto viro dno Thome de Ambrevilla, legum doctori canonico Leodiensi capellano suo sacri palacii causarum au-

[1]) Kod. Dypl. Mazow. Nr. 28.

ditoris, per certum suum cursorem presentari fecit, quam cum ea, qua decuit reverencia per ipsum recepisse noveritis tenorem, qui sequitur, continentem: exponitur Beatitudini vestre, quod pro parte devotissimi filii Stis V. illustris principis dni Johannis ducis Mazovie, quod cum terre ducatus predicti maxima latitudine diffuse per gentiles christiane fidei et christianorum inimicos fuerunt proch dolor hostiliter et manu valida in obprobrium christiane fidei ad magne desolacionis ruinam deducte et desertate ac inhabitabiles, inculteque diucius permanentes propter eciam carenciam populi christiani, tandem Theuthunici et alie naciones advene per inclitos principes duces Mazovie benigno favore [sunt] locati ad easdem terras possidendas, et quamquam habitatores dictarum terrarum decimas integras, prout debuerunt, de terris per eos cultis et aliis Epo Ploc., qui fuit pro tempore, ac clero Ploc. et Rdo patri dno Stiborio nunc Epo et clero ipsius solverunt, nichilominus tamen nuper prefatus Rdus pater dnus Stiborius Epus Ploc. monuit et mandavit eciam sub penis excommunicacionis, suspensionis et interdicti sentenciis de terris predictis solvere et dare ultra debitum sibi et clero suo, in maximum preiudicium et gravamen vasallorum et eciam dicti dni ducis, propter que pro parte ipsius dni ducis fuit ad S. Sedem Apostolicam et Stem V. appellatum. Quare supplicatur eidem Sti V. pro parte dicti dni Johannis ducis, quatinus causam et causas appellacionis predicte necnon negocii principalis etc.

Christi nomine invocato pro tribunali sedentes et habentes pre oculis solum deum, de dnorum coauditorum nostrorum consilio et assensu per hanc nostram diffinitivam sentenciam, quam ferimus in hiis scriptis, pronunciamus, decernimus et declaramus, quod omnes et singulas decimas manipulares sive campestres scilicet: tritici, siliginis, ordei, avene, pisis, miley, canapis, papaveris et cuiuslibet alterius seminis crescentis sive nascentis in villis Myszewo, Czesle, Rambowo, Wyssegrod, Zacroczim, Czechonowo et in aliis omnibus et singulis villis, oppidis, prediis, possessionibus et terris ducatus dicti dni Johannis ducis Mazovie Plocensis dioc. ad predictos Epum et capitulum Ploc. communiter et divisim pertinuisse et spectasse ac pertinere et spectare debere ipsasque per incolas et inhabitatores dictarum villarum, oppidorum, possessionum et terrarum dicti ducatus dni Johannis ducis Mazovie Ploc. dioc. Epo et capitulo solvendas et adiudicandas fore et adiudicamus mandataque et inhibiciones ac penas et minas in eas contentas per dictum dnum Johannem ducem incolis sive inhabitatoribus ac vasallis dictarum villarum Mysszewo, Czesle, Rambowo, Zacroczim, Wyssegrod, Czechonow et aliarum villarum, oppidorum, possessionum et terrarum dicti ducatus dni Johannis ducis Mazovie Ploc. dioc. contra ipsos de non solvendis dictis decimis factas fuisse et esse temerarias, illicitas et iniustas ac temeraria, illicita et iniusta ac de facto presumptas et presumpta ipsasque predictum Johannem ducem non licuisse fecisse nec debere, easdem revocandas fore et revocamus, dictoque Johanni duci super huiusmodi decimis ac mandatis, inhi-

bicionibus, penis et minis, incolis et vasallis predictis factis, perpetuum silencium imponendum fore et imponimus, ipsumque ducem in perceptis singulis annis a tempore mote litis in mille quingentis sexagenis gr. Prag. monete et in expensis coram nobis in hac causa factis legitime condempnandum fore et condempnamus, quarum expensarum taxacionem nobis in posterum reservamus. Data, lata, scripta promulgata hec presens diffinitiva sentencia per ipsum quondam Thomam auditorem prefatum Rome in palacio causarum apostolico, in quo iura reddi solent, ipso inibi mane, hora terciarum, ad iura reddendum in loco suo solito pro tribunali sedente, sub anno a Nativitate dni MCCCLXXX nono, indiccione XII, die Veneris XXX m. Julii etc.

28. Absolucio per commissionem.

(f. 296⁰). J a c o b u s d. g. Epus Ploc. universis et singulis personis ecclesiasticis secularibus et regularibus ac rectoribus parrochialium ecclesiarum seu eorum locatenentibus et personis spiritualibus vel secularibus quibuscunque per civitatem et dioc. nostram Ploc. ubilibet constitutis salutem in dno et mandatis nostris firmiter obedire. Litteras absolucionis et commissionis presbicide Rmi ... Anthonii ... presbiteri cardinalis dni nostri pape supremi penitenciarii ... per Johannem de Szalesicze laicum nostre dioc. nobis presentatas nos cum ea, qua decuit, reverencia recepisse noveritis huiusmodi sub tenore: »Venerabili ... Epo Ploc. vel eius vicario in Spiritualibus Antonius ... presbiter cardinalis salutem ... Sua nobis Johannes de Szalesicze laicus vestre dioc. lator presencium peticione monstravit, quod olim, prout lacius vobis exponet, instigante dyabolo Stanislaum de Bandzyslaw p r e s b i t e r u m i n t e r f e c i t, propter quod in excommunicacionis incurrit sentenciam in tales generaliter promulgatam; super quibus supplicavit humiliter sibi per Sedem Apostolicam de oportuno remedio misericorditer provideri. Nos igitur auctoritate dni pape, cuius penitenciarie in absencia Rdorum in Christo patrum dnorum Antoni Portuensis et Petri Tusculanensis ... Eporum, dicti dni pape maiorum penitenciariorum, ad presens curam regimus, ipsum laicum a dicta sentencia et huiusmodi presbicidii reatu ac peccatis suis aliis ad vos in forma ecclesie consueta remittimus absolutum, mandantes ei inter alia sub debito prestiti iuramenti, ut per omnes maiores ecclesias illius loci, ubi tantum facinus fuit perpetratum, n u d u s e t d i s c a l c i a t u s, b r a c h i i s d u m t a x a t r e t e n t i s, f e r e n s v i r g a m i n m a n i b u s e t c o r r i g i a m c i r c a c o l l u m, si secure poterit, i n c e d a t e t a n t e f o r e s i p s a r u m e c c l e s i a r u m a p r e s b i t e r i s e a r u n d e m p s a l m u m p e n i t e n c i a l e m d i c e n t i b u s s e f a c i a t v e r b e r a r i, c u m i n e i s a d e r i t p o p u l i m u l t i t u d o, p u b l i c e c o n f i t e n d o r e a t u m s u u m. Et si ecclesie, cui dictus presbiter occisus serviebat, si non satisfecit, satisfaciat competenter, et si aliquod feodum ab ipsa eclesia tenuit vel ius patronatus obtineat in eadem, ipse et sui heredes illis perpetuo sint privati. Et ne minus vindicte, quam

excessus huiusmodi memorie prorogetur, eius liberi propter hoc inhabiles censeantur ad beneficium ecclesiasticum obtinendum, nisi cum eis super hoc fuerit per Sedem Apostolicam misericorditer dispensatum. Vos autem, culpa ipsius diligenter considerata, iniungetis inde sibi auctoritate predicta penitenciam talem, que sibi sit ad salutem et aliis ad terrorem. Ceterum si que mandatorum facere contempserit, in dictam sentenciam relapsum se noverit ipso iure. Datum Rome apud S. Petrum sub sigillo dicti dni Antonii maioris penitenciarii VI Kalendas Maii Pontificatus dni Johannis pape XXIII anno primo *(d. 26 Aprilis 1411)*. — Absolutus est per me fratrem Martinum de Slesia dni pape penitenciarium. — Post quarum quidem litterarum presentacionem sumus per prefatum Johannem requisiti, ut ad declaracionem absolucionis ipsius ... procedere dignaremur. Nos vero Jacobus Epus prefatus ... ipsum Johannem adiecta sibi penitencia salutari absolutum fore per Sedem Apostol. declaramus ... Actum et datum sub anno dni MCCCCXI ... X Junii ... in civitate Plocensi ... Et ego P. de S. clericus Ploc. dioc. auctoritate imperiali publicus notarius etc.

29. [Privilegium ducum Boleslai et Henrici d. 22 Maii anno 1161 monasterio in Czerwinsk concessum] [1]).

(f. 299). Notum sit omnibus tam futuris quam presentibus, quod ego Boleslaus, beneficio dei dux Polonie nominis huius nuncupacione quartus, pro remedio anime mee iure perpetuo ecclesie sancte dei genitricis Marie in Cirvenszk hec possidenda dedi scilicet: *Zascowi* cum omnibus suis appendiciis, *Pomnichow* pariter cum omnibus appendiciis, *Comsina* cum omnibus suis [appendiciis], *Parlin* cum *Radossevicze* et Nedan cum suis filiis in pistrinum — Ego insuper hec Henricus eiusdem Boleslai frater germanus eidem ecclesie dedi forum scilicet *Cochow* cum tabernariis et transitu, Sdiwi cum sorte sua et aliis sortibus duabus cum appendiciis. Acta sunt hec in consecracione Lanciciensis ecclesie XII Kal. Junii anno ab incarnacione domini M⁰C⁰LXI⁰ presentibus Polonie ducibus: Çasimiro et filio ducis Mesconis Odone; presentibus eciam terre eiusdem episcopis: archiepiscopo videlicet Johanne, Matheo Cracoviensi, Valtero Vrateslaviensi, Vernero Mazoviensi, Onoldo Cruspincensi; presentibus eciam terre nobilibus scilicet: domino Jaszone, Spenteslao, Szyra, Jano, Sassino, Ilik, Gnewomiro, Gregorio, Clemente, Pomnano, Stephano et filiis Seboronis Crista, Ottone, Seboro, Manczina cum fratribus, Martino Sulcovicz, Przecslao, Vidone, Dobeslao, Rathibor, Besdrow, Martino, Cristino, Vito, Spentopelco, Vroczisz et aliis quam-

[1]) Dokument ten ogłosił dr. Piekosiński (Kod. Dypl. Małop. II, Nr 373) według transsumptu z r. 1417 i kopii zamieszczonej w kopiarzu Czerwińskim, pochodzącym z końca XV w. W obec tego, że tekst niniejszy w niektórych szczegółach się różni od tekstu dotychczas znanego, uważaliśmy za stosowne go ogłosić, tem bardziej, że rękopis, z którego w danym wypadku korzystamy, pochodzi z pierwszej połowy XV w.

pluribus tam clericis quam laicis. Quicunque hec supradicta dona violare vel auferre voluerit, a deo et supradictis episcopis et a cuncto clero excommunicatus sit in hoc seculo et in futuro et in inferno sit possessio eius. Amen.

30. [Inscriptio dotalitii].

(f. 299). Semovitus dei gracia dux Mazovie etc. Significamus omnibus et singulis presentibus et futuris, quibus expedit, universis presencium noticiam habituris, quod accedens ad nostram presenciam S. de B. sanus utroque spiritu existens nobili ac virtuose domine T. sue legitime conthorali sexaginta sexagenas grossorum monete Prutenicalis in et super sua porcione hereditatis B. dotavit ac nomine et racione veri dotalicii wlgariter dicti *wyano* assignavit. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in P. ipso die s. G. vidue anno domini MCCCCXIII.

31. Sequitur instrumentum procuracionis.

(f. 303⁰). In nomine dni amen. Sub anno... MCCCCXII... d. 6 m. Septembris... in domo habitacionis honorabilis viri dni Alberti canonici et officialis Warszoviensis in mei notarii... presencia... dnus Paulus Grzymislai decanus s. Johannis Bapt. collegiate Warszoviensis Pozn. dioc. et canonicus Ploc. cathedralis ecclesiarum cancellariusque illustris principis et dni dni Johannis ducis Mazovie et Russie intendens iter arripere per remotas locorum distancias ex mandato et commissione specialibus eiusdem dni ducis versus terras Ungarie ad Serenissimos principes dnos Wladislaum Polonie etc. et Sigismundum Ungarie reges ad videndum et audiendum tractari inter eos de pacis federibus et concordie et displicenciis ac dissensionibus, controversiisque inter eos habitis extinguendis et sopiendis et ad proponendum coram eisdem dnis regibus nomine dni Johannis ducis predicti contra quosdam hostes et inimicos ipsius de et super quibusdam iniuriis atque dampnis et ad disponendum, procurandum et ordinandum coram eisdem dnis regibus bonum pacis et concordie ipsius dni ducis et sibi subiectorum et ad cetera faciendum, de quibus per eundem dnum ducem existit informatus, discretum et circumspectum virum dnum Martinum Alberti de G. clericum Ploc. dioc. fecit, constituit... suum verum et legitimum procuratorem...



KILKA ZABYTKÓW

USTAWODAWSTWA KRÓLEWSKIEGO I WOJEWODZIŃSKIEGO

w przedmiocie handlu i ustanawiania cen.

Podał

B. Ulanowski.



Na drugim zjeździe historyków polskich we Lwowie Prof. Maryan Sokołowski przedstawił zgromadzonym licznie badaczom obszerny i z wielką znajomością rzeczy wypracowany referat »O znaczeniu i potrzebie badań nad historyą handlu w Polsce« [1]).

Wywody uczonego profesora nie zostaną zapewne martwą literą i muszą wywołać znaczniejszy ruch na polu badań, u nas prawie zupełnie dotychczas zaniedbanych.

Niebawem, jak się o tem dowiedzieliśmy, ma się ukazać pierwszy tom wydawnictwa poświęconego źródłom historycznym miasta Poznania. Będzie to niezmiernie pożądane uzupełnienie do publikacyi, którą od lat już wielu prowadzi Prof. Piekosiński, przygotowujący z niezmierną skrzętnością materyały do historyi miasta Krakowa.

Zorganizowanie archiwów miejskich w Krakowie i we Lwowie pozwala również wnosić, że w ustanowionych przy nich urzędnikach

---

1) Pamiętnik drugiego zjazdu historyków Polskich etc. (Referaty) Nr. 25, str. 1—19.

nauka zyska pracowników, którzy badania swoje zwrócą między innemi także ku celom przez Prof. Sokołowskiego wytkniętym.

W zacytowanym referacie nie znajdujemy wzmianki o jednym rodzaju zabytków, które przecież, jeżeli ich więcej ukaże się na widok publiczny, rozjaśnią wiele kwestyj dokładniej, niżeli konstytucye sejmowe, zawierające przepisy o handlu i przemyśle w Polsce.

Są to cenniki albo taryfy ogłaszane przez wojewodów i normujące ceny najrozmaitszych przedmiotów wyrabianych przez rzemieślników lub dowożonych przez kupców i sprzedawanych na targach polskich. W chwili kiedy Prof. Sokołowski pisał swój referat, takich cenników było znanych tylko trzy [1]), (tem się zapewne tłomaczy zaznaczone przez nas opuszczenie), obecnie jednak p. Bostel ogłosił jeszcze jeden taki zabytek [2]) z r. 1565, który chociaż późniejszy od cennika Piotra Kmity, treścią jednakże nad dotychczas znanymi góruje. Zestawiając przepisy tych czterech cenników, obejmujących okres sto kilkudziesięcioletni, można już wiele interesujących poczynić wniosków, ale nie ulega wątpliwości, że zgromadzenie większej liczby taryf wojewodzińskich, i to z kilku województw, dałoby dopiero możność odtworzenia polityki handlowo-przemysłowej prowadzonej w Polsce konsekwentnie od schyłku XV stulecia.

Z dotychczas znanych cenników wojewodzińskich odnoszą się prócz jednego wszystkie do ziemi krakowskiej, ale nie ulega wątpliwości, że i w innych województwach ogłaszano podobne ustawy [3]).

---

[1]) Cennik etc. ogłoszony przez Piotra Kmitę, wojewodę krakowskiego, w r. 1538 wyd. B. Ulanowski (Sprawozdania komisyi językowej Akad. Umiej. T. III), Taxa żywności i rozmaitych rzeczy etc. z r. 1573 (Niemcewicz, Zbiór Pamiętników T. III, str. 449 nstpn.), oraz »Taxa rerum vendibilium« ustanowiona d. 10 października 1661 r. dla ziemi dobrzyńskiej przez Alberta Świeżawskiego, podwojewodziego dobrzyńskiego. (Lauda sejmików ziemi dobrzyńskiej ed. Fr. Kluczycki, str. 29).

[2]) Taryfa dla województwa krakowskiego z r. 1565 (Archiwum komisyi hist. Akad. Umiej. T. VI).

[3]) Co się tyczy województwa lubelskiego np., wynika to z wyroków z r. 1538, które ogłaszamy pod Nr. IV, V; o takichże cennikach dla ziem ruskich wspomina król Zygmunt August w kilku dokumentach z r. 1566. Cf. Akta Grodzkie i Ziemskie T. X, Nr. 1328, 1370, 1371, 1383. Cennik ziemi dobrzyńskiej, przytoczony powyżej, pochodzi wprawdzie z r. 1661, ale wspomniany w nim jest dawniejszy; a i ten z pewnością nie

Z nacisku, jaki wszystkie niemal pomniki ustawodawstwa ziemskiego, począwszy od statutów warckich, kładą na atrybucye wojewody w sprawie ustanawiania cen, można wnosić, że jeżeli nie król, to w każdym razie szlachta czuwała z wielką pilnością nad tem, aby wojewodowie lub podwojewodzi obowiązków swych nie zaniedbywali. Czy dadzą się kiedy odszukać ślady ustaw wojewodzińskich z XV wieku, przesądzać nie możemy; jako bowiem ustawy administracyjne, zazwyczaj o krótkotrwałej mocy obowiązującej, nie wzbudzały one interesu, skoro tylko nowe w tej mierze rozporządzenia wchodziły w życie. Okoliczność ta jest niezawodnie główną przyczyną stosunkowej rzadkości tego rodzaju zabytków, nawet z wieków późniejszych.

Szczęśliwym trafem jestem w możności uzupełnić szereg cenników wojewodzińskich krakowskich kilkoma nieznanymi jeszcze, a obfitością przepisów zasługującymi na szczególną uwagę. Dołączywszy kilka aktów pokrewnej natury, które niebawem zostaną wyliczone i objaśnione w krótkości, ogłaszam złożony w ten sposób zbiorek w nadziei, że który z naszych ekonomistów pokusi się o przedstawienie na podstawie dość już obfitego materyału stosunków handlowo-przemysłowych w ziemi krakowskiej w XVI stuleciu. Aby w tej mierze osiągnąć odpowiednie rezultaty, należałoby ułożyć indeks rzeczowy do wszystkich taryf ziemi krakowskiej i uwidocznić przy każdej pozycyi stopniowe zmiany, które z biegiem czasu ze względu na każdą z nich występują na jaw. Od szczupłego cennika z r. 1538 do najobszerniejszego z r. 1589 przedział jest bardzo znaczny, a poszczególne stopnie, którymi rozwój w tej sferze stosunków się posuwa, odnaleść można w taryfach z lat 1561, 1565 i 1573.

był pierwszym, jaki ustanowionym został dla tej części Mazowsza. Pan Pawiński w obszernem swem dziele »Dzieje Ziemi Kujawskiej« wspomina (T. I, str. 234 uwaga 1) o licznych »Taxae rerum« z XVI i XVII stulecia, które oblatowano do ksiąg grodzkich w rozmaitych województwach polskich. Można się spodziewać, że p. Pawiński do licznych swych, a tak cennych wydawnictw, dołączy także niebawem zbiór taks wojewodzińskich, przez co spełniony zostanie postulat tych wszystkich, których historya handlu i przemysłu w dawnej Polsce interesuje.

Zanim jednakże przystąpimy do wyliczenia zabytków, objętych niniejszym zbiorkiem, poświęcić wypadnie słów kilka omówieniu tych wzmianek w ustawach polskich, które określają władzę wojewodzińską w przedmiocie ustanawiania cen czyli taks »wszelakich rzeczy ku żywności i potrzebom ludzkim należących«.

Najdawniejszym w ogóle, znanym u nas, cennikiem »rerum vendibilium et emptibilium« jest ten, który Dr. Piekosiński ogłosił w Kod. Dypl. Miasta Krakowa [1]). Składa się on z dwóch części, ogłoszonych po raz pierwszy wedle rozumowania wydawcy w październiku r. 1396 i ponownie na jarmarku majowym z r. 1413. Część pierwsza zaczyna się od słów następujących:

»Validi ac nobiles viri domini Petrassius Rpiszka curie, Jacussius coquine magistri, Nawogius de Lankawa, Petrassius de Szczekoczin subdapifer Serenissime principis domine nostre graciose Regine Polonie, Borko de Tschczenecz et Andreas de Sprowa, per ipsam dominam Reginam ad infrascripta specialiter deputati, cum circumspectis consulibus civitatis Cracoviensis de universis et singulis infrascriptis vendibilibus et emptibilibus tam in terra quam in civitate Cracoviensi costitutis, melioribus quibus potuerunt modis, salvo tamen meliori consilio concordarunt, composuerunt ac amicabiliter pro publico communitatis conservando convictu ordinare statuerunt«.

Ostatnie wyrazy części pierwszej brzmią: »Ficus, amigdala, uve passe etc. modo statui non possunt, quia pro presenti non adducuntur, sed cum venerint, statuentur iuxta formam«.

Część drugą znacznie krótszą układali: »domini Clemens vicecancellarius, Petrassius Rpischka, Navogius de Lankawa nomine domini nostri Regis Polonie«.

Kazimirus, dei gracia Rex Polonie, Magnus Dux Lithwanie, Russie, Prussieque dominus et heres etc. Significamus tenore presencium, quibus expedit universis, quomodo attendentes non modica gravamina, deordinaciones et preiudicia, que per mercatores forenses et regni nostri circa vendicionem et empcionem in civitatibus nostris Poznaniensi et Gneznensi committebantur, propter quam indebitam empcionem et vendicionem subditi et mercatores civitatum prefatarum nullam commoditatem aut utilitatem habere valuerunt: ideo volentes civitatibus nostris prefatis Poznaniensi et Gneznensi et earum incolis condicionem facere meliorem, volumus, ut omnes et singuli mercatores forenses, advene et regni nostri indigene, cuiuscunqne status fuerint, hanc infrascriptam ordinacionem et posicionem statuti omnibus et singulis mercatoribus per affixionem publicam insinuandam circa vendicionem et empcionem quarumcunque rerum inviolabiter teneant et observent et modo introscripto vendant et emant: inprimis IV talenta croci, IV lapides piperis, IV lapides cimini, IV lapides smigmatis, IV lapides ficuum, IV lapides uvarum passarum, IV lapides timinii, IV lapides amigdalarum, IV lapides thuris, IV lapides zucari, VI talenta zinziberis, IV talenta gariofilis, IV talenta muscati, IV talenta cinamoni, IV talenta galange, IV talenta florum muscati, IV talenta serici, IV talenta cithwari, IV lapides risii, X ulnas axamenti, cuiuscunque generis sit; X ulnas damasci, IV [petias] thaffti, IV petias tele, [IV petias] sinaboffe, IV uncias auri, VI petias barchani, VI petias tele, IV resas papiri, IV harasii, III petias panni nobilis, III medias (s) panni Ostrodomiensis, IV petias panni Stribreth, IV pannecos alias forstath, IV petias cere, centum pelles, medium lasth mellis, medium last de alecibus, IV centenarios de pennis, IV centenarios arvinae, IV centenarios sepi, X lapides lanae, IV millia adropitarum alias schonwerg, IV millia mustellarum, IV centa mardurum, IV sorocos sabellorum, IV

centa migdalium, IV foderaturas alias *koschky*. Quamquidem ordinacionem, posicionem et formam statuti in omnibus suis articulis et punctis, duntaxat ad beneplacitum voluntatis nostre, mandamus tenendum et observandnm sub pena X marcarum pro meliori reformacione et emendacione civitatum prefatarum Poznaniensis et Gneznensis convertendarum. Harum, quibus sigillum nostrum presentibus est subappensum, testimonio litterarum. Datum in convencione generali Piotrkoviensi feria 2da prox. post festum Exaltacionis S. Crucis A. D. MCCCCLIX. *(d. 17 Septembris 1459).* — Relacio Johannis de Brzezie doctoris utriusque iuris R. P. vicecancellarii.

II.

Sigismundus, dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithwaniae, Russiae Prussiaeque dominus et heres, significamus tenore praesentium, quibus expedit, universis praesentium notitiam habituris, quia cum orta fuisset controversia inter famatos praeconsulem, consules ac totam communitatem civitatis nostrae Poznaniensis, ab una, et Iudeos eiusdem civitatis, ab altera partibus, occasione emptionis et venditionis certarum mercium et rerum victui humano necessariarum, talem inter partes ipsas discussionem et medium, partibus ipsis utrinque sponte ac libere expresseque etiam consentientibus, adinvenimus et decrevimus perpetuo observandum: inprimis ipsi Iudei res et merces sericas etiam et auro contextas alias *zlothoglow* vendere per cubitos non debebunt, solummodo petiis alias *stukamy*, vel etiam pro exigentia vestis cuiuslibet tam masculinae quam faemineae cidere et vendere facultatem habebunt, sericum autem tantum ad libras talenti et non lotos vendere debebunt, alias vero res mercinas, utpote barchanum, *czwelich*, praetextas et his similes, petiis tantum et non per cubitos vendere debebunt; de pipere vero ipsi Iudei minus vendere non poterint, preterquam per unum aut plures lapides et similiter cimini, crocum autem non aliter vendere debebunt, tantummodo ad libras talenti vel talentorum. Alias vero herbas generaliter omnes non aliter vendere debebunt, nisi ad lapidem seu ad lapides. Item res omnes victui humano pro ieiuniis convenientes et servientes non aliter vendere debebunt, quam cumulatim alias *ogolnie:* saccis, vasis parvis et magnis vel etiam cochinis. Item telae Colnensis communis vendere minus non debebunt praeterquam duabus petiis; communis autem censebitur petia telae, quae non excedet praetium unius marcae cum media pecuniae; sed telas petiarum praetii maioris vendendi facultatem omnimodam habebunt, telas autem communes, videlicet Rutenici et domestici laboris, vendere poterint et debebunt per ulnas pro arbitrio ipsorum. Aurum autem et argentum filatum minus vendere non debebunt, praeterquam duabus unciis alias *czewky*. Item pannos quoscunque per cubitos vendere et cidere non debebunt, solum modo stamine integro vendendi facultatem habebunt. Et si contigerit aliquem

ex Iudeis praefatis stamen panni purpuriani habere, non debebit illud ad cubitos cidere et vendere, nisi prius praeconsuli vel seniori pannicidae revelaverit et narraverit, quod tale pannum purpuriani habet ad vendendum, quod si illud emere voluerint, emere poterint et facultatem habebunt praetio competenti; alias si post narrationem huiusmodi per Iudeum factam die ipsa pannum eiusmodi pannicidae Poznanienses non emerint, extunc Iudeus ille pannum illud vendet, prout melius poterit, etiam per cubitos, nulla contradictione praeconsulis et pannicidarum in eo obstante. Item ipsi Iudei cutes bovinas minus VIII emere non debebunt, cutes arietum minus X, cutes vitellinas minus X, cutes agnellinas minus VI, cutes vulpinas minus V, cutes mardurinas minus IV emere non debebunt in foro commnni. Item lanae agnellinae minus unius cum medio lapidis emere non debebunt, lanae tam vernalis quam aestivalis minus duorum lapidum emere non debebunt. Item nullus Iudeorum res quascunque ad forum civile commune ducendas in suburbia et plateas occurrendas emere debebit, donec prius ad forum commune deductae seu devectae fuerint, vel alias quod iam de foro communi non venditae deveherentur, tales res ubique ipsis Iudeis emere licebit emereque poterint; forisantibus etiam Christianis res quascunque Iudei praepedire non debebunt, quousque christianus ab illa re discesserit. Item Iudei nullas testitudines in circulo Poznaniensi ipsis pro depositis ordinare aut convenire debebunt, nec etiam habitationes seu cameras clausas neque aera alias *przetrow* ipsis ibidem in circulo ordinare et convenire debebunt. In plateis autem ubique in civitate nostra Poznaniensi, ubi commode poterint, testitudines et clausas cameras ad deposita ipsis conveniendi et ordinandi facultatem omnimodam habebunt, absque praeconsulis, consulum totiusque communitatis civitatis nostrae Poznaniensis praefatae contradictione. In circulo autem in domibus civium inferius, ubi ipsis ordinare poterint, lanas et cutes deponere ac comportare poterint et debebunt. Item pro nundinis annualibus Poznaniensibus res omnes vendere et emere libere facultatem habebunt, prout et alii indigenae, cives et mercatores Poznanienses etiam et advenae et hospites facere consueverunt. Quae omnia et singula praemissa Iudei praefati Poznanienses tenere et observare debebunt sub poena unius sexagenae pecuniae et totiens, quotiens ipsi Iudei seu aliquis illorum contra articulos suprascriptos vel articulum quemlibet seorsum excesserint vel aliquis eorum excesserit, totiens poenam unius sexagenae succumbent vel ille, qui excesserit, succumbet. Quam poenam Iudeus excessor in praetorio apud praeconsulem reponet et reponere debebit. Praeconsul vero Iudeo reversale in scriptis de poena reponenda tradere et dare tenebitur, cuius poenae medietas pro palatino Poznaniensi et altera medietas civitati Poznaniensi cedere debet. Si vero Iudeus poenam huiusmodi se scucubuisse negaverit, extunc coram senioribus Iudeis iurabit, quod non sit reus in poena. Quibus omnibus ita, ut praemissum est, constitutis, auctoritatem nostram regiam interponimus, decernentes eam ipsam constitutionem pariter et decretum per ipsas partes

perpetuo fore tenendum et inviolabiliter observandum. Quocirca vobis ipsis praeconsuli et consulibus totique communitati civitatis nostrae Poznaniensis mandamus, omnino habere volentes, ut praedictos Iudeos praesentes et futuros, cuiuscunque status et ordinis fuerint, et circa praesentem ordinationem pariter et decretum nostrum conservetis, nec eos amplius turbetis et vexetis, sed potius tueamini ac defendatis nunc et in perpetuum et secus fieri nolumus. Harum [quibus] in testimonium sigillum nostrum est appensum. Datum Cracoviae in conventione generali feria 6-ta ante Dom. Oculi prox. A. D. MDXXIII, regni vero nostri anno decimo septimo. *(d 6. Martii 1523).*

III.

Constituciones rerum venalium infra sequuntur, Piotrkoviae sunt laudatae, innovatae et approbatae 1525.

Sigismundus, dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae Prussiaeque etc. dominus et heres. Universis et singulis principibus tam spiritualibus quam saecularibus, reverendissimis ac reverendis in Christo patribus dominis archiepiscopis, episcopis necnon magnificis, generosis, nobilibus, famatis et providis palatinis, castellanis, capitaneis, tenutariis, terrigenis, nobilibus, officialibus et eorum vicesgerentibus, civitatumque et oppidorum tam nostrorum quam quoruncunque subditorum nostrorum magistris civium necnon consulibus, civibus, oppidanis et eorum communitatibus et generaliter omnibus subditis nostris spiritualibus et saecularibus cuiuscunque status, sexus, conditionis et praeeminentiae in regno nostro existentibus sincere et fidelibus nobis dilectis salutem et gratiam nostram regiam. Sincere et fideles dilecti, manifestum vobis esse volumus et praesentium litterarum serie declaramus in proximo Piotrkoviensi conventu per nos et consiliarios regni nostri in praesentia nuntiorum terrestrium, qui ex omnibus terris regni nostri cum plena potestate ad tractandum et constituendum super omnibus rei publicae necessitatibus ad ipsum conventum missi erant, varia sententiarum disceptatione actum esse de his constitucionibus, quae in alio conventu, etiam Piotrkoviensi, anni praeteriti communi omnium consilio ac consensu factae erant, ut scilicet aromatum omnium, vini, auri et argenti in fila ducti certa essent pretia, quibus singuli ipsis egentes ea solverent nec a mercatoribus, ut fit, gravarentur auctione pretiorum, quae ad insolitam et intolerabilem aestimationem sensim ab eis introducta excreverunt. Quarum quidem constitutionum nostrarum nulla est ratio habita ab hiisdem mercatoribus, qui ipsas merces clam vendiderunt pretiaque illarum contemptu edictorum nostrorum iterum ultra solitum auxerunt ea spe freti et animati, quam monopoliorum fiducia, quae exercent, eis praebet. Examinatis igitur omnibus et singulis circumstantiis, partim ad emcionem et vendicionem eiusmodi mercium pertinentibus, partim vero ad necessitatem hominum spec-

tantibus, ut hanc consuetudinem penitus abolere possimus et homines ad frugalitatem revocare, luxu ipso depulso, iterum supradictas constitutiones omnibus assentientibus immo vero efflagitantibus renovandas et confirmandas duximus renovamusque et confirmamus tenore praesentium litterarum, sub alia tamen moderatione tam aromatum quam etiam aliarum rerum infrascriptarum, de consilio consiliariorum nostrorum hic Cracoviae apud nos in praesens existentium per nos facta, quandoquidem ipsi mercatores easdem res et aromata secundum priorem illam aestimationem, in praedicto conventu Piotrkoviensi decretam, nequaquam vendere possent et ab illis in regnum nostrum inferendis sese continerent, quarum usum consuetum incolis eiusdem regni nostri amputare nolentes ipsorumque mercatorum indemnitati paulo maiori dictarum rerum et aromatum taxatione consulentes decrevimus et harum serie litterarum decernimus: ut libra piperis duodecim grossis, libra croci tribus florenis triginta grossis computatis, libra vero croci ex Turcia duobus florenis, libra zinziberis duodecim grossis, libra gariophilorum triginta octo grossis, libra cinamomi uno floreno Hungaricali in auro, libra florum muscati triginta octo grossis, unus lapis zaccari tribus florenis, olei olivae unus lapis quinquaginta grossis, lapis amigdalarum Venetarum quinquaginta grossis, lapis vero amigdalarum, quae ex Gedano afferuntur, triginta sex grossis, lapis uvarum passarum minorum quadraginta octo grossis, uvarum vero passarum maiorum lapis viginti grossis, lapis rizi decemocto grossis, una libra cimini simplicis uno grosso, libra vero cimini Veneti octo ternariis, vini Seremiensis una quarta uno grosso cum medio, vini vero terrestris Hungarici una quarta uno grosso ad summum solvatur ac ematur, malmatici Graeci una quarta duobus grossis, malmatici Italici et muscatelli una quarta pretium trium grossorum non excedat. Quod si ipsi mercatores aromata et res praedictas pretio statuto vendere non possent, illas ad regnum inferre et adducere nullo modo audeant sub amissione earundem rerum, quas contra prohibitionem nostram adduxerint, advexerint seu vendiderint, quas palatini cum capitaneis locorum in domibus, testudinibus, cameris, cellariis ac scriniis illorum querendi ac inventas fisco nostro regio applicandi plenam habebunt facultatem.

Statuimus insuper et decrevimus, ut aurum et argentum filatum et perlae, etiam sub amissione et confiscatione illorum, nequaquam deinceps ad regnum nostrum vehantur et vendantur.

Ut autem huiusmodi constitutio nostra effectum suum accipiat, vobis omnibus et singulis supradictis, cuiuscunque ordinis et conditionis existentibus, districte mandamus, ut a festo Sancti Johannis Baptistae proximo nemo maiori pretio quam supra expresso vinum Seremiense et terrestre Hungaricum necnon malmaticum ac aromata aliasque res praedictas sub earum amissione ubivis in regno nostro vendere et perlas ac aurum et argentum filatum amplius in regnum nostrum inferre audeat. Et qui eas ipsas res pretio supradicto vendere non posset, eas sub illarum amissione in regnum nequaquam inferat neque

adducat. Quocirca vobis et praesertim locorum capitaneis et eorum vicesgerentibus ac civitatum et oppidorum proconsulibus et consulibus mandamus, ut hanc constitutionem nostram in civitatibus et oppidis et apud ecclesias parrochiales diebus festis per publicam proclamationem ad universorum, quorum interest, notitiam denuntiari faciatis; vos vero palatini et capitanei in custodiendo et pervestigando, ne quis eandem constitutionem nostram transgrediatur, curam et diligentiam omnem una cum teloneatoribus, quos vobis ad hanc curam et custodiam adiungimus, adhibeatis et in domibus, testudinibus, cameris, cellariis ac scriniis ipsorum mercatorum res et merces praedictas queratis diligenter et quoscunque offenderitis vel deprehenderitis in invectione et venditione earundem rerum aut aliquarum ex eis contra hanc ipsam inhibitionem nostram excessisse, illas pro fisco nostro regio capiatis et pro nobis fideliter et integre conservetis sub poenis contra capitaneos et officiales negligentes statutis, et pro gratia nostra non aliter facturi. Datum Cracoviae feria quarta proxima ante dominicam Palmarum anno domini millesimo quingentesimo vigesimo quinto, regni nostri anno decimo nono. *(d. 5 Aprilis 1525)*

Ad mandatum Regiae Maiestatis proprium [1]).

IV.

Decretum Mtis R. de falsificatione aliqua per aliquem in mercantiis commissa puta: cerae, alicuius liquoris, modiorum seu vasorum.

S. Mtas R. cum consiliariis suis lateri suae Mtis pro tribunali assidentibus in causa et actione inter Magnif. Petrum de Dąbrowica palatinum Lublinensem, Radomiensem, Casimiriensemque capitaneum tanquam actorem, ab una, et proconsulem et consules civitatis Lublinensis suae S. Mtis R. tanquam citatos, partibus ab altera, ex citatione suae S. Mtis R. iuridica proveniente occasione palatini Lublinensis levipendii statutorum et iurisdictionis praefati palatini Lublinensis, officio et auctoritati palatinorum spectantis et pertinentis, de quadam concrematione cerae falsificatae et suspectae per quendam Iudeum Iosko de Czobrzin in stateram communem civitatis Lublinensis adductae et repositae et tandem per praefatum proconsulem et consules civitatis Lublinensis inofficiose concrematae, quam iniectionem in iurisdictionem praefati palatini praefatus palatinus pensat sibi ad 500 marcas pecuniarum, alias prout praefata citatio latius in se canebat et disponebat. Decretum: S. igitur Mtas R. auditis propositione et responsis hincinde factis, dignata est praefatum proconsulem et consules Lublinenses a poena seu extimatione in citatione expressa liberos et absolutos pronuntiari ex ea

---

[1]) Ustawę tę podajemy według oblaty zamieszczonej pod datą d. 14 czerwca roku 1525 w księdze LX »Inscriptionum Castri Crac.« p. 174.

ratione, quia causa huiusmodi concremationis praefatae cerae et falsificationis iam suum finem et effectum sortita est et accepit ex speciali commissione S. Mtis R. per decretum ipsorum proconsulis et consulum Lublinensium factum. Sed ne in posterum ipsi et alii consules et proconsules civitatis, pro tempore existentes, se aliqua ignorantia videantur excusari, S. Mtas R. nunc et in posterum occasione iudicandi, sententiandi, puniendi huiusmodi falsificationem in mercantiis commissam, quae se ad privationem [honoris et] vitae extendunt, ita decernere dignata est, prout et decrevit: quia palatinus omnimodam habebit facultatem huiusmodi falsificationes iudicandi, puniendi et poenis in stattutis contentis cohercendi, seu vicepalatini, tanquam officium ipsius, cum capitaneo et consulibus loci illius propter executionem rei iudicatae faciendam et poenis pro sua S. Mte provenientibus et spectantibus attentandis et repetendis interesse debebunt. Quantum vero attinet de falsificatione modiorum, ulnarum, talentorum, mensurarum omnium, hoc ad solum palatinum vel ad eius officium tantum sententiare, punire, iudicare pertinebit. Qui palatinus seu officium ipsius occasione huiusmodi falsificationis, per quem sint commisse, non in honore neque in privatione vitae tales falsificatores puniri debent, sed tantummodo in ammissione bonorum omnium eiusmodi, in quibus falsificatio inveniri contigerit, alias iuxta de puniendis talibus falsificatoribus desuper latis omnimodam habebit facultatem. Actum in curia S. Mtis R. Cracoviae sabbato post festum s. Zophiae prox. A. D. 1538. *(d. 18 Maii).*

V.

Decretum Mtis R., quod nulli alteri [nisi palatino] convenit praetia rebus venalibus imponere, modiorum, talentorum, ulnarum falsitates talium prospicere, et consules omnium civitatum debent constitutionem palatini exequi sub poenis constitutis irremissibiliter solvendis.

S. Mtas R. una cum consiliariis protunc suae Mtis R. lateri praesidentibus in causa inter Magnif. Petrum de Dąbrowica palatinum Lublinensem, Radomiensem, Casimiriensem etc. capitaneum tanquam actorem, ex una, et famatum proconsulem et consules civitatis Lublinensis tanquam citatos, partibus ex altera, ex propositione et controversiis hincinde pro vadio tertiae partis C marcarum facto, occasione levipendii iurium communium, et rebus venalibus et mechanicis ac etiam omnium liquorum propinabilium in certis modiis et mensuris per palatinum praefatum taxatis et constitutis, prout ad officium palatini spectat et pertinet, alias prout praefata citatio in se latius canebat, allegationibus praefatorum proconsulis et consulum non attentis, quibus se deffendebant et signanter Smi olim Regis Iagiellonis divae memoriae, ad quod statutum [1]) se ipsi consules referebant, in quo continetur,

[1]) Mowa tu oczywiście o statucie warckim, którego rozporządzenia odnośnie do wojewodów omówiliśmy już poprzednio.

quod palatinus cum capitaneo et aliis dignitariis taxam rebus venalibus et mechanicis tam modiis, quam mensuris et omnium liquorum propinabilium debent et tenentur imponere, iuxta quod petebant se conservari. — Decretum: S. Mtas R. attento eo, quod posterioribus statutis exnunc derogatum, attentoque eo, quod soli palatino pertinet ex officio rebus venalibus, mechanicis et aliis omnibus rebus ad vitam humanam pertinentibus et spectantibus taxam imponere iuxta statuta latius canentia, dignata est decernere super praefatum proconsulem et consules Lublinenses poenam iuxta statuti dispositionem C marcarum pecuniae, cuius duae partes pro S. R. Mte et tertia pro parte cadere debet solvique pro non susceptione et contemptu constitutionum per ipsum palatinum rerum venalium, mechanicarum, modiorum, mensurarum ac omnium liquorum propinabilium, taxatis et constitutis et eisdem publicatis. Nichilominus tamen ipsi proconsules et consules et pro tempore existentes quarumcunque civitatum tenebuntur semper constitutiones palatini debitae exequutioni demandare et implere. Quas constitutiones palatini seu vicepalatini tanquam officium ipsius in praesentia consulum constituent in praetorio, ne aliqua ignorantia praetendant se excusare. Acta Cracoviae in curia S. R. Mtis f. 2da ante Dom. Rogationum *(d. 20 Maii)* A. D. 1538.

VI.

Constitutiones palatinatus Cracoviensis Anno domini 1561. Actum feria 2da in vigilia s. Martini A. D. MDLXI. *(d. 10 Novembris).* Spectabilis et magnificus dominus Spytek Iordan de Zakliczin et in Melsthin heres palatinus Cracoviensis, Premisliensis, Kamionacensis ac Czchowensis etc. capitaneus. Ad frequentes querelas nobilitatis totiusque communitatis palatinatus Cracoviensis volens circa taxam et valorem victualium rerumque mechanicarum ad communem omnium ordinum et statuum regni usum ordinationem facere, hanc in praetorio Cracoviensi de rebus infrascriptis fecit constitutionem, praesentibus magnificis et generosis: Iohanne Oczieski de Oczieszno R. P. cancellario et capitaneo Cracoviensi etc., Valentino Dembienski castellano Sandecensi et capitaneo Chaczinensi, Iohanne Tharlo capitaneo Pilznensi, Nicolao Tharlo, vexillifero Sandomiriensi, Iohanne Kmitha notario terrestri et vicecapitaneo Crac., Mariano Przelenczki iudice castrensi Crac.. Ieronimo Ossolinski, Stanislao Barzi, Stanislao Lubomierski, Casparo Wieloglowski etc. et aliis quam plurimis.

De privatis constitutionibus.

Nulla contubernia audeant inter se privatas facere constitutiones seu ordinationes de pretio rerum sui artificii absque scitu et voluntate officii consularis, quemadmodum ceptum est fieri apud lanios, qui iuxta privatam suam

ordinationem non permittunt uni lanio variarum pecudum carnes sed unius duntaxat generis vendere, quod nequaquam amplius fieri debebit, immo liberum erit cuilibet lanio carnes bovinas, vitellinas, hircinas, mutoninas et omnis generis in proprio macello pro libitu et facultate vendere.

De ratione modii seu mensurae.

Nemo pistorum et braxatorum audeat diverso modio alias *czwiertnią albo korczem* mensurare aut diversum modium habere, tantummodo quale est antiquitus in praetorio assuetum, cuius qualitatem altitudinem, profunditatem per omnia similem eorum modius privatus habere delebit, ita ne in altitudine nec in profunditate, neque in latitudine aliquid excedatur neque adimatur.

Item mensura seu modius debet tam inferne quam superne ferro instar crucis muniri.

Item mensurae, quas *czwierthnie* vocant, ne sint latiores quantitate unius cubiti et unius cum dimidia quartae.

Item mensura, quam vocant *korzecz,* ne sit latior quantitate unius ulnae sine modio quartali.

A then czo przedaye zboze, ten ma sobie strichowacz, a then czo kupuie, nie ma mu thego bronicz pod wyną 14 marcarum; wsakże ieszliby sie mu krziwda wydzialia okolo strichowania, ma się uciecz do urzedu mieyskiego. A yz tho thak prethko niemoze bicz, aby sie korcze y czwierthnie zrownaly szerokosczią y wyszokoscią s korczem ratusznem, przetho tho do Wielkiey Noczy JM. Pan Woiewoda odkłada, alie sie tho thak rozumiecz ma, ze w tich korczach, czo imy mayą mierzicz, do thego czassu niema sie nicz wissey w nie wssipacz, iedno iako w ratuszni korzecz.

Pistores.

Pistoribus non sit liberum pinsere panes, nisi duorum denariorum et denarii unius, ut tantummodo decem panes, singuli duobus denariis, in uno ordine sint grosso uno, decem vero panes, etiam singuli unius denarii, in uno ordine sint medio grosso.

Cum sub id tempus mensura siliginis alias *czwierthnia* venumdatur grossis 28, gr. 29, gr. 30, itaque decem panes siliginei in uno ordine unius grossi debent ponderare libras 6, unius vero denarii panes 10 in uno ordine debent ponderare libras 3.

Tritici vero mensura cum sub id tempus venumdatur grossis 36, gr. 38, gr. 40; itaque decem simille pro medio grosso debent ponderare libram unam cum media.

Similla vero unius denarii debet ponderare quinque lottos; quiquidem panes pistorii tam siliginei quam triticei debent vendi et exponi in institis pistoriis a mane usque ad vesperum, ut eo facilius hospites externique homines et civile vulgus panes invenire et emere possint.

Quicunque vero pistorum audeat panem minorem et pondere et quantitate, quam supra ordinatum est, pinsere et vendere, talis quilibet pistor poenam quatuordecim marcarum domino palatino succumbet.

Braxatores cerevisiae.

Coctores cerevisiae debent habere achtualia integra, media, tertiaria alias *trzecziaczki,* tam sub signo civili quam doleatoris atque sub proprio cuiusque braxatoris signo, quae debent esse iusta. Similiter etiam apud coctores et propinatores cerevisiae debent esse cantari grossowe, pulgrossowe, selągowe, kwarthnikowe signo civili signati, alias pomierzany, kthoremi a nieynakszemy pywo dawacz mayą. Debent etiam circa quamlibet cocturam singuli coctores cerevisiae implere achtualia integra, media, tertiaria propter dispares emptores cerevisiae; non quilibet enim indiget integro achtuali cerevisiae.

Item coctores cerevisiae non audeant ex ordeo vel quovis genere conmixto, nisi ex puro tritico coquere cerevisiam, sub poena et ammissione totius cerevisiae et 14 marcarum.

Quandoquidem autem mensura tritici cerevisiarii venditur grossis 31, gr. 32, gr. 33 etc., ideo bonae et selectioris cerevisiae achtuale integrum unum debet vendi grossis 23, achtuale medium gr. 11$^1/_2$, vasculum tertiariae gr. 1, gr. 32 (s).

Item a portatione unius achtualis gr. 1, achtualis medii gr. $^1/_2$.

Item coctores nemini denegare debent cervisiam ex propriis celariis ementibus, nisi pecunia et pretio iam assignato. Hec vero aestimatio cerevisiae ideo facta est, quod per experientiam cognitum est ex mensura brasei posse capi bonae et selectae cerevisiae 2 achtualia; ipsos denique coctores posse consequi ex una mensura brasei ultra duo achtualia, quartam partem huiusmodi duorum achtualium pro compensatione laboris, humuli, lignorum, et alias accessiones, nempe siliquas secundariamque cerevisiam alias *tasbier* etc.

Quae omnia singuli coctores cerevisiae lege inviolabili sub poena 14 marcarum et ammissione cerevisiae servare debent.

Lanii.

Item nullus laniorum audeat cutes cuiuscunque generis vendere mercatoribus aut quibuscunque externis hominibus, duntaxat cerdonibus Cracoviensibus et ceteris artificibus, ex cutibus opificia sua exercentibus, sub poena marcarum 14.

Item quilibet laniorum tantummodo in suo et proprio macello et non in pluribus carnes vendere debet, sed in singulis macellis per singulos lanios carnes vendi debent.

Item cutes bovinae maiores cerdonibus et aliis artificibus non vendantur per lanios nisi grossis 33.

Minores vero et mediocres gr. 24.

. . . . [1])

Vaccarum cutes, quas a laniis accipiunt per gr. 16 non alio pretio vendere debent nisi per gr 21.

Minores vaccinas aut iuvencorum, quae per gr. 10 constitutae sunt, non aliter vendant nisi per gr. 15.

Item praefati cerdones rubei sive *dembni* tenebuntur elaborare cutes hircorum, caprorum, mutonum, arietum walachicorum sive montanorum, quas non alio pretio vendere debent elaboratas, nisi per gr. 8, et crudas emere per gr. 5.

Item cutes hircinae magnae submontanorum walachorum emi debent non aliter quam per gr. 8; elaboratas vero vendi debent [non] nisi per gr. 11.

Quasquidem praefatas cutes superius scriptas non alio pretio, quam supranominato, et non alibi, nisi in institis suis cerdonalibus, et hoc a mane usque ad meridiem singulis diebus sub poena 14 marcarum toties, quoties contra hanc constitutionem delinquerint, magnifico domino Palatino Crac. irremissibiliter solvendarum, vendere debent ac tenebuntur.

Si quis nobilium aut vulgi communis cutem bovinam aut vaccinam ad elaborandum cerdoni ruffo attulerit, a labore huiusmodi non amplius accipiet nisi gr. 5.

A cutibus vero hircorum, mutonum non plus quam gr. 3.

Cerdones albi

Cutes cuiuscunque generis vel maneriei, tam rubeas alias *dembnich* quam albas seu glaucas, pro quacunque necessitate spectantes elaborare debent. Quibus albis cerdonibus, qui et *zamessniczi* vocantur, liberum erit, ubivis locorum sit in regno, in nundinis civitatum et oppidorum cutes pro laboribus eorum emere et huc advehere, illasque elaborare et elaboratas circa Cracoviam vendere pretio condigno, praeterquam hic in civitate Cracoviensi, Kliepardiensi et Kazimiriensi, ubi non debent cutes coemere propter necessitatem aliorum artificum.

Item cerdones albi cutes hircinas, agnellinas et mutoninas per 5 gr., minores per 3 gr. solvere quamlibet debent; vendere vero debent maiores per gr. 8, minores vero per gr. 6.

Item minores cutes agnellinae et arietum emi debent per gr. 3 et elaboratae vendi debent per gr. 6.

---

[1]) Tu zachodzi brak jednej przynajmniej karty; następne postanowienia odnoszą się już nie do rzeźników ale do garbarzy (cerdones rubei).

Sarctores.

A tunica giermak de simplici panno	gr.	2
De panno meliori	gr.	4
A tunica doloman dicta podszewka	gr.	6
Od hazuki de panno Lundensi	gr.	5
A tunica simplici Wratislaviensis panni	gr.	2
A tunica muliebri simplicis panni	gr.	3
A tunica festivali muliebri de simplici serico	gr.	8
A tunica muliebri sericea	gr.	10
Item a tunica karwathka dicta	gr.	3
Item a caligis de panno simplici	gr.	2
Item a caligis de zamesch	gr.	3
Item a caligis de panno Italico vel Lundensi	gr.	$3^1/_2$
Item a diploide alias od kabatha barchanowego	gr.	3
Item a diploide sericea	gr.	5
Item a palio de bono panno	gr.	5
Item ex simplici panno	gr.	3
Item a pilleo alias od myczki	gr.	1

A kiedi ktho da czo ssobie yedwabnego łobicz a będzie chcial na wagę krawczowy oddacz, thedy krawiecz kaszdy będzie powinien odebracz na wage, a zasie tez na wage zrobiwszi oddacz.

Pelliones.

Od wyprawy popielicze	denar.	3
Od wyprawy gronostaya	denar.	6
Od wyprawy kuny	denar.	12
Od wyprawy lyssa	gr.	1
Od podsziczia giermaka, nieprzicziniaiącz nicz sswego futra any bramy	gr.	5
Od podsziczia sathi sserokiey	gr.	8
A subductione miczki	gr.	1

De aurifabris.

Zlothniczi aby s prawego branthu proby Krakowskiey robily, a od prosthey robothi aby niebraly wienczey, telko per gr. $1^1/_2$ od kazdego skoycza. A od trudnieyszey robothi per gr. 2. A yz wielką skode czynią czlowiekowy pospolithemu na zloczeniu szrebra w tym, yz wagę zlota poczitayą w srebro, bo pospoliczie na yedne grziwne srebra dwa zlotha czerwone biora na pozloczenie, a odwazayącz robothe na zlotho nicz nie poczithayą, telko wszithko na ssrebro; a thak zlothnikowi na srebrze wagy przibiwa; przetoz themu zabiegaiącz benda powinni zlothnici oddawaiącz robothe thak oddawacz, aby szrebro mialo sswą a zloto swą ossobną [wagę], tho iesth, ylie go ktho da na po-

zloczenie, ossobno powazely, a powaziwssi, zeby tho, czo zloto wazy, nyeslo na wage srebra. [1])

Cantrifusores.

Item cantrifusores debent de bono et probato stanno laborare omnes res sui artificii utpote scultellas, orbes, cantaros et alia id genus, et a qualibet libra non plus accipere debent, nisi per gr. 1.

A lapide vero per gr. 26.

Caldeatores.

A singulis libris aeris nonnisi per gr. 1 et denar. 6 a labore accipere debent, et a quolibet lapide aeris per gr. 33.

Cum autem sub id temporis centenarius unus aeris non elaborati venditur florenis 10, veniet ergo quaelibet libra aeris non laborati gr. 2 dener. 4. Addito autem uno grosso et denar. 5 a labore aeris unius, venient et pro aere et a labore simul gr. 3. Lapis vero aeris laborati veniet pro flor. 3 gr. 1.

A yss kothlarze zwikli przedawacz zelazo na wage miastho miedzi, tho na pothim niema bicz. Alie kiedi ktho da czo robicz, thedi mu mayą pierwey miedz odwazicz, nisli zelazo przibicz, albo z miedzi wszithko zrobicz. A ktho bendzie chczial zelazem dacz opravicz, thedi s kothlarzem vimowy zelazo.

Gladiatores.

Od oprawy korda krom futrowania	gr. 5
Szfutrowanim nozen	gr. 6
A reparacione gladii krom iedliecz	gr. 5
Si vero gladiator dabit glowcze y iedlcza	gr. 7
Pro gladio spiski	gr. 10
Pro gladio pasowski	gr. 12
Pro gladio sasek	gr. 10
Pro zakowka	gr. 1
Pro cultro reparato cum simplicibus iedlcze	gr. 12
Pro cultro reparato Sandeczki	gr. 9

Pictores.

Hastae magnae kopynicze s grotem	gr. 12
Besz grothu	gr. 10

[1]) Mniej zrozumiałe i archaistyczne wyrazy, które spotykamy w cennikach wojewodzińskich z XVI wieku, objaśnił bardzo starannie p. Bostel w przypiskach do taryfy z r. 1565. Odsełamy więc do publikacyi p. Bostla w tym względzie, niechcąc objaśnień jego dosłownie powtarzać.

Hastae usarskie prosthe pictae	gr. 6
Hastae usarskie dęte	gr. 12
Clipei proste strefami	gr. 36

Rotifices.

Item pro rotis 4 ad currum minorem	gr. 20
Ad currum maiorem	gr. 24
Ad currum simplicem	gr. 18
Ad currum skarbici	gr. 24

Currifices.

Currus *ridwan* equis duobus cubitorum 3 vel $2^1/_2$	flor. 2
Currus maior cubitorum quatuor vel $3^1/_2$	flor. 4
Currus magnus ridwan	flor. 6
Currus stipendiariorum cum omnibus aparamentis	flor. 6

. . . .

VII.

Ustawa i szacu[nek wszelakich rzeczy ku ży]wności i potrzebo[m ludzkiem należących] takze kupiej i [rzeczy rzemiesniczych] wszelakich na [ratuszu Crac we] Wtorek prz[ed S. Mateuszem ro]ku Panskiego. MDLXXX⁰ IX czyniona. *(d. 19 Septembris 1589)* [1]).

Iaśnie Wielmożny Pan IM. P. Mikolai Firlei z Dambrowice woiewoda Crakowski, Nowomieiski, Kazmierski starosta etc. Czyniąc dosyć urzędowi swemu woiewodzemu, i ustawom coronnym, o urzędzie woiewodzem uczynionym, chcąc ważność i szacunek rzeczy wszelakich ku żywności i potrzebom ludzkim nalezączych i tudzisz wszytkich rzeczy rzemieśniczych i kupiei wszelakich ku pożytku wszech stanow w woiewoctwie Crac. do porządku przywieść, tę ustawę na Ratuszu Crac o rzeczach nizei opisanych uczynić raczył, przy bytności Ich Mości Panów Ieronima Staszkowskiego podstarościego Crac., Wawrzyńca Spytka Iordana z Zakliczyna stolnika Cracowskiego i starosty Sądeckiego, Sebastiana Lubomierskiego żupnika i burgrabie zamku Crac. starosti Dobrzyckiego, Jana i Piotra Firleiów z Dambrowice woiewodzicow Crakowskich, Marcyana Chelmskiego horążego Crakowskiego,

---

[1]) Pierwsza kartka rękopisu, z którego czerpiemy, mocno jest uszkodzona. Brakujące wyrazy wraz z datą dnia uzupełniamy według kopii w aktach luźnych Archiwum miasta Krakowa się znajdującej. Kopia ta opatrzona nagłówkiem: »Puncta constitutionum palatinalium« zawiera wyjątki z kilku cenników (wyjątki te podamy w dodatkach), a między innemi także ustęp »O łokciach« z taryfy z r. 1589.

Szczęsnego Czerskiego sędziego ziemskiego Cracowskiego, Mikolaia Koriczyńskiego podwoiewodzego Crakowskiego, Piotra Chfalikowskiego podrzenczego Crakowskiego, Stanisława Thorzowskiego sędziego żydowskiego Crac. Woiciecha Poplawskiego, Piotra Kazmierskiego i innych woiewoctwa Crakowskiego, przy zacnei Radzie Miasta Crakowa, która ie[dnak ustawa] według czasu przes Urząd Woiewodzy miarkowa[na y zmieni]ona być ma etc.

O potaiemnych ustawach, które zwykli cechowie między sobą ustawiać.

[Zaden cech aby nie] smial i nie wazyl się potaiemnych między [sobą ustaw albo porzą]dków czynić o drogości rzeczy rzemiesla sw[ego pod winą czter]nascie grzywien.

O cwiertniach i korcach.

Żaden z piekarzów aby nie smial inakszym i korcem i cwiertnią mierzyć, albo inakszy korzec albo cwiertnie miec, tylko taką cwiertnie i korzec iako iest z starodawna na ratuszu Cracowskiem, i cwiertnia takze; ktorego to korca i cwiertnie wysokość, szerokość i glębokość takowa ma być, zeby podlug cwiertnie i korca Crakowskiego na szyrokości i glembokości i na wysokości nic nie schodziło.

Na krzysz.

Item korzec ma być blachami zelaznemi okowany i cechą JM. P. Woiewody Crakowskiego i mieiską cechowany. Item aby żaden nie śmiał inakszem korcem mierzyć we wszystkich miastach i miasteczkach woiewoctwa Crac. iusz ex nunc, iedno Crakowskiem korczem i cwiertnią wedlug constitucyei na coronacyei[1]) krola JM. postanowionei, pod winą czternaście grzywien, których to korcow i cwiertni revisia i doglądanie ma być na każdą cwierc roku czynione przes urząd radziecki, przy bytności urzędu woiewodzego; a iżby ta constitucia coronna swoi effect wzięła, tedy JM. P. Woiewoda, po publicowaniu tych constituciei universały swe do podwoiewodzich swych i urzedów mieiskich rozeslać będzie raczył, aby iako narychlei cwiertnią i korcem Crakowskiem miary we wszytkim woiewoctwie Crakowskiem odprawowane byly, servatis servandis o korcach starich, które wolno będzie mieć do oddawania spy wedlug starego zwyczaiu.

Item aby korzec nie był szyrszy iedno na ieden lokiec bes pulcwiercia, a na wzwysz na cwierc lokcia, i na czwartą część cwierci lokcia; a cwiertnia nie ma być szersza, iedno na lokiec i na poltory cwierci; a ten co przedaie zboze, ten ma sobie strychować, a ten co kupuie, nie ma mu

[1]) Vol. leg. II p. 269 art. 89.

tego bronić pod winą czternascie grzywien, wszakże iesliby się krzywda temu, co kupuie, wydziała około strychowania, ma się wtym uciec do urzędu Pana Woiewodzego i mieiskiego. A na ratuszu ma być cwiertnia sprawiedliwa i korzec, przes którą cwiertnią i korzec ma być zelazo przes posrodek wierzchem przybite. Takze u piwowarów i piekarzów pod winą grzywien czternascie.

O achtelach abo beczkach piwnych.

Beczka piwna nie ma być mnieisza ani więtsza we wszytkich miastach i miasteczkach woiewoctwa Crakowskiego, iedno któraby miala w sobie siedmdziesiąt i dwa garca piwa wedlug constitutiei Piotrkowskiei anno 65 uczynionei pod winą czternaście grzywien. Wszakze isz do tego czasu mnieisze achtele, które garncy sześćdziesiąt i dwa trzymaly, w uzywaniu bely, na te nowe achtele ludzie sposobić sie nie mogą tak prętko, przetosz JM. P. Woiewoda pozwalać raczy, aby starych achtelów używano do god blisko przyszlych, a od god blisko przyszłych zaden achtela starego używać nie ma pod winą czternaśeie grzywien, gdysz też i bednarzom zakazano iest, aby od tych czasów nie inakszych achtelów robili, iedno ktoreby w sobie 72 garce trzymały.

O wadze.

Funt ma być wszedzie we wszystkich miastach i miasteczkach woiewoctwa Crakowskiego, ktory ma miec w sobie lotow trzydzieści i dwa, a skoicy 38. A takich funtow 32 maią wazyć kamien ieden, a pięć takowych kamieni ieden cethnar, ktoremi a nie inakszemi wagami we wszystkim woiewodzctwie Crakowskiem ważono byc ma, pod winą grzywien czternaście, które to gwichty i wagi do pułrocza sposobione być maią we wszytkich miastach i miasteczkach woiewoctwa Crakowskiego. A na inakszy gwicht aby nikt nie wazyl pod winą czternaście grzywien.

O lokciach.

Aby zaden kupiec inakszym lokciem we wszytkim woiewoctwie Crakowskim mierzyć wszelakich rzeczy przedaiących nie śmiał, iedno Crakowskiem starodawnym cechowanym cechą mieiską, a lokiec ma miec kazdy zelazny ten, ktory niem mierzy. A z ratusza Crakowskiego każdemu, kto iedno potrzebować będzie, powinny będą takowy lokiec wymierzyć, nie biorąc nic od tego, wedlug tego lokcia, ktory iest z urzędu woiewodzego Crakowskiego na ratusz Crakowski oddany cechą na ten czas będączego JM. P. Wojewody Crakowskiego wedlug constitucyei Piotrkowskiei roku 1565. A ktoby inakszem lokciem mierzyć smial, takowy ma być winą czternaście grzywien przes urząd woiewodzy karan.

Piekarze.

Piekarzom aby nie było wolno piec chleba rzanego, iedno po dwu pieniądzow ieden, a po pieniądzu drugi. Tak yze dziesięcioro chleba w iednem rzędzie, kazdy chleb z osobna po pieniądzu, maią przedawać za pulgrosza, a dziesięcioro chleba, każdy z osobna po 2 pieniądzu, za grosz ieden przedawać maią. Poniewasz na ten czas zyta czwiertnię kupuią po groszy 40, by tez po groszy 42 i po groszy 48, przeto dziesięcioro chleba po 2 pieniądzu, a po pieniądzu 20 w iednym rzędzie za grosz wazyć maią pulczwarta funtow a nie mniei, gdysz na ten czas pszeniczę czystą chlebną na targu kupuią po groszy 48, groszem, dwiema mniei albo więcei. Tedy 20 zemel w rzędzie iednym za grosz ważyć maią funtów dwa a nie więcei, takze bulek sześć w rzędzie za grosz wazyć maią; ktorego to chleba piekarskiego tak rzanego iako i psenicznego dostatek przes piekarze dodawan być ma i ma być przedawany w iatkach piekarskich od zarania asz do wieczora dla tego, aby lacwiei gość i ludzie obcy i pospolity człowiek chleb naleść i kupować mogli. A ten chleb ma być przedawany na wagę, ktora ma być w iatkach piekarskich; i iesliby w rzędzie iednym nie dostawało loth albo dwa, tedy ma być przes piekarze dołozono temu, co kupuie, i ma być chleb dobrze wypieczony, a kazdy piekarz ma na chleb swoi cechę przykladać, aby poznany być mogl chleb iego.

Item ktorybykolwiek z piekarzów smial chleb mnieiszy, albo nie dopieczony i lzeiszy, nizli iako iest postanowiono, piec i przedawać, takowy piekarz winą grzywien 14 karany będzie. A chleb pobrany ma być do spitalow rozdany, Wszagkze aby tez piekarze Crakowsci tym slusznieisze obeście mieć mogli i wedlug praw i wolności swych zachowani byli, przeto JM. P. Woiewoda Crakowski zakazować raczy, aby na piekarze Crakowskie chleby insze ze wsi z miasteczek i inszych mieisc wszelakich nie były noszone ani przedawane okrom dni targowych. Także okienniczki, ktore chleby z iatek biorą, aby nie śmiały innych chlebow miewać, iedno z iatek Crac., a zwlaszcza chleba białego pod winą opisaną i stracenia chleba takiego. Stularki, które się bawią pieczeniem kołaczow i kreplow, aby takowego pieczenia zaniechały, pod karaniem urzędowym i straceniem takowych kreplów i kołaczy, chybaby za iaką przyczyną beło im to od urzędow obu pozwolono.

Piwowarowie

Aby iusz ex nunc we wszytkich miastach i miasteczkach wojewoctwa Crakowskiego achtele albo beczki takowe mieli do god blisko przyszlych, ktoreby mialy w sobie 72 garncy piwa, wedlug constitucyei Piotrkowskiei anno 1565 uczynionei. Także aby mieli zupelne pulachtelki, ktoreby miały 36 garncy wsobie i czwartaczki po garcy 18 dla roznych kupcow, albowiem nie kazdy potrzebuie zupelny beczki, albo pulbeczca piwa, ktore to beczki cechą mieiską i onego bednarza, ktory ie robil, wedlug starego zwyczaiu zacho-

wane być maią, a ta cecha, nie ryszowana ale wypalona być ma na kazdym achtelu. A u kogoby by byly achtele nalezione bes cechy, przepadać ma winę, a iesli cechowane a mnieiszeby byly, tedy bednarz, ktorego cecha iest na niem, ma być karany grzywien 14. Cisz piwowarowie powinni będą mieć przy kazdym warze piwa piwem napelnionych osm puliachtelkow, takze i czwartaczek osm pod winą opisaną.

Cisz piwowarowie powinni miec konvie garncowe, pulgarcowe i kwarciane konewki cechowane mieiską pieczęcią i liglarza tego, ktory ie robil, od ktorego konewki będą s cechą przy samei dziurze u wirzchu naczynia tego. A thy konewki maią być powierzone kwartą Cracowską sprawiedliwą starodawną, ktoremi a nie inszemi piwo maią dawać. A ty wszytkie naczynia, tak więtsze iako i mnieisze, przes urząd woiewodzy i mieiski często rewidowane być maią.

Item piwowarowie aby nie smieli z ięcmiennego słodu abo z iakiegokolwiek zboza inakszego warzyć piwa, pod straceniem piwa wszytkiego i winą grzywien 14. Tylko z samei czystei pszenice, ktorei to pszenice suchy na war piwa zaliewać maią czternaście czwiercień a nie mniei. A coby przyroslo slodu, aby nic na stronę nie odymowali, a zeby się zaden z piwowarów nie wazyl brać z waru piwa achteli starych 28, poki trwać bedą, a nowych achtelow 25, ktore pod 72 garncy w sobie miec maią. Czego starszy piwowarowie pod przysięgami swemi i pod karaniem w Constitucyei opisanym doizrzeć powinni będą, a gdzieby i starszy w tym niedbali beli, thedy urząd JM. P. Woiewody i mieiski tego dozrzeć i przestempne karać ma. Gdysz na ten czas cwiertnią pszenice piwny kupuią po gr. 40 i 42 i 45, by tesz i groszem, trzema abo tez czteroma drozei, przeto dobrego piwa achtel stari, ktory dzierzi garncy 62, nie ma być przedawany drozei, iedno po gr. 39, a względem grosza, ktory miastu Crakowu od beczkiei do seimu przyszlego przychodzi i do tego przykladany być ma, po gr. 40. A nowy achtel, ktory w sobie ma 72 garncy, po gr. 44, a względem grosza przerzeczonego po gr. 45 detur.

Wszakze ize za uchwalą seimu Walnego Coronnego blisko przeszlego, takze za zezwoleniem czlowieka pospolitego miasta Cracowa i confirmacią K. J. Mości na to uczynioną, czopowe, które czasu powietrza w roku przeszlym wedlug potrzeby wybrane byc nie moglo, dobierane być ma według universalu poborowego seimu coronatyei K. JMci, przeto względem takowego czopowego achtel strony piwa po gr. $44^1/_2$, a nowa beczka po gr. $49^1/_2$ przedawana być ma; takze pulachtel stary piwa za gr. $22^1/_2$, a nowego pulachtelek po gr. 25, czwartaczka stara po gr. 11 i szelągu, a nowa czwartaczka po gr. $12^1/_2$ przedawane być maią. A piwowarowie kazdemu, ktokolwiek u nich będzie chcial kupić piwa z piwnic, achtelek, pulachtelek i czwartaczkę przedawać maią wedle ustawy pod winą 14 grzywien. Marcow a przewozne piwa iedno w Crakowie w piwnicy Swiniczkiei podlug ich prawa szynkowane być maią, aby zaden nie smial szynkować w Krakowie, w Kaz-

mierzu i na Kleparzu, pod winą 14 grzywien i straceniem wszytkiego marcu, bo w tym ludzie bywaią oszukani, gdy się dobre piwo trafi, tedy ie za marzec przedaią. A izby kazdy z ubosszych ludzi wiedzial, po czemu kwarta piwa, pulgarnca, garniec kupować ma, thedy isz achtel piwa, który trzyma w sobie garncy 72, iest ustawiony za gr. 45, postanowil urząd JM. Pana Wojewody, aby garniec piwa inacei przedawany nie byl, iedno po dwu szelągu, kwarta po kwartniku, które piwo nie ma być dawane na miasto inakszem naczyniem, iedno podlug pomiary z ratusza podanei i pieczęcią mieiską cechowany. Wychodzi iednak takiem sposobem, iako insze, i pomierzylo się achtel piwa na 48 gr. Cisz piwowarowie zawsze powinni mieć ocet, którego kwarta po kwartniku ma być przedawana.

O rzeznikach.

Rzeznicy mieso wedlug starego zwyczaiu na oko, iednak bes ublizenia ludzkiego, przedawać teras będą. Wszakze JMość Pan Wojewoda zostawuie sobie ustawę wolną mięsa na wagę; gdy wolnica minie, albo gdyby skargi dalsze strony drogości mięsa JMci i urzędu JMci zachodziły.

Flaki z kiszkami i z loiem przedniego wolu maią być przedawane od św. Barthlomieia do Wielkiei Nocy z loiem po	gr.	14
Srzedniego wolu flaki z łoiem po	gr.	8
Podleiszego wolu flaki z loiem po	gr.	6
Flaki wolu przedniego z loiem od Wielkieinocy do ś. Barthlomieia po	gr.	16
Srzedniego wolu flaki z kiszkami i z loiem po	gr.	10
Podleiszego wolu flaki z loiem po	gr.	8
Nogi wolowe za	gr.	2
Wątroba wołowa za	gr.	1 1/2
Nerek wolowych para za	gr.	1
Pluca cale z sercem wolowym za	gr.	1 1/2
Ozor przedniego wolu z podozorkiem	gr.	3
Srzedniego wolu ozor z podozorkiem	gr.	2
Podleiszego wolu ozor z podozorkiem	gr.	1 1/2

Mięso cielęce przedawane być ma pobożnie aż do dalszei ustawy, kiedy i wolowego mięsa doskonalsze postanowienie będzie, a to po wyściu wolnice.

Głowa cielęca z kruszkami przedawana być ma dobrego cielecia po	gr.	2 1/2
Srzedniego glowka z kruszkami	gr.	2
Noski cielęce	gr.	1
Cielęca odziecka z wątróbką	gr.	1
Plucka cielęce okrom wątroby	gr.	1

Item, aby zaden rzeznik nie smial loiu smalcowanego i niesmalcowanego przedawać, tylko mydlarzom, swiecnikom i rymarzom i inszym rzemiesnikom, którzy do rzemiosla swego potrzebuią. Takze slachcic i miesz-

czanom na potrzebę domową. A rzemiesnicy, którzy loiu potrzebuią, od rzezników takowy loi kupować maią. A gdzieby ci dostatek nakupili, tedy go kupcom za wiadomością urzędową rzeznicy przedawać maią. A kamień loiu smalcowanego nie ma być drozei przedawany iedno po . . gr. 40
Mazowieckiego i Ryackiego łoiu kamień . . . . gr. 30

Wszakże gdy kamień, ut supra, trzymać będzie funtow 32, drozei się tez funt na on czas postanowi. Takze skor aby zaden rzeznik nie smial przedawać, (co się tez i o rzeznikach zydowskich rozumieć ma), iedno garbarzom Cracowskiem i inszym rzemiesnikom, ktorzy skorami robią, ktorzy ie tez od rzezników kupować będą powinni pod tąz winą wyssy opisaną, to iest grzywien 14.

A gdzieby tuteczny rzemiesnicy dostatek skor mieli, thedy wolno będzie rzemiesnikom skori swe przedawać kupcom i cudzoziemcom za wiadomością iednak urzędową, a isz teras skori popłacaią, co stąd idzie, iz nad constitucią coronną wywozić ie extra Regnum. quibus interest, dopuszczaią, tedy skora wołowa przedniejsza po . . . . gr. 50
Srzednia skora wołowa po . . . . gr. 40
A podleisza wołowa skora po . . . . gr. 35
a nie drozei przedawana być ma
Skory iałowicze więtsze po . . . . gr. 20
Skory iałowicze mnieisze po . . . . gr. 16
Habelkowe skori po . . . . gr. 10
Kozłowe przednie wielkie dla trudnego dostania po . . . . . gr. 27
Przednia dobra kozłowa po . . . . gr. 24
Mnieisza kozłowa po . . . . gr. 16
Ieszcze mnieisza kozłowa po . . . . gr. 7
i po groszy 8, po groszy 9 i po . . . . gr. 10
Cielęcze wielkie przednie skori po . . . . gr. 6
Srzednie skory cielęcze po . . . . gr. 5
A mnieisze cielęce po . . . . gr. 4
Czapowe wołoskie skory po . . . . gr. 8
Skory skopowe ziemskie po . . . . gr. 6
Baranie skory po . . . . gr. 5

The ustawy i kazdę z osobna powinni bedą rzeznicy trzymac pod winą grzywien 14, wszakze będzieli zachamowanie skur w Coronie, poboznieisza się ich ustawa uczyni.

Czerwieni garbarze.

Aczkolwiek podług decretu commissarskiego in anno 1532 per commissarios a S. R. Mte inter rufi cerdones et sutores ac alios opifices corrigio laborantes cuiuscunque generis iuxta acta consularia Crac. de actu et data feria 6ta eiusdem anni uczynionego, i potym przes decret krola Sigmunta

quarumquidem litterarum vigore honor. Stanislaum Iaroslai de Czyena Gnezn. dioc... in publicum notarium creavit.. presentibus vener. dnis Wischota preposito, Nicolao Glambosky archidiacono, Hectore, Petro Pnewsky canonicis Pozn.

Ten sam akt, ale szerzej, znajduje się w ręk. fol. 255° pod rubryką »Vel alio modo largius«.

(12) f. 257. Instrumentum transsumpcionis aliquarum litterarum..

Et ego Stanislaus notarius....

(15) f. 258⁰. Instrumentum adhesionis.

.. discretus Stanislaus de Czyena rector parochialis ecclesie in L. apellacionem retroscriptam vener. et honor. viris dnis Iohanni custodi et Martino de S. canonico dicte eccl. Gnezn... intimavit.

(14) f. 259. Subdelegacio commissionis pape.

Et ego S. Iaroslai de Czena clericus Gnezn. dioc.....

Jakkolwiek zapatrywać się będziemy na wiarygodność i dokładność danych do biografji Cieńskiego, zawartych w powyższych zapiskach, to sądzę, że następujące fakta uznać możemy za pewne:

1. Ojcu naszego Stanisława było na imię Jarosław.

2. Stanisław Cieński został kreowany notarjuszem publicznym d. 8 Października 1438 i to dla dyjecezyi poznańskiej.

3. Stanisław Cieński był plebanem w Iwanowicach.

Do tych szczegółów należy dodać jeszcze i ten, że nasz Stanisław zapisał się w r. 1432 w półroczu zimowem na Uniwersytet krakowski za drugiego rektoratu Tomasza Strzępińskiego [1]).

---

[1]) Album Studiosorum I. p. 80. »Stanislaus Iaroslai de Czyenya dedit 4 grossos«.

Na tem się jednak wiadomości nasze o Stanisławie Cieńskim ograniczają. Domyślać się tylko możemy, że po rozpoczęciu karyjery notaryjalnej przy konsystorzu poznańskim przeszedł Stanisław później do kancelaryi starościńskiej. To że był plebanem w Iwanowicach nie przeszkadzało mu trudnić się nadal pracą kancelaryjną, mógł bowiem w parafji swojej utrzymywać wikarjusza.

XV. Powracamy do hipotezy poprzednio naszkicowanej. Jeżeli pisarz Z. i Stanisław Cieński jedna i ta sama osoba, to mielibyśmy w kodeksie królewieckim dowód, że nasz Stanisław przynajmniej do r. 1453 czynnym był w kancelaryi prawdopodobnie generalnego starosty wielkopolskiego; jeżeli przeciwnie pisarz Z. i Stanisław Cieński to dwie różne osoby, w takim razie główny udział w zebraniu materyjałów do części czwartej kodeksu przypisać należy Stanisławowi. Pisarz Z. byłby wówczas najprawdopodobniej uczniem i podwładnym Stanisława Cieńskiego, a może jego następcą w urzędzie i dziedzicem jego zbiorów. Jak na teraz trudno nasuwające się w tej mierze wątpliwości należycie wyjaśnić. Jeżeli z czasem do osoby Cieńskiego więcej znajdzie się materyjału biograficznego, będzie prawdopodobnie możebnem dokładniej ocenić wartość naszych hipotez.

XVI. Ktokolwiek jednak zebrał i ułożył formuły składające się na część czwartą kodeksu królewieckiego, ten zawsze dostarczył nam nie małej wagi źródła do historyi prawa polskiego i kościelnego w Polsce. Możnaby wprawdzie życzyć sobie większego porządku w układzie i większego kompletu w doborze aktów, a pominięcia dla prawnika mniej ważnych formuł retorycznych, ale nawet takim, jakim jest formularz królewiecki, (mamy na myśli tylko część czwartą kodeksu), zasługuje on na pilną uwagę, a to z dwojakiego rodzaju względów:

1) ponieważ zawiera wiele formuł zkądinąd nieznanych,

2) ponieważ stosunek jego do innych formularzy polskich z XV wieku chociaż w przybliżeniu możemy ocenić.

Pierwszy wzgląd wyjaśnienia nie potrzebuje, drugim natomiast zająć się nam z koleji rzeczy wypada.

Już w opisie kodeksu królewieckiego zaznaczyliśmy, że karty 185—192 stanowią odrębną organiczną całość, która została do

części czwartej kodeksu sztucznie wtłoczona. Karta 185 rozpoczyna się od dokończenia pewnej formuły, której początek znajduje się inną późniejszą wypisany ręką na karcie 183°, a karta 192° kończy się na połowie formuły, której dokończenie znowu późniejsza ręka skreśliła na karcie 193. Papier użyty na karty 185—192 ma znak wodny odrębny odnoszący się do r. 1434.

Z tych danych wypływa, że karty 185—192 są pozostałością innego jakiegoś rękopisu, z którego Stanisław Cieński albo pisarz Z. przy zbieraniu formuł korzystał. Sam ten fakt nie przedstawiał by jeszcze nic szczególniej ważnego, gdyby nie okoliczność, że cztery formuły (N° 31—34) naszego fragmentu są niemal identyczne z formułami zamieszczonemi na początku retoryki, któreśmy przed kilku laty ogłosili z rękopisu praskiego [1]). Widocznie więc fragment przechowany w kodeksie królewieckim był niegdyś częścią jakiejś retoryki, która z retoryką kodeksu praskiego w bliskim pozostawała pokrewieństwie. Stanisław Cieński kształcąc się w krakowskim Uniwersytecie przygotował się niewątpliwie już w Krakowie do zawodu notaryjalnego. Może był on uczniem owego notaryjusza królewskiego, który jest autorem retoryki praskiej. Udając się z powrotem do Wielkopolski, Cieński zabrał ze sobą rękopis, zawierający retorykę i zbiór formuł, którego fragment wypadkowo się nam dochował. Co się z resztą stało, trudno oznaczyć, ale przypuszczać wolno, że ów dawniejszy zbiór niejednego aktu dostarczył do części czwartej rękopisu królewieckiego. W każdym razie zyskaliśmy dowód, że istotnie retoryka praska jest zabytkiem wielkiej doniosłości i jednym z wielu podobnych utworów, które w pierwszej połowie XV wieku rozpowszechnione były w Polsce. Za szczupłym jest fragment przechowany w kodeksie królewieckim, do oznaczenia stosunku pomiędzy retoryką praską a ową z nią pokrewną, której tylko ośm kartek mamy przed sobą. Powtarzanie się jednak w obu tych samych i to bardzo charakterystycznych formuł, za bliskiem między niemi pokrewieństwem przemawia, i każe odnieść także i tę drugą retorykę do działalności naukowej notarjuszów krakowskich przodujących w swoim zawodzie notarjuszom innych ziem polskich.

---

[1]) Star. Pr. Pol. Pomniki. Tom. X. część I. (Libri formularum saeculi XV).

Obok retoryki praskiej ogłosiliśmy w X tomie St. Pr. Polsk. Pomników także fragment formularza z czasów Kazimierza Jagiellończyka, obejmujący 39 formuł. Nieobojętną jest okoliczność, że czwarta część kodeksu Królewieckiego okazuje pokrewieństwo choć dalekie także i z tym późniejszym z pewnością zbiorem. Formuła N° 56 części czwartej jest bardzo podobną do formuły N° 189 poprzedniej naszej publikacyi. Widocznie więc obie kollekcyje, zresztą od siebie niezależne, na wspólnych polegały wzorach. Pokrewieństwo okazało by się może bliższe, gdybyśmy posiadali cały zbiór formuł, którego tylko fragment odszukać się nam udało.

Wobec uwag, któreśmy poświęcili kodeksowi królewieckiemu, zbytecznem by było ponownie zastanawiać się nad doniosłością tego zbioru. Jest to największa znana dotychczas w Polsce encyklopedyja notaryjalna z XV wieku, oparta nie na wywodach teoretycznych, ale na samych li tylko przykładach praktycznych. Niemniej jednak kodeks ten zajmować będzie zawsze jedno z najpierwszych miejsc wśród zabytków, które pozwalają nam odtworzyć warunki, w których notarjusze polscy pracowali, ocenić stopień ich wykształcenia i oznaczyć podręczniki, na jakich się do swego zawodu wprawiali.



1. Adiudicatoria.

(f. 168^{0}) Nos Albertus de Male vel nos P. iudex etc. significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, quomodo dum sub anno domini MCCCCXLIII post festum Simonis et Iude in domo nostre habitacionis in Oborniki una cum nobilibus dominis Mathia de N., N. de C. heredibus sedebamus, ibi est oblata nobis littera papirea aperta sub sigillo citatorie ex parte iudicii regalis Poznaniensis, cuius tenor sequitur de verbo ad verbum et est talis: Magnificis et strenuis dominis Petro Skora de C... iudici, Dobrogostio Coninski subiudici Poznaniensibus generalibus (Thomas Ganthowski) [1]) Nicolaus Czyeninski de S. burgrabius Poznaniensis, Zacharias Pyascowski palatini, Petrus Iuratha (s) iudicis, W. subiudicis, P. subcamerarii, G. vexilliferi dominorum loca tenentes. Magnifici et strenui domini; noveritis, quod dum sabbato proximo post Dominicam Invocavit in terminis particularibus ante castrum Poznaniense celebratis presidebamus iudicantes in iudicio regali anno domini 1444, ibidem veniens nobilis Gothardus de S. astitit terminum etc. et super hoc adiudicatum solvit. Demum in terminis particularibus feria VIta prox. post Dom. Letare anno 1445 ibi veniens Iohannes ministerialis recognovit etc. Et exaudita recognicione ministerialis etc. decreverunt predicto Gotardo dictas viginti (scribatur, ut in copia continetur nichil mutando nec addendo tantum tercias personas loco primarum, ubi »decrevimus« stat in copia, ibi »decreverunt« in littera firmacionis scribetur, esto cautus). Conclusio: Et super hoc adiudicatum solvit, prout in libro terrestri de verbo ad verbum est inventum et presentibus consignatum. — Conclusio: propter quod Magnificencias vestras petimus studiose ex affectu, quatinus sibi litteram vestram adiudicatoriam sigillis vestris roboratam dare dignemini super premissis, prout aliis terrigenis dare consuevistis et prout est iuris, moris et

[1]) Wyrazy w nawiasie przekreślone.

consuetudinis terrestris. Datum et actum loco, die, anno et testibus suprascriptis citatorie sub sigillo. Nos vero prefatus iudex, visa sufficienti attestacione dominorum in presenti littera conscriptorum tenoremque presentis littere conspicientes et plenarie intelligentes solumque Deum et iusticiam pre oculis habentes, presentem litteram ex informacione et peticione speciali dominorum tunc nobiscum sedencium confirmavimus et eam presentibus confirmamus, decercentes ipsam robur optinere perpetue firmitatis. In quorum omnium et singulorum premissorum in fidem et testimonium sigillum nostrum et domini iudicis presentibus sunt appensa. Actum et datum loco, anno, die et testibus, quibus supra. — Ista forma teneatur adiudicatoria [1]).

2. Credenciales cum meritis et consuetudine.

(f. 169) Spectabili et strenuo militi N. supremo pincerne Smi regis amico carissimo continue caritatis affectibus in domino iugiter habundare. Spectabilis et strenue domine. Mitto ad etc.

Serenissimo principi et domino domino Kazimiro, Dei gracia regi Polonie, magno duci Lithwanie et heredi Russie domino gloriosissimo, Iohannes Episcopus Cuyaviensis cum sui debita remissione oraciones in Christo devotas etc.

Conclusio: felicissimis diu successibus et gloria pro regni sui gubernaculis dirigendis meis licet indignis precibus fruitura.

3. Littera dotalicii.

(f. 169⁰) Albertus de Malle palatinus Lanciciensis etc. Significamus tenore presencium, quibus expedit, universis presentibus et futuris, quomodo ad nostram aliorumque eiusdem terre nobilium presenciam veniens nobilis N. sanus mente et corpore existens, usus suorum consilio amicorum et matura deliberacione prehabita super tota sorte sua seu pecuniis vel aliis, quas habet super *viderchow* in hereditate tali C. in districtu P. sita, ubi nunc ducente marce sunt aut in posterum habebit vel ubicunque pro ipsis aliquid emeret aut compararet, sit in perpetuum aut super *vyderchow*, et alias, ubicunque fuerunt, cum omni iure et dominio, prout solus habuit, tenuit, nichil iuris, dominii aut proprietatis ibidem pro se penitus pro se reservando cum omnibus et singulis censibus, fructibus, redditibus, dacionibus, aucupacionibus communibus et obvencionibus universis, quolibet modo ad predictas

---

[1]) Text w formularzu królewieckim jest bardzo niepoprawnym; wiele błędów można było milcząco sprostować; w niektórych wypadkach, o ile to było potrzebne, poprawki zostały uwidocznione; najczęściej jednak nie pozostawało nic innego, jak iść ściśle za rękopisem. Nie jest to jednak właściwością naszego tylko kodeksu; owszem, o ile mieliśmy sposobność rozczytywać się w zagranicznych i polskich zbiorach formuł i retorykach, to prawie zawsze spostrzegliśmy, iż formuły niezmiernie niedbale i mylnie wciągano do tego rodzaju zbiorów.

ducentas marcas pertinentibus, quocunque alio nomine seu vocabulo censeantur, centum marcas currentis vero (s) monete numeri vero Polonicalis, in quamlibet marcam computando XLVIII grossos, quinquaginta marcas racione dotis et totidem racione dotalicii generose N. consorti sue legitime dedit, donavit, ascripsit et coram nobis more solito et consueto rite et racionabiliter resignavit per eandem N. habendam, tenendam, possidendam, utifruendam et ad usus ipsius beneplacitos libere et quiete convertendam, prout sibi melius et utilius [videbitur] expedire. Harum, quibus sigillum nostrum presentibus est appensum.

4. Salvus conductus.

(f. 171) Magnificis, strenuis ac nobilibus palatinis, castellanis, capitaneis eorumque burgrabiis ceterisque dignitariis et officialibus in Regno Polonie constitutis, amicis carissimis, Albertus de Male palatinus Lanciciensis, Regie Celsitudinis locum tenens et capitaneus Maioris Polonie generalis, amiciciam cum omni bono. Quia famosus Allexius Bank civis Wratislaviensis, presencium ostensor, pro exercendis mercanciis ad regnum hoc inclitum Polonie cum mercibus et bonis suis pro augmento et commodo Regni huius inclitissimi sepius transire proposuit dubitatque de securitate sua et suorum bonorum, ne per quempiam impediretur; et ob hoc nobis supplicavit, quatinus sibi presentes litteras salvi conductus dare dignaremur; proinde [1]) Amicicias V. optamus et vigore regio requirimus, velitis sibi, dum et quando per tenutas et bona vestras pervenerit, providere de salvo conductu, ut mediantibus suffragiis vestris cum huiusmodi omnibus bonis suis secure et libere transire, stare, morari valeat, pro honore regni huius inclitissimi secus non facturi, gracie regie sub obtentu. Infra hinc et a festo s. Iohannis Baptiste proximo ad triennium tantummodo [presentibus] valituris. Datum in Kalis ipso die s. Gothardi martiris et pontificis A. D. MCCCCXL quarto *(d. 5 Maii 1444)*. nostro sub sigillo etc.

5. Promocio ad cardinalem cum recomendacione.

(f. 183) Venerande et sincere nobis dilecte. Quia pro honorabili N., qui se coram nobis multis exercens virtutibus sub onere cancellarie nostre tanto tempore militavit, ut se nobis sic gratum redderet, quod ad promocionem status sui merito inducamur, Smo dno nostro dno M. pape quinto preces nostras direximus, ut sibi de canonicatu et prebenda Cracoviensi vacantibus per mortem P. decani Cracoviensis, Sedis Apostolice prothonotarii, misericorditer dignetur providere. Cum itaque ipsius N., cuius vobis mores ac conversaciones plena sui recomendat noticia, et aliorum nostrorum fidelium

[1]) Cod. pro tando.

relacio patefacit, quanto zelo et affectu nomen nostrum regium semper a vobis teneretur, ut omnibus grata promocionis vestre impendatis obsequia, qui pro eis sub regio nomine nostro vos requirunt, petimus Sinceritatem V. sub eorum fiducia, que de vobis sub pena (s) gratitudinem cepimus, quatinus apud prefatum dnum nostrum papam in assecucione canonicatus et prebende predictorum et aliorum suorum negociorum, que vobis per honorabilem (?) de G. pro parte sua componetur(s), velitis sincere promovere pro complacencia nostra multum grata et accepta.

6. Provisio salarii ad tempora vite.

Wladislaus dei gracia etc. Significamus etc. quomodo attendentes multa laborum onera, quibus S. per diuturna nobis famulando tempora gratum se nostre reddidit Magestati et multas exhibuit servitutes et adhuc aucto fidelitatis studio exhibere poterit ampliores, horum intuitu volentes ipsum graciarum nostrarum prevenire favoribus et ad nostra obsequia reddere prompciorem, sibi in et super censibus nostris, quibus (s) in Antiqua Sandecz pro nobis collegi consueverunt, de quinque marcis, annui solarii providimus et tenore presencium providemus ad tempora vite sue. Vobis igitur capitaneis, burgrabiis etc. pro tempore existentibus et qui presentibus fueritis requisiti, mandamus, quatinus de huiusmodi quinque marcis solarii respondebitis, nostri etc.

7. Super annuale forum donacio civitati.

(182⁰) In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Cum inter humane nature commoda nichil dignius memoria habeatur, oportunum existit, ut actus hominum litterarum apicibus et testium annotacione perhennentur, ne lapsu temporis evanescant. Proinde nos W. etc. significamus etc. quomodo cupientes civitatis nostre S. condicionem facere meliorem ad instantesque peticiones civium predicte civitatis forum annuale ipso in festo s. Stanislai pontificis et usque per octo dies continue se sequentes singulis [1]) (f. 184) annis statuimus celebrandum perpetuis temporibus duraturum, concedentes omnibus et singulis mercatoribus et aliis, cuiuscunque condicionis hominibus, res et mercancias, cuiusvis generis, precii, vel speciei fuerunt, in ipsa civitate plenam et omnimodam potestatem vendendi, commutandi, forisandi et vendendi, emendi iuxta beneplacitum eorum et voluntatem, ita tamen, quod huiusmodi forum annuale aliis civitatibus nostris vicinis in nullo derogaret. Vobis igitur capitaneis, burgrabiis etc., qui pro tempore fueritis, districcius precipientes mandamus, quatinus omnes et singulos mercatores

---

[1]) Dalszy ciąg tego aktu znajduje się na fol. 184. Pisarz uwidocznił tę okoliczność dodając po wyrazie »singulis«: »verte unam litteram videbis finem istius in antiqua papiro iuxta crucem huiusmodi«.

et alios homines, qui cum ipsorum rebus, bonis et mercanciis quibuscunque ad predictum forum accesserunt vel venire voluerint, vendere, commutare et emere octo diebus predictis secure et absque omni impedimento, salvis nostris iuribus regalibus, exercere permittatis et permittere faciatis. Harum quibus etc.

8. Donacio notariatus ad tempora vite.

(f. 183⁰) W. dei gracia etc. Significamus etc., quomodo licet ad universorum subditorum nostrorum utilitatem et commodum generali studio intendamus, ad illorum tantum promociones et status direccionem singulari affectu inclinamur, quorum merita in conspectu nostro relucent comendata. Pro eo attendentes sagacis ingenii industriam, fidei constanciam, sciencie plenitudinem et morum venustatem, quibus I. notarius noster coram nobis iugiter comendatur, ipsum in iudiciis nostris Crac. terrestrem (s) scribam et notarium ad acticandum causas litigancium statuimus ad tempora vite sue. Harum serie igitur mediante vobis igitur capitaneis, iudicibus, subiudicibus, camerariis etc. iudiciis nostris Crac. presidentibus, qui pro tempore fueritis, mandamus, precipientes stricte, quatinus predictum notarium [et] eius vicesgerentem ad acticandum omnes causas, facta et negocia iudiciorum Crac. predictorum, tamquam eorum scribam et notarium legitimum, taliter, ut prefertur, per nos institutum et prefectum admittatis [1]), sibi de omnibus iuribus, utilitatibus et proventibus dicti officii, quibus Iacobus immediatus et omnes alii ipsius antecessores utebantur et gaudebant, efficaciter respondeatis et respondere faciatis, quamdiu vitam duxerit in humanis. Si quis autem iuribus suis in aliquo presumpserit derogare, indignacionem nostram gravissimam noverit se incursurum et pena debita mulctandum. In cuius rei testimonium sigillum etc. Datum B u d e anno etc. 1443.

9. Donacio super obligacione ville servitori pecunias addendo ad alias pecunias, quas habuit in eadem inscriptas.

(f. 184) Wladislaus etc. Significamus etc. quomodo sane mentis intuitu perpendentes grata et multum accepta fidelitatis obsequia et constantis fidei merita, quibus strenuus Iohannes de T. nobis placere meruit et in futurum aucto fidelitatis studio prestancius poterit complacere; horum intuitu ipsum cupientes amplioribus graciarum nostrarum prosequi favoribus et ad nostra obsequia reddere continuo prompciorem, sibi in et super villa nostra Czanstolow, in terra Russie et districtu Trembovlensi sita, L marcas numeri, monete et ponderis Polonicalium ad CL marcas, quas prius in eadem villa C. de anno 1440 circa festum s. Agathe habuit inscriptas et litteras speciales super eisdem optinet, addimus, adiungimus et tenore presencium ascribimus;

[1]) Cod. admittendis.

quamquidem villam C. predictus Iohannes tenebit, habebit, utifruetur et cum omnibus utilitatibus ipsius, fructibus, censibus, proventibus universis possidebit tamdiu, quousque per nos vel successores nostros sibi vel successoribus suis predicte L marce in hac villa inscripte cum centum quinquaginta marcis prius de anno 1440 circa festum A. etc., ut prefertur, in eadem villa inscripte fuerint persolute integraliter et ex toto; quibus solutis predicta villa ad nos et successores redibit pleno iure. Datum Bude anno etc. 1443.

10. Ratificacio privilegii.

(f. 185) In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Quia nunc multis errorum et dubiorum prudenter occurrimus incommodis, dum gesta etatis nostre litterarum apicibus et fidedignorum testium [1]) perhennamus, proinde nos W. Dei gracia rex Polonie etc. significamus tenore etc., quomodo oblata nobis peticio strenui Iohannis continebat, quatinus litteram resignacionis ville Zirniky, coram N. de I. iudice et Petro de C. subiudice generalibus terre Sandomiriensis facte, approbare, confirmare, renovare et ratificare dignaremur. Quarumquidem litterarum tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis: Nos Nicolaus de G. etc. — *ad finem ingrossetur:* Nos itaque ipsius peticionibus, tamquam iustis et racionabilibus, benigniter annuentes huiusmodi resignacionis litteram in omnibus ipsius punctis, articulis, condicionibus et clausulis ratificamus, renovamus et tenore presencium confirmamus, decernentes ipsam robur optinere perpetue firmitatis. Harum, quibus etc.

11. De mineris.

(f. 185) Wladislaus Dei gracia etc. Significamus etc., quomodo volentes thezaurorum nostrorum adaugere facultates et regno nostro utilius providere, ut tempore nostri regiminis salubria senciat incrementa recepisse et cura nostre provisionis multis commodis et fructibus gaudeat se fulcitum, de ingenio et sagacitate Sigismundi de S. confidentes sibi in montibus et aliis locis planis, paludinosis vel aliiis [2]) quibuscunque in terra Russie in hereditate Humence sitis et ubilibet in regno nostro, ubi ipsis videbitur expedire, auri vel argenti mineras querere, fodere ac in auri et argenti [fossione] magisterii [3]) eorum studia convertere, iuribus et proventibus nostris salvis semper et expressis, plenam et omnimodam tenore presencium concedimus facultatem, dantes et concedentes ipsis omnibus iuribus et consuetudinibus, quibus magister moncium et minerarum scrutatores in regno Hungarie et alias ubicunque potiuntur, utifrui et gaudere. Vobis igitur capitaneis, burgrabiis, nobilibus, indigenis et incolis terrarum nostrarum mandamus, quatinus ipsos ad querendum,

---

1) Cod. testimonio; pisarz wyraz ten przerobił na »testium«.
2) Cod. aliarum.
3) Cod. magistari.

fodendum, operandum huiusmodi mineras, ubicunque ipsas inveniant, libere, secure et absque omni impedimento admittatis et admitti faciatis. Si quis autem huiusmodi mandato nostro contraire presumpserit, penas in detractores et usurpatores [1]) thezaurorum nostrorum promulgari solitas se noverit incursurum. Harum, quibus etc.

12. Exaccionum absolucio.

Significamus etc. quomodo volentes diem extremi iudicii pietatis operibus prevenire ad instantesque peticiones abbatisse etc. omnes et singulos kmethones et incolas villarum, ad monasterium predictum pertinencium, ab omnibus et singulis dacionibus, contribucionibus, exaçcionibus et quibusvis aliis nostris regalibus solucionibus ad anni decursum absolvimus et tenore presencium liberamus, exaccionibus dumtaxat avenalibus exceptis et exclusis, quas pro nobis volumus reservare, Quocirca vobis capitaneis, burgrabiis etc. mandamus, quatinus ipsos circa huiusmodi libertatem nostram conservetis, (et) racione predictarum dacionum etc. nulla presumatis impedire racione.

13. Gracia vidualis.

Wladislaus etc. fidelibus nostris dilectis capitaneis, burgrabiis et iudicibus, subiudicibus in regno nostro etc. Quia nobilis Anna relicta olim Andree de Tanczin castellani Woynicensis, defuncto marito suo, cottidianis torquetur lacrimis et consolacionis beneficium non meretur invenire; unde doloribus ipsius piis visceribus compacientes, volentes ipsam post tanti meroris dispendia graciarum nostrarum beneficio prevenire et impetum tristicie moderare, hanc sibi graciam concessimus ac tenore presencium concedimus, ut nulli pro causis quibuscunque citata ad unius anni spacium teneatur respondere. Vobis igitur omnibus premissis mandamus, quatinus predictam Annam in iudiciis vestris pro causis tam magnis, quam parvis ad instanciam cuiuslibet nulla presumatis iudicare racione. Si quid autem attemptare presumpseritis contra ipsam, extunc irritum decernimus et inane.

14. Absolucio theloneorum.

(f. 186) Universis et singulis capitaneis, burgrabiis etc. et quibusvis regni nostri et terrarum Russie officialibus et subditis eorumque vicesgerentibus presentibus requirendis, fidelibus nostris delictis, graciam etc. Quia omnes homines oppidum nostrum Bobrek nove locacionis mansionaliter inhabitantes ab omni theloneorum solucione liberos et solutos reddimus harum serie mediante ad beneplacitum nostre voluntatis; quocirca vobis et vestrum etc. seriose mandamus, quatinus omnes homines predicte civitatis Bobrek inhabitantes [absque

---

[1]) Cod. detraccionis et usurpacionis.

omni] inpedimento ac solucione thelonei, quocunque nomine recitentur, permittatis [etc.] quousque a nobis aliud habueritis in mandatis. Datum Cracovie.

15. Restitucio cause.

(f. 186) Wladislaus etc. palatinis, castellanis, iudici, subiudici etc. colloquio Radomiensi etc. proxime celebrando presidentibus, presentibus requirendis fidelibus nostris etc. graciam etc. Strenui et nobiles fideles etc. quia P. de C. colloquio generali predicto proxime per vos celebrando nulla potuit interesse racione, nec in eo causas suas motas vel movendas attemptare; ideoque mandamus vobis, quatinus, si quas in absencia eius contra ipsum tulistis sentencias aut ipsum reddidistis contumacem, absencie sue predicte racione, has omnino irritas decernatis et inanes omnesque terminos ipsis et causas, quas habet coram vobis usque ad aliud colloquium generale proxime subsequens prorogando differatis, ne sibi serviciorum suorum obsequia per ipsum tunc nobis prestita dampni occasionem videantur irrogare et inferre. Datum anno.

16. Commissio super distinccione, limitacione graniciarum.

(f. 186) Wladislaus Dei gracia etc. nobilibus Mathie de V. palatino Calisiensi, Iohanni de Sczekoczini capitaneo etc. fidelibus nostris dilectis graciam regiam et omne bonum. Fideles nostri dilecti; ut iurgiorum et displicencie materias [1]), que ex vicinitate hereditatum sibi confinancium non limitatarum plerunque solent evenire et oriri, dirimere tollereque de medio ac eorum fomenta suffocare [valeamus], iusticia, equitate, iuriscultura et pericia vestris plurimum confidentes, vobis in solidum aut eciam aliquibus vestrum in casu, quo aliqui infirmitate, seu, quod absit, morte forent prepediti presenti (s) lacum oppidi nostri *Powidz* et villas Rdi patris dni A. Epi Poznaniensis Cossow etc. nuncupate (s) metis, limitibus, gadibus, graniciis limitandi et ab invicem iure, ritu et consuetudine terre observatis separandi certisque signis dividendi vel distinguendi plenam et omnimodam dedimus, damusque et concedimus facultatem presentibus, volentes verius et mandantes seriose et districte in desideriis optinentes, quatinus die aliquo apto vobis deputato et assumpto, vocatis ad se senioribus experimentum eorum habentibus [2]) ad ipsum locum descendere et eidem certas metas graniciarum decernere, deputare et limitare irrecuse sine mora debeatis pro mera et omnimoda iusticie equitate in favorem parcium nichil penitus attemptantes; secus in premissis non facturi.

17. Libertas et conservacio iurium cuidam ecclesie concessorum.

Wladislaus Dei gracia etc. significamus etc., quod ex quo ad hoc divine Maiestatis providencia nobis regni commisit gubernacula et diadematis nos

[1]) Cod. materie.
[2]) Cod. habente.

honore insignivit, et cum omnium specialiter sub nostri regiminis cura consistencium profectibus teneamur intendere, maxime personis spiritualibus et ecclesie ministris, quorum suffragiis et precibus gressus nostri debite diriguntur, fatemur nos obligari; proinde attendentes, quomodo ecclesia Wladislaviensis una cum suis presule et ministris circa granicies et limites bonorum dicte ecclesie a nonnullis adversariis et emulis nunc iudiciorum strepitibus nunc impressionibus et nunc violenciis et calumpniis multa et varia paciatur decrementa, volentes itaque, ut prefata Wladislaviensis ecclesia sub nostre proteccionis posita presidiis ab oppressionibus huiusmodi eruatur et per nostra opitulamina debita libertate letetur, omnibus iuribus, privilegiis, consuetudinibus, immunitatibus et graciis, quibus ecclesia Gneznensis potitur, tam circa limitacionem bonorum, quam circa alia, que ipsam ecclesiam Wladislaviensem et eius commodum videbuntur concernere, concedimus et largimur[1]) utifrui et gaudere. Vobis igitur omnibus et singulis capitanes, palatinis, dignitariis, terrigenis et quibusvis regni nostri Polonie subditis fidelibus nostris dilectis firmis nostris regalibus damus in mandatis, quatinus prefatam ecclesiam Wladislaviensem et ipsius presulem et ministros circa iura, privilegia, consuetudines, immunitates et gracias, quibus eeclesia Gneznensis utitur ab antiquo, inviolabiliter debeatis conservare; secus sub obtentu gracie nostre facere non ausuri. Datum etc.

18. Donacio ad tempora vite ville.

(f. 187) Wladislaus etc. significamus etc., quomodo, attendentes grate fidelitatis continua studia et multa serviciorum oculis mentis nostre proponentes prependia, que nostre Maiestati Petrus Mediolanensis de R. fidelis noster constanter exhibuit et adhuc exhibere poterit prestancius, aucta devocione fidei, in futurum, quorum intuitu volentes meritis ipsius legalitatis nostre dignis premiis respondere, sibi villam nostram Iancow cum molendino in terra Maioris Polonie et districtu Kalisiensi sitam, quam de consensu et annuencia nostra speciali a strenuo Alberto Suczka etc. in centum marcis numeri, ponderis et monete Polonicalium consuetorum liberavit et redemit, ad recompensandum eciam videlicet sibi pro villa Carlow, cuius nobis possessionem libere restituit, dum ipsam ad tempora vite sue possidet, cum molendino suo et aliis ipsius ville Iancow predicte omnibus et singulis utilitatibus, fructibus, censibus, redditibus, agris, pratis, piscinis, silvis, borris nemoribus etc. necnon attinenciis, pertinenciis, coherenciis, obvencionibus et appendenciis universis, prout in suis metis et limitibus est et fuit ab antiquo limitata, ordinata et distincta, damus, donamus, conferimus, tradimus et largimur ad tempora sue vite per ipsum habendum, tenendum, utifruendum et pacifice possidendum, tamdiu, quamdiu vitam duxerit in humanis; ipso autem

---

[1]) Cod. largiter

ab hac luce decedente vel defuncto, proximiores sui equale ius possessionis, proprietatis et dominii in ipsa villa Iancowo et molendino obtinebunt et habebunt, quousque a nobis et a nostris successoribus in prefatis centum marcis ab ipsis fuerit absoluta, hoc proviso, quod nobis et nostris successoribus prefatus Petrus cum ipsius successoribus in prefata villa de solucionibus et consuetis stacionibus, contribucionibus et exaccionibus respondere [tenebitur], quas semper in huiusmodi donacionibus nostris excipere et pro nobis reservare consuevimus. Harum etc.

19. Libertas concessa eundi ad fora annualia.

(f. 186) Significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, quomodo cupientes civitatis nostre Sandomiriensis condicionem facere meliorem et incolas ipsius speciali prerogativa et liberalitatis nostre munificencia consolari, ut sub felici nostro regimine utilia se senciant recepisse incrementa, ipsis et ipsorum cuilibet hanc graciam facimus et tenore presencium concedimus et facimus, ut ad fora annualia civitatum quarumcunque per directas vias et non per loca, [in quibus] via communis ab antiquo mercatoribus est posita et statuta, cum ipsorum mercibus licite proficisci poterint et transire ad nostre dumtaxat beneplacitum voluntatis. Vobis igitur capitaneis, burgrabiis, tenutariis, woyvodis, procuratoribus, thelonealiis, civitatum consulibus et rectoribus earundem ceterisque officialibus per regnum nostrum Polonie et terras Russie ubilibet presidentibus et constitutis, fidelibus nostris dilectis, presentibus committimus et mandamus, quatinus cives nostros et incolas nostre [civitatis] Sandomiriensis predicte per vias directas et quibus ipsis placuerit, ad fora annualia dumtaxat cum ipsorum mercibus ire libere ipsos permittatis et permitti faciatis, dum et quociens presentibus fueritis requisiti et donec a nobis habueritis in mandatis. Datum etc.

20. Super fluitacione lignorum conductus.

(f. 187⁰) Universis et singulis palatinis, castellanis, capitaneis, dignitariis, nobilibus, terrigenis, burgrabiis, tenutariis, procuratoribus tam nostris quam spiritualium civitatum, magistris civium, advocatis, consulibus, incolis, theolonealiis, poncium, obstaculorum, passuum, navigiorumque custodibus in locis et civitatibus infrascriptis: videlicet Sandomiria, Kazmyria, Ricziwol, Dobrzin, Iuniwladislawia, Bobrowniky, Przepust et Slonszko, supra fluicionem circa Vyssla consistentibus, presentibus requirendis fidelibus nostris dilectis graciam regalem et omne bonum. Fideles nostri dilecti; quia civibus et incolis civitatis nostre Sandomiriensis, qui se nobis ad servandum pacta et consuetudines circa divisiones ipsorum lucri tentas sufficienter obligantur iuramento, per Vyslam et Dunaiecz, Saan infrafluere in Prussiam permittimus et permisimus tenore presencium mediante, quocirca fidelitati vestre seriose precipimus et mandamus habere volentes, quatinus homines nostros predictos

cum taxis et mercanciis ipsorum in aqua, ut prefertur, transeuntes, libere, secure et sine quovis impedimento, arestacione, detencione, molestia vel offensa ambulare infra flumen (s) et transire permittatis et permitti faciatis, dum et quociens presentibus fueritis requisiti, non alia inconsueta thelonea, exacciones vel tributa, preter illa, que et prout alias secundum suorum continenciam litterarum exsolvebant, nec aliter quam in moneta nostra exigere presumentes, ex quo in nostra presencia exponere habuerunt cum querela, qualiter per aliquos theloneatores locorum predictorum ad solucionem thelonei in moneta latorum grossorum Prag. contra consuetudinem diucius observatam arcerentur; secus non facturi. Datum.

21. Forma familiaritatis.

(f. 187⁰) Wladislaus Dei gracia rex Polonie etc. significamus etc., quomodo animadvertentes, quod tunc principum gloria, que licet ex se perspicua manet et decora, stipata tamen familiarium multitudine luce choruscat clariori, quorum frequenter tronus roboratur regnis (s) et maiestatis auctoritas cultu veneratur digniori; horum intuitu honorabilem N. etc., quem multarum virtutum studia, litterarum sciencia, vite et morum constancia quorum (s) nobis multipliciter commendat, in familiarem et capellanum nostrum recepimus et nostrorum familiarium et capellanorum collegio aggregamus, omnibus privilegiis, iuribus et emunimentis sibi uti, frui et gaudere concedentes, quibus ceteri familiares et capellani nostri pociuntur et fruuntur. Datum etc.

22. Libertas post combustionem ad sex annos.

(f. 188) Wladislaus Dei gracia rex Polonie etc. significamus etc., quomodo intendentes cives et incolas nostre Drohobicensis civitatis et presertim hos, qui ista vice per ignis incendium plurima dampna perceperunt, speciali nostre gracie [prerogativa] reddere et facere consolatos, ut tempore nostri felicis regiminis felicia senciant recepisse incrementa, hanc ipsis de innata nobis liberalitatis clemencia graciam et libertatem concessimus et concedimus tenore presencium mediante, ut per sex annorum spacium ab omnibus et singulis censibus, solucionibus, donacionibus, dacionibus, excepcionibus (s) et contribucionibus a bonis ipsorum quibuscunque tam nostris quam civitatis sint liberi et quieti, pacifici et soluti. Vobis igitur Iwoni capitaneo Russie etc. et aliis, qui pro tempore fueritis, woyewodis, consulibus, advocatis, theolonieariis presentibus requirendis firmis nostris damus regalibus in mandatis seriose committentes, quatinus predictos cives et incolas, qui huiusmodi dampna per ignis incendia, ut prefertur, susceperunt, circa hanc, quam ipsis graciam concessimus et libertatem, inviolabiliter et illese gracie nostre sub obtentu debeatis conservare, nullos census, staciones, exacciones, soluciones et quascunque contribuciones de ipsis et bonis ipsorum quibuscunque exigere, extorquere et levare, ut alias consuevistis, presumatis per sex annorum spacium, ut prefertur; secus non facturi.

23. Libertas concessa extraneis secure veniendi Iudeis.

(f. 188) Wladislaus Dei gracia rex Polonie etc. Si cunctorum varietas, que processibus nostris improvide circumfluit et nacionum pluralitas, que sub dominii nostri felicitatem respirant, in statu veniendi pacifico causam nobis continue meditacionis adducant, quadam verumptamen prerogativa familiaris cogitacionis inducimur [1]) et assidua meditacione [2]) pensamus, qualiter regni nostri populus, cuius nos cura specialliter sollicitat, cuius nobis est hereditate omni possessio preclarior, sic tranquillitatis de corde prepolleat, ut tempore nostri felicis regiminis augeatur. Videntes hoc autem fieri non posse commodius, quam si eiusdem regni locuplex gremium et libertatis sue.... [3]) recipiat extraneos et alienis filiis fecundetur, magnam (s) quidem provisione decrevimus, ut quicunque Iudei predicti regni nostri indigene affici cupientes domiciliis illuc et familiis omnibus translatis ipsius habere voluerint incolatum, ut ad locum pascue (s) veniant et ut eius grata fertilitate fruantur preter nostre plenitudinem gracie et in collectis et exaccionibus publicis certi temporis pro racione videbitur expedire libertatem, quam eis favorabiliter pollicemur, volumus eisdem tuicionem, libertatem securam et quietam ab omnibus regni nostri officialibus, indigenis et subditis securitatem procurare omnibus et singulis tam status spiritualis quam secularis hominibus ac regni nostri subditis sub constitucione edicti generalis atque pene, quam a contravenientibus irremissibiliter exigemus, prohibentes, ut nullus, cuiuscunque condicionis et status existat, Iudeos de extraneis partibus ad regnum proficiscentes [4]), in eadem mansione venientes (s) et de facto moram facientes in eadem nec presumat molestare vel turbare in aliquo, quinymmo ipsos cum omnibus rebus, bonis, possessionibus ipsorum ab nostre celsitudinis re..ere eciam habeatis recomendatos, aliud gracie nostre sub obtentu facere non ausuri. Datum.

24. Forma concessionis et dande per aliquem scultetum in locacione vastorum locorum libertatis a domino rege firmata.

(f. 188⁰) Wladislaus Dei gracia rex Polonie etc. significamus etc., quomodo volentes loca vasta et deserta regni nostri et presertim terrarum Russie hominum multitudine habundari et condicionem ipsius facere meliorem, ut sub felici nostro regimine felicia recipiant incrementa, hominibus et quibuslibet incolis in villa R., in silvis desertis eidem adiacentibus in terra Russie et districtu Premisliensi sita, Lewkonis Rutheni inhabitantibus et inhabitare volentibus libertatem talem, qualem ipsis predictus Lewko Ruthenus

---

[1]) Cod. inducuntur.

[2]) Cod. meditacionis.

[3]) W tym miejscu pisarz zamieścił wyraz, który można czytać: »perprim« lub »per primum«.

[4]) Cod. proficiendo.

concesserit damus, et concedimus per presentes, predictos ab omnibus et quibuscunque solucionibus, dacionibus, censibus, contribucionibus, exaccionibus, laboribus et vecturis eximimus et liberamus tamdiu, quousque predictus Lewko Ruthenus summam ipsis servaverit libertatem; qua elapsa dicte ville C. et D. defertur (s) kmethones et incole prescriptas soluciones, daciones, contribuciones, exacciones, labores et vecturas nobis iuxta consuetudinem et morem aliarum villarum in terra Russie tentas et observatas dare et solvere tenebuntur. Quare tibi Iwoni et aliis, qui pro tempore fueritis etc.

25. Sequuntur alie forme omagialium inscripcionum.

(f. 188⁰) Nicolaus, Dei gracia dux Cracovie, significamus, quibus expedit, universis, quomodo Smo principi domino W. regi etc. domine Hedvigi consorti ipsius eorumque posteris et corone regni Polonie de anno domini M⁰CCCC⁰ obedienciam debitam omagiumque fidelitatis prestitimus cum toto nostro dominio more solito et consueto, pro eo enim, quod prefatus dnus Rex nos speciali gracie prerogativa preveniat, nobis terras et castra b, d, et g. largiendo et donando, exnunc de eisdem terris et castris cum hominibus nostris eidem domino W. regi, eiusdem consorti domine H. regine et eorum posteris coroneque regni Polonie obedienciam huiusmodi et omagium fidelitatis prestamus et facimus, tenore presencium mediante, eisdem fidelitatis omnimodam atque puram temporibus perpetuis tenere promittimus et spondemus, ipsosque nunquam deserere volumus, nec eis adversari, sed semper eis stare et eos toto posse adiuvare contra ipsorum omnes emulos et inimicos atque hostes, dolo et fraude quibuslibet proculmotis, eo..... et adiuncto, quod prefatus dominus rex terrigenis nostris, quos de Cracovia ad mandata eius ad expedicionem ultra hos, cum quibus sibi servire debemus, adduxerimus, prout suis terrigenis Polonie satisfacere tenebitur et debebit; homines autem de terris Russie nobis dati, videlicet Belz, more Ruthenico Lamburgensi ad expediciones singulas debent obsequi, servire.

26. Alia forma omagii.

(f. 189) Nos Ulricus de C. ad universorum noticiam deducimus per hec scripta, quomodo matura deliberacione, non aliquo seducti errore sed ex certa sciencia et voluntate ultronea, de consilio nostre genitricis carissime Smum principem dominum W. regem Polonie dominum nostrum graciosissimum in dominum nostrum recepimus sibique et[1]) corone eius ac regno Polonie cum castro nostro Drezno perpetue et omagialiter una cum successoribus nostris, tanquam vero dno nostro et heredi, adherere et subici ac verus subditus et regnicola eius esse promittimus et eius dominacioni (s), ut premittitur, tenore presencium mediante. Cuiquidem domino W. et eius regno

---

[1]) Cod. de.

omagium et subiecciones ac obedienciam debitam super fidelitate tenenda prestitimus per nos et successores nostros inviolabiliter ac perpetue tenemus more solito et consueto, ita, quod [preter] ipsum dnum W. eius successores et coronam regni Polonie nullum dominum aut heredem ac protectorem querere debemus, sed ipsis ut verus subditus et omagialis fideliter adherere et eos ab omnibus insultibus quorumlibet inimicorum premunire; eo eciam non obmisso, quod de castro nostro predicto Drzeno toto posse nostro de commodis ipsius domini Regis et terrarum eius curabimus providere et ipsum et terras ipsius dni Regis ab omnibus incommodis, dispendiis atque dampnis toto posse, ut premittitur, premunire, eo specialiter addito et expresso, quod si nos mori sine prole contigerit, extunc predictum castrum nostrum D. ad ipsum dominum Regem Polonie et ad coronam ipsius devolvetur. Similiter et si proles nostre, si quas nos habere contingeret, sine liberis et succedaneis morientur, castrum predictum ad dominum Regem et coronam ipsius pertinebit, quod ad manus ipsius domini Regis nobis decedentibus, ut premittitur, tenebitur et regetur. Cuiquidem domino Regi burgrabius noster presens una cum consorte et genitrice nostris cum eodem castro nostro ad manus Sandiwogii de Ostrorog promissionem facient; similiter et ceteri burgrabii in ipso castro eligendi et statuendi pro parte domini W. Regis ipsi domino Sandivogio promissiones supra obediencia et fidelitate tenenda cum ipso castro facient fideliter et prestabunt; promittimus insuper, quod cum pro necessitate ipsius domini W. regis . . . . [1]

27. Sequitur epistola rethorice ad omnes studentes, in qua precipitur, ut eius facultates large universis scolaribus apperiantur etc.

(f. 191⁰) Rethorica Dei gracia regina facundie, princeps eloquencie et venusti sermonis venustissima fabricatrix, universaliter singulis et singulariter universis nostre facultatis ignaris scolaribus, dumptaxat in ambitu Cracoviensis urbis contentis, graciam et favorem ad nostre dulcedinis pocula degustanda. Et (s) fidedigna fidelis nostri N. relacio Magestati nostre fidem fecit, quoniam nonnulli crebra postulant postulacione per eundem N. vobis errarii nostri scrinia reserari. Sed quoniam prudentis est onera viribus disproporcionata pertimescere ad ferendum, ne gravata mole exicium deflectant ad extremum, precipue ne ingenii sui parvitas ac paupertas per eundem in periculum exponatur, [in] ignominiam deflectatur, in derisum supprimatur; sicque malleo fantasiacionis percussus expavescit, nec hoc facto tandem supra dorsum eius fabricent detractores. Et quia nostre celsitudinis potencialis auctoritas et native liberalitatis affectus ad illud nos compellit, ut suffragiorum nostrorum beneficio predicti N. gratanter supplicamus, sicque sua-

[1]) Str. 188⁰ niezapisana; z tego widocznie powodu brak końca tego aktu. Dokument ten, drukowany kilkakrotnie, jest z d. 25 Maja 1402 r. (Lewicki, Index actorum etc. N⁰ 372). Ogłaszamy go wiernie idąc za kod. Król. w celu uwidocznienia wartości tekstów w tym rękopisie pomieszczonych.

vissimos nostre facultatis fructus ad degustandum nostro ex favore intra viridarii nostri vos septa hylariter invitat universos, quippe ibidem yemps recessit, ymber apparuit, flores [apparuerunt] in viridario nostro, tempus putacionis et vindemie advenit. Venite omnes, qui concupiscitis fructus nostros, ut implemini et sociamini ab uberibus nostre dulcedinis. Iam pubescunt rami, spirat nardus, aves ioculantur, resonat concors concordia armonia vocum, hec sunt laudabilia dona, que tam gratanter, quam liberanter petentibus largientur. Ut igitur nostre liberalitatis beneficia tanto lacius in conspectu universorum eluctant, tibi N. mandamus, quatinus intrepidus nostri beneplaciti exequaris effectum, ut in conspectu nostre Maiestatis tanto delectabilior existas, quando comendabilior in tuo opere apparebis.

28. Excusacio per modum responsionis.

(f. 192) Serenissima princeps, domina graciosa, ad apparigendum egentibus scrinia nostrarum facultatum sub vestri precepti serie quasi ab ictu fulminis attonitus horipilacione stuporis expavi et nimirum obstupui, quod imbecillibus meis humeris tantam molem nitimini alligare[1]) tantoque amplius contristatus incedo et in cessu contristor, quanto vestre Magestati in hoc obsequium prestare minime valeo, neque possum. Eatenus vestre Serenitatis magnificencie humili supplico ex affectu, quatinus in hiis meam insufficenciam sustinentes invalidam promptitudinem mee voluntatis pro facto dignemini computare. Illo annexo queso vestram per hoc regiam sinceritatem sinistra suspicione nullatenus fermentari, non enim vestram Maiestatem indignanter hoc ferre decet, si meus affectus non respondet efficaciter desiderio vestro, cum defectus michi valide incumbens probabiliter me reddidit excusatum. Nam providius michi censeo principium minime principiare, quam principiata non conducere reverenter ad finem preintentum, cum a fine singula opera merito sunt compellenda et universa turpitudinis ignominiam aut tituli claritudinem a fine percipiunt manifeste. Cracovie.

29. Sequitur materia, in qua arguitur notarius de sua inobediencia.

(f. 192⁰) Nimirum non mirari possumus de re tam mira quam ridicula, non minus admiracione quam indignacione [digna], quod plantatrici proprie planta denegat fructum exoptatum, quod domine servus, observatrici alumpnus, ymo matri filius obedienciam subtrahit condecentem. Quamquam adhuc usque herentibus reliquiis nectar lactis tuorum intersticiis dencium gratanter sucsisti, nec a nostrorum coagulis uberum delapsus et iam materne caritatis per inobedienciam inficiaris amplexus, propter quod vehementer contra te astruimur exacerbari, gratuitis avulsis favoribus, tue cogimur inobediencie novercari cum frivole et aroganter laudabilia nostra missa exequi contempsisti, tantum animadvertentibus nobis humane fragilitatis defectum, quod dissimulacionis sub velamento huiusmodi tuos culpabiles excessus, Maiestatem nostram agravantes,

[1]) Cod. que imbecillibus meis humeris tantam molam nitumini alligere.

debite in posterum reservantes ulcioni, adhuc tibi stricte precipiendo mandamus sub omnimodo nostre indignacionis incursu, quatinus beneplacitum nostrum ad operis execucionem conducas diligenter, ne tuis demeritis penam exigentibus ac deinceps cumulata tua rebellio multiplices furoris flamines et odii in corde nostro comportet exardentes. Datum Cracovie in die Pylati.

30. Ad reginam super inobediencia.

(f. 192⁰) Serenissima princeps metuenda. Quid epistola preambula de insufficiencia mea vestre Magestati insinuavit, non inobediencie precor ymo timori ascribatis. Quippe illud fecerim trepidus formidando pro ignorancia hominibus in derisum, pro ruditate in odium, pro errore celebris fame in detrimentum per hoc ne involvar. Agnosco siquidem, quod quantum apud probos beneficio facultatis vestre gracie et favoris michi accreverit, tantum apud improbos infamie et rancoris, tamen quia consolacionis vestre secundum multitudinem motus cohercentes conceptam in me ulcionem misericorditer distulistis, propter quod ardencius temptabo exequi iuxta vestra mandata [1]), quamvis igitur domina graciosa durum sit michi tante gravedinis pondus assumere, durius, fere durissimum est michi tamen vestris iussionibus contraire; nichilominus igitur me totum exhibeo exequendum possetenus omnia genera mandatorum, vestre supplicans celeberrime [2]) bonitati, ut oculi vestre Maiestatis videant in profectum meum, et in librum memorie vestre scribantur, si congruencia votis vestris ad hec affectio videatur. Si vero, quod absit, vacillabo, per vos sim coroboratus, si cecidero, sim erectus, si vero cecidero, pertenear graciosissime, ad quod fructuosius exequendum Serenitas vestra, o domina, nostra labia apperiet, ut laudem anunciet, ponet custodiam ori meo et hostium circumstancie labiis meis, ut sciam eloqui eloquenda et tacere tacenda, duce domino, et gubernacionis premia venustare.

31. Littera super accusacione ad dominum apostolicum.

(f. 193) Beatissime pater, domine graciosissime. Nimirum non expedit ea silencio succumbere, ex quorum propagacione ac studiosa innodacione virtutis beneficia incipiunt reflorere et in tituli bonitatis suscipiunt incrementum et infortunam (s) pravitatis valide cohercentur. Proinde coram V. Sanctitate proponere duximus in querela, quomodo a. b. c. canonici cathedralis ecclesie non sine ingenti scandalo virtutem exosam habentes in volutabro turpitudinum periclitantes, nec Dei nec hominum intuitu reformidantes, in labore stellarum studeant desudare humanaque solercia postergata ecclesie numerum ignominiarum sorciuntur bestiarum; per quod heu spiritualis status apex fumosa ymagine denigratur et cacumen spiritualium turpiter deflectitur ac tituli laudis sponte decrescunt', ita, ut tacitus secularium

---

1) Cod. vestra vestram.

2) Cod. cerime.

animus tanto fervencius adversus spiritualium mentes concitantur, quanto ab eorum insigni claritate abstinet, longe videntur derigare. Et nisi ad huiusmodi prava [1]) pena [apponatur], totus clerus in grandem infamiam demergetur.

32. Littera commutacionis cum resignacione seculari.

(f. 193⁰) In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Albertus de Malie, palatinus Lanciciensis et Regie Mtis locum tenens, necnon capitaneus Maioris Polonie generalis, significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, quomodo ad nostram aliorumque eiusdem terre nobilium presenciam veniens nobilis N. de M. non compulsus, non coactus, nec aliquo errore devio seductus, quin ymmo sanus mente et corpore existens, usus amicorum suorum consilio ac matura deliberacione prehabita totam hereditatem *vel totales hereditates etc.* videlicet Iasnowo, Iankowo in districtu Poznan. cum omni iure, dominio et proprietate, prout solus habuit, tenuit et iure hereditario possidebat, necnon campis, agris, pratis, pascuis, graminibus, silvis, borris, gays, nemoribus, indaginibus, rubetis, quercetis, pinetis, mellificiis, lacubus, piscinis, piscaturis, fluviis, fluminibus, ripis, torrentibus, aquis et earum decursibus, molendinis et eorum emolumentis, et generaliter cum omnibus et singulis utilitatibus, fructibus, censibus, redditibus, proventibus, dacionibus, donacionibus, venacionibus, aucupacionibus, honoribus, laboribus, curiis, domibus, areis, ortis, pomeriis, allodiis, prediis, attinenciis, sareptis, appendiis et obvencionibus universis, quocunque alio nomine sive vocabulo censeantur speciali, ita longe lateque et circumferencialiter, prout antefate hereditates *vel antefata hereditas etc.* in suis metis, finibus sive graniciebus sunt distincte sive limitate, *vel sic: distincta sive limitata* [2]), nichil iuris, dominii sive proprietatis sibi aut suis successoribus legitimis penitus reservando, pro integra hereditate dicta Luboszczina cum superaddicione centum et quinquaginta marcarum mediorum grossorum, in quamlibet marcam computando XLVIII gr. numeri Polonicalis et consueti, racione vere et vicissitudinarie commutacionis, hereditatem pro hereditate et terram pro terra commutando, nobili domino de G. et ipsius legitimis successoribus in perpetuum commutavit et coram nobis rite et racionabiliter iuxta terre consuetudinem in evum resignavit per ipsum habendum, tenendum, utifruendum, possidendum, obligandum, commutandum et iuxta beneplacitum ipsius convertendum, harum, quibus testimonio litterarum sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum Poznanie ipso die s. Venceslai anno domini MCCCCXL tercio, presentibus magnificis et nobilibus a, b, c, d, e, f, testibus circa premissa. — *Item semper sex notantur testes circa huiusmodi privilegia litterarum.*

---

1) Cod. prave.

2) Na interlinii: »ad unam hereditatem referendo«.

33. Na *wyderkow* privilegium.

(f. 194) Sic incipitur et terminatur, sed sigillum in serico pargameno appendi dinoscitur, testes nominantur, ut in privilegio perpetuo, ut supra sex; consuetudo est.

34. *Widerkow* resignacionis.

(f. 194⁰) In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Albertus de Malie, palatinus Lanciciensis et Regie Maiestatis locum tenens necnon capitaneus Maioris Polonie generalis, significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, quomodo ad nostram aliorumque eiusdem terre nobilium nobilis N. veniens presenciam, non compulsus nec coactus nec aliquo errore devio seductus, quinimmo sanus mente et corpore existens usus amicorum suorum consilio et matura deliberacione prehabita hereditatem suam Iancowo dictam cum omni iure, dominio et proprietate, prout solus habuit, tenuit et iure hereditario possidebat, in districtu Poznaniensi sitam, necnon campis, agris pratis, pascuis, *ut supra, per totum usque ad illam clausulam:* nichil iuris et dominii sive proprietatis sibi aut suis successoribus legitimis reservando, pro ducentis marcis latorum grossorum Pragensium numeri vero Polonicalis consueti, XLVIII gr. in quamlibet marcam computando, nobili N. de O. et ipsius legitimis posteris titulo et foro reempcionis, alias *na wyderkow*, perpetue vendidit et coram nobis more solito et iuxta terre consuetudinem rite et racionabiliter in perpetuum resignavit per eundem N. habendam, tenendam, utifruendam et iure hereditario possidendam, vendendam, obligandam, arendandam, commutandam, alienandam, prout sibi aut suis successoribus legitimis melius et utilius videbitur expedire, donec prefatam hereditatem prenominatus N. aut ipsius posteri legitimi non redimerint aut non exemerint. Harum, quibus testimonio litterarum sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum Poznanie loco, anno, testibus ad premissa. — *Sex nominati et scripti ad minus.*

35. Littera ad socium super baptismo Mazovitarum.

(f. 195⁰) Sodalis care frater et rethor optime. Celeriunscule cursitare cogor in huius littere accepto itinere, tum propter tempusculi angustiam, quo hic portitoris [1]) gestit latere presencia, tum eciam propter ingruencium adversitatum iacula, quibus nunc ferior in his Babilonicis partibus, in quibus licet annuente domino votiva pocior sospitate, tamen modicillorum profectuum conquesivi accomoda, hoc solum non sinit exolere animum meum, quod dominus Io., cui famulare concepi, precipuo immo paterno me favore complectitur, cui eciam singulari filiacionis avellamine obsequii [2]) ipsius me arcet

---

[1]) Cod. pertitoris.
[2]) Cod. obscopi.

flagrans favoris affectus. Gavisus sum nuper audita bona valitudine Ftis V. et non minus vobis hanc faveo, quam proximo michi sanguinis linea adunato parenti. Si enim diversitas locorum nos seiunxit, dudum etenim inter nos caritatis zelus firmatus hercle non secernet ydemptitas, tamen mencium varietatem compaginat mansitacionum, diversa unit, disiuncta congerit et redigit in idem. Nec mirum, nam radii cordis et qui ab eodem prosiliunt, quod est sol corporis consone poterint terreni, immo solis radiis coequari; qui licet consentanea parilique luce coruscant, non tamen nitor eorum alternatis luminibus in sui rutilando decrescit, decrevit dnus meus prefatus correptis moribus [1]) ad mansiones illas paradisiacas regirare, sed me hic reliquit ad convertendum animos istorum Mazovitarum, qui nondum fidei paradoxa fundamenta solido amplexati sunt nexu, ut tandem meis irrigati dogmatibus de suis pectoribus salubria eliciant rudimenta, et felici remige de ponti (s) procellis, quibus pici alias *dzaczolowe* fidey et servicio innexi sunt, et percrebro naufragantur, ad portum pessime orthodoxe fidey enatare, evehi et traduci [valeant]. Elaborabant enim quidam ipsorum in meo hic ingressu, ut saltim potuissent me suo consecratum baptismate Mazoviensi contuberniis suarum federari sororum; et nisi speculatrix mentis iugis discrecio racionis vinculo revocasset, revera in puteum, qui iugiter inter femineas madefactus pigros (s) existit, sub spe ereccionis reciproce fuissem prolapsus, et insolubili vinculo kathenatus. Sacius enim elegere (s) elegi cum vestris Valisoviensibus sororibus solito duellare, quam in hac regione Egipciaca novis ritibus inhiare; in inferiori enim sede illa res rorida apud feminas harum parcium situata existit, quam apud nostras sorores. Et quod plus est, cum gravitate possunt nostris hastiludiis propter clinosum loci situm ipsarum castra dissolvi. Salutet igitur frater meus sorores memoratas, et in approximante carnisprivii studio fortiter viribus subsistat, nec mei immemor sui memoris existat. Datum etc. in Loyek in Mazovia.

36. Littera ad quendam dominam super optande (s) alicuius rei.

(f. 196^{v}) Ornatissime speciosissimeque domine K. consorti magnifici castellani Sandomiriensis salutem et mella atque dulciata vota hic et semper et tempora dierum prosperorum perlustra ac litterarum vestrarum salubris presencia memorie deiectas nos invenit ad ameni contenta [2]) carminis, reficit fere iam consumptis luctibus fraterne necis, cui egregius vester animus compatitur vehementer, D. V. omnibus regraciamur modis, quibus possumus et quibus humanorum sensuum prevalent acciones. Et utinam continua semper gaudia sine ullo perplexionis turbine usque in vita vos preservarent, et et nos tante affeccionis valeamus recompensare desideria in cunctis beneplacitis, que epistole vestre clarissime declarant etc. Deus autem altissimus

[1]) Cod. moris.

[2]) Cod. contentu.

suppleat defectus nostros, quod fragilis condicio adimplere etc. Ceterum optavit D. V. apud nos canem album propagande prolis gracia similis forme et artium, quem portaremus vestris attentis votis, si talis nobis occurreret, nedum in potestate nostra esset, sed ubicunque longe posset et in exteris partibus sive regionibus reperiri. Verumtamen est parvulus canis nutritus a nobis, qui etatem adhuc non recepit formas pares generis sui momentarie. Et si D. V. placuerit, qui nulla arte vel ingenio adhuc pollet, statim D. V. conspectui erit specialis nuncii obsequio presentatus. Datum . .

37. Ab archiepiscopo ad episcopum, quomodo non potuit prosequi convencionem propter infirmitatem in via ipsum opprimentem.

(f. 199⁰) Rde pater, frater in Christo dilecte. Postquam ad convencionem generalem cum illustri principe domino Ungarie rege pro festo et dieta Nativitatis Marie proximo preterito celebrari statutam itinera egissemus immensa, nos egritudo apprehendit, que nos fatigavit ad extremum, quam in presencia tolerantes viam ad eandem continuavimus et usque in Sandomirz devenimus, ubi intensior in corpore nostro infirmitas invaluit, que nos retrocedere coegit, et hucusque in locum vaste solitudinis, tristem, felicitate humana carentem declinare compulit, in quo utique per triduum moram deducemus et ad loca vicina eidem descendemus, resolucionem dicte convencionis, et quid sequetur ex eadem prestolantes, communeque dictum istic habemus, quod eadem convencio non habebit progressum ex eo, quod ipse dominus Ungarie rex ad eandem venire personaliter non poterit propter Turcorum hostiles, regni Ungarie aras invadencium, incursus, non tamen certa scripta de eodem habuimus, speramus tamen in brevi de eo nos cercius informari, et dum certi reddemur, et quid novitatis de eadem convencione suscipiemus, V. Pti curabimus scriptis nostris illud idem intimare. Vos eciam frater pre pluribus dilecte novitates, dum easdem de Curia habebitis, felicem determinacionem vestri negocii importantes, nobis scribere velitis, que nos gratulari deposcent, et de ipsis nobis iubar serenum illucebit. Et his premissis Domino vos committimus, qui vos dierum longitudine felici adimplere dignetur. Datum.

38. Littera ad episcopum conquerendo super virum de impotencia. [1])

(f. 201⁰) Rme pater et domine, domine graciosissime. Vestre [Pti] tenore presencium me licet invitam querimoniam efferre expedit pudibundam, qui sepe frumenta defleo iacturam, dampnificor ob desidiam tepiditatemque coloni, quem quesivi, quesitum inveni, inventum conveni, convento servo

---

[1]) Po nad tą rubryką czytamy: »Elisabeth invencula etate tenera nomine virago sed significacione virgo«.

pro usibus arature. Huic agrum satis abile, amplum et fertile nulle cardonis lentigines [1]), nulla scrupulorum impedimenta, que processui vomeris obsistere possint, quovismodo commisi arandum, in ipsius confidens experiencia artis mechanice, confidens esse, quod non est, sperans habere, quod abest, hinc aspectui placuit, qui modo displicet, credebatur agilis, quem imbecillis probat actus, actu apparet artifex, quem ars testatur inertem, hinc agrum calcat, qui nescit vertere sulcos, hinc aratrum dirigit nec vomerem accuit (s) etenim arant rote et vacillat vomer, hebet et ipsemet torquet, tepet, infirmatur, iacet, suspirat, gemit et anxiatur; sic labor [vertitur] in dampnum et profectum nescit dare labor, sic iacet fertilis ager, et defectus plurimi in agro optimo committuntur, hinc sterilis efficitur, qui si curaretur, multum afferret fructum, hinc iacet desertus, qui circumferencialiter est circumplexus, et sic dolor pro gaudio, tristicia pro consolacione fertur, pro dulcedine amaritudo, gratitudini ingratitudo datur, sic orbatur [2]) nec aliquis profectus quin vituperii detrimentum ei datur. Quare ad vestram recurro reverenciam, de qua gessero indubitanter spei fiduciam, tamquam ad mediatorem protectoremque specialem, eandem multimodum precum instancia causa altipotentis implorandum, quatinus isto fugato colono tardo et desidioso defectuosoque, de meliori dignemini michi providere agricola, alias me per mendicata loca hora et tempore necessitatis me elargiri oportebit. Datum supra, subscripcio.

39. Pro subsidio ad studium supplicando alicui amico.

(f. 203) Venerabilis domine. Quamvis nonnullarum cartularum scedulis. Vestram Venerabilitatem primordialiter avisavi, nichilominus ne cavaret incertitudo nuncii vacillantis per gerulum V. Vti duco enodandum consiliis pro utifruendis abs ulla faciendo primordialiter vestris consiliis et mandatis habitis, quoniam matris mee uberibus subieci illis et concrevit mecum usquemodo, nec agente me iam decursam infanciam huiusce procacitatis non adputabatur menda. Istuc vero puerilem et ferme adolescencie incurro etates, quibus omnis virtutum odor et excipue (s) omnium mater bonitatum michi comes adesse valeat, quam ut comperior gestibus a vestri cordis exulto archanis. Eya veridica me relacio edocuit genitoris, immo experiencia dedit michi noscere non impendere michi ad studium, propter quod puto a studio huius alme universitatis invitum repatriari oportebit, nisi V. Vtas subsidio aliquo me non relevaverit graciose, que angustiarunt animum perplexa turbidinis aura fere et animam intus meam dormitare delitescunt dormitare (s). Quam ob rem V. Vtem exposco humilibus petitibus plurimo ex affectu in studio generali Cracoviensis Universitatis, que multiplici clara fulget doctrina et decora, velle me constanter perseverare easdem doctrinas salubres uberose summo opere affectibusque desideriis studiosissime collecturus, quatinus meam

1) Cod. nulla cardonis lentigia.

2) Cod. orbitur.

summam diligenciam ad studium intuentes subsidio nonnullo elevare dignemini graciose, ut studium inchoatum perpensius et clarius possim deducere ad effectum, vestra gracia mediante, ardenciori occurrendo optatu consolatus doctrinarum colligere valeam profectus, pro longeva sanitate ac anime salute conditor orbis dignetur Vestram Vtem confovere. Datum in Czyena.

40. Littera ad Universitatem Cracoviensem super certa volumina per monachum in monasterio s. Crucis Calvi Montis compilata ad approbandum ea et ad acceptandum.

(f. 203⁰) Preces in domino Yhesu indefesse disciplinali usu cum obediencie debito nusquam postergato ac tocius incolumitatis felicitatisve incremento preoptato prelibantur. Hugwionis dictum presto est inquientis: Ego dico iuxta sentenciam cordis mei, sed [si] est paradisus in hoc mundo, non est nisi in monasterio vel in scolis, subauditur alme universitatis. Et vere dignum namque et iustum est, equum et salutare alme universitatis scolam paradisum appellare, nempe de paradiso quatuor fluvii ingenti profluunt impetu orientem, occidentem, austrum et aquilonem, aquis sciencie saluberrimis irrigantes, sicque populus Polonie, qui ambulabat in tenebris ignorancie, iam lumen concernit magnum, iam ceci lumen vident, claudi recte gressus suos ponunt, leprosi mundantur, pauperes ewangelisantur, demones peccatorum effugantur, anime vulnerate sanantur, et beati, qui ex hoc edificantur; o vere paradisum voluptatis et amenitatis, qui semper, ut cernitur, dilatatur, ampliatur, viret, floret, fecundatur, iam que fuit sterilis, habundantissime parit, iam que clausa erat, sane erupit, et multos habebat filios prorsus infirmata est. Quoniam si quis loquatur: notus in Iudea Deus, salva gramatica, ego dicam: nocior in Cracovia. Nam qui ante micis de mensa cadentibus dominorum saturari petebant, nunc et peramplius in hoc paradiso sancte Universitatis recumbentes non solum micas faventes, verum mel in cibum et lac in potum parvulis suis largiflue haud cessant propinare. Et quidem ego inmeritus etiam adhuc ad biennium vel ultra raptus in eo verba archana et altisonancia, que non licet michi et male loqui, quia puer ego sum, audivi, actamen de micis fructiferis ipsius paradisi, que cadebant de mensa epulancium incolarum eiusdem et operariorum, videlicet magistrorum meorum, renesciens (s) loqui, confisus nichilominus in eo, eius voce per quedam dicitur aperi os tuum et implebo illud, sicque monachus indignus, qui non sum dignus vocari monachus, quoniam olim persequebar eos, ignorans tamen, quid est hoc, nec micam vere sumi, nisi secundum quid apperui os meum et atraxi, quantum valui, hausique modicellum aque de fluvio torrente de ipso alwo paradisi, cuius impetus letificat Cracoviam assidue civitatem, cuius quippe paradisi fructum licet pauxillum a me pregustatum ipsum pre dulcedine, cuius minima hoc ipsum, deglutivi, nequaquam retinere potui, quin eructuem egentibus in communicando, venerabilis consilio auscultans Boecii

inquientis: Miserum uti inventis et nunquam inveniendis; ac me stilum in arbosum protelem fastidium Reverenciis generando vestris, rubore in mentis domicilio perfusus patefieri compellor. Hinc est magistri reverendi michi sincere peramandi, quia ex artis musice cognicio michi sub timore, ut verum asseram, non tantum ab homine tradita, quantum a domino Deo concessa carenciam in infradicendis et inerciam perpendens, opusculum istud in monasterio nostro, occurrens eidem defectui, edidi, quod Reverenciis vestris non iactacione aut ostentacione nec fastu vel vani gloria ductus, sed pura humanitate et necessitate motus, ne quid delirum et ecclesie sancte ritui dissonum ponere, presentare et videre decrevi, cuius opusculi hec est series, quod super IIII^or hystorias: videlicet s. Anne, s. Hedwigis, s. Elizabeth, s. Adalberti patroni nostri notam secundum regulas musicales pro modulo ordinis nostri textum apponendo feci ympnumque de s. Adalberto inconsuetum vel forte inauditum adinveni, et quintam hystoriam s. Scolastice sororis, s. patris nostri Benedicti cum textu et nota ex integro compilavi, eatenus, ut sic hoc opus ratum et acceptacione dignum Reverenciis vestris presentibus preobnixe duxi supplicandum, quatinus dignemini istud admittere admittentes, si necessarium fuerit corrigere, corrigentes, approbare et approbantes per eundem fratrem presencium exhibitorem, si fieri potest viceversa auctoritate paginari sanxiata sub sigillo vestro, quo in communi fungimini, velitis reddere, quo facto a sanctis, quorum opus extat, opitulacionibus indubie crassis suffragaturus meque insuper quamvis vite elegum (s) et meritorum inopem clamare stans viam salutis sub permulte Dei miseracionis, et dicere compulsuri: Yhesu fili David miserere huius paradisi incolis et tue dilecte vinee operariis reddens novissimis, sicud et primis mercedem laborum suorum. Amen. Datum in monasterio s. Crucis Calvi Montis anno etc. tricesimo septimo.

41. Privilegium dotis et dotalicii regis.

(f. 214) Wladislaus, Dei gracia rex Polonie etc. significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, quomodo in Magestatis nostre presencia personaliter constitutus strenuus P. heres de Q. non coactus nec quovis errore seductus, quinimmo sanus mente et corpore suique deliberacione et ultranea voluntate prehabitis, eciam suorum amicorum ex consensu, hereditates seu villas A. B. in terra Siradiensi sitas cum omnibus eorundem utilitatibus, usufructibus et obvencionibus universis dedit Katherine uxori sue legitime in trecentis marcis latorum grossorum Prahensium numeri Polonicalis racione sui veri et legitimi dotalicii per eundem Io. maritum suum assignati, ita tamen, quod si predictum Io. maritum suum tunica carnis exui contingens fuerit, extunc predicta Katherina post obitum sui mariti hereditates seu villas predictas cum omni iure atque dominio viduali, prout ritus et consuetudo regni deposcit, in prenotatis trecentis marcis sue vere dotis et dotalicii tenebit, possidebit et utifruetur totaliter et cum effectu. Si autem

denique ipsa Katherina ad secundarum convolaverit coniugium et defluxerit nupciarum, extunc receptis in toto predictis tricentis marcis monete et numeri sepenominatorum a fratribus et proximis memorati Io. hereditates et villas supradictas dare, resignare et cedendo restituere in toto debebit et tenebitur pleno iure. Harum, quibus sigillum nostrum est appensum, testimonio litterarum. Datum anno, loco, die etc.

42. Alia forma dotis et dotalicii de iudicio.

(f. 214^{0}) Nos P. de Sand... iudex et M. de Quorczyno subiudex terre Syradiensis generales significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, quomodo accedens personaliter nostram nostrorumque assessorum presenciam in iudicio terrestri Io. heres de C. *(vel sic:* quomodo accedens personaliter coram certis nostris camerariis etc.) sanus mente et corpore validus existens bona deliberacione previa ac amicorum consiliis et spontanea voluntate prehabitis nulloque errore seductus recognovit et fassus est post *talem* uxorem suam legitimam tam in pecuniis paratis, quam balteis, clenodiis et aliis huiusmodi parafernalibus quibuscunque ducentas marcas latorum grossorum Prahensium Polonici pagamenti racione dotis ipsius recepisse. Ex adverso cuius dotis eidem *tali* coniugi sue eciam ducentas marcas monete et numeri predictorum racione dotalicii dedit et assignavit, cuius pecunie in unum computacio quadringentarum summa marcarum. Quasquidem quadringentas marcas tam dotis quam dotalicii predicte *tali* in et super hereditatibus seu villis A, B, C, etc. dictis dedit realiter et assignavit, ita tamen, quod [si] predictum Io. tunicam carnis exui contingens fuerit, extunc predicta *talis* post obitum mariti sui hereditates predictas [obtinebit] cum omnibus earundem utilitatibus, censibus, provencionibus, usufructibus et obvencionibus universis cum omni iure atque dominio viduali iuxta ritum et consuetudinem regni totaliter possidendas, tenendas, utifruendas totaliter et cum effectu in quadringentis marcis numeri et monete Polonicalium sue vere dotis et dotalicii tali condicione interclusa, quod si post decessum sui mariti supradicti, ipsa *talis* ad secundas convolaverit nupcias, extunc datis, solutis sibi quadringentis marcis monete et numeri predictorum hereditates seu ville memorate ad proximos antenominati Io. tenebuntur defluere et debebunt pleno iure devolvi. Harum, quibus testimonio [litterarum] sigillum nostrum est appensum. Datum loco, anno etc.

43. Privilegium conservatorium a nobili.

(f. 215) Universis et singulis presentibus requirendis et presertim circumspectis consulibus advocato, iuratis totique communitati civitatis Piotrkoviensis, amicis dilectis, Iaroslaus, heres de Czyena, amicicie continuum incrementum. Circumspecti amici, vestre universitati damus fidele testimonium, quia Petrus, presencium exhibitor litterarum, in villa Czyena nostris in bonis

hereditariis honestis de parentibus, videlicet Petro patre et Margaretha matre, extitit ortus et procreatus; quiquidem per suos iuventutis dies quorum nobis et nostrorum in medio subditorum rite, laudabiliter honesteque conservavit nec ullo scrupulo criminis honorem suum tenebravit [1]). Sed quia vestri in medio sibi elegit mansitacionem, ideo vestram circumspectam universitatem presentibus deposcimus intime ex affectu, quatinus eundem P. vestrum in concivem suscipientes sibi favores vestros et iura civitatis velitis communicare et largiri. Datum loco, anno etc.

44. Conservatoria alio modo.

(f. 215) Universis etc. quia Iohannes presencium exhibitor litterarum ex utroque parente Iaroslao patre et M. matre legitimis ortus et procreatus sit, nostri in medio sue ex vite laudabili conversacione et honesta meruit collaudari, quod eciam ad sui status promocionem non minus digne quam debitorie obligamur faciendum; sed quia vestri in medio assumsit et elegit sibi mansionem, ideo circumspeccionem vestram deposcimus sedulo ex affectu, quatinus nostri intuitu habentes recommissum sibi favores et ius civitatis velitis condonare favorose. Datum loco, anno etc.

45. Privilegium, quando aliquis inculpatur in milicia.

(f. 215⁰) Nos Nicolaus de Michalow [2]) etc. significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, presentibus et futuris, harum noticiam habituris, quod cum in presencia nostrorum iudiciorum nobis Petrus de Czyna Iohannem de Michalow vituperasset et deturpasset ac diffamasset in milicia: videlicet affirmans ipsum ignobilem; quiquidem Iohannes in eodem loco asseruit se nobilem de patre et avo de cleynodio *Ostoya*, qui duas lunas cum cruce deferunt cum proclamacione dicta *Ostoya*, de matre vero de cleynodio *Gelitha*, qui deferunt tres hastas cum proclamacione dicta *Nagody*, de awo vero *Griffones*, qui ferunt in cleynodio *griffonem* cum proclamacione dicta *Po trzy na galansz*. Cum autem ipsis terminum tercium prefixissemus, memoratus Iohannes de cleynodio patris sui induxit duos viros nobiles videlicet Sta. de Q. et Michaelem de *tali* sui cleynodii seniores, qui iuraverunt in hunc modum: ita nos Deus adiuvet et S. Crux, quia Iohannes de Michalow est frater noster de cleynodio nostro *Ostoya* post patrem fratrem nostrum, alios vero induxit duos nobiles Adam de Q., Mathiam de P. de cleynodio *Gelitha*, qui iuraverunt in hunc modum: ita nos Deus adiuvat et S. Crux, quia Iohannes de Michalow est nepos noster de matre sua sorore nostra de cleynodio *Gelitha*; reliquos vero duos videlicet Andream de C. et Fabianum de Gannowycze nobiles induxit, qui iuraverunt in hunc modum: sic

[1]) Cod. teneravit.
[2]) Cod. Mikowny.

nos deus adiuvat et S. Crux, quia awus Io. de Q. fuit de cleynodio nostro *Griffonum*. Unde nos, visa Io. eiusdem iusticia et sufficienti approbacionis testimonio, vigore regio ipsum milicie ascribimus et bene genitum reputavimus, decernentes, quod omnes et singuli regni incole teneant ipsum pro nobili bene nato. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum.

46. Alio modo per commissionem, quando inculpatur aliquis.

(f. 216) Nicolaus de Michalow, castellanus et capitaneus Cracoviensis, significamus tenore presencium, quibus expedit, universis presentibus et futuris, quomodo de commissione et mandato speciali Smi principis dni Wladislai regis Polonie etc. nobilis Stanislaus scultetus de C., qui per Iohannem de Yndasz [1]) fuit apellatus et dictus rusticus, se expurgans et nobilitatem suam probans sex testes nobiles infrascriptos coram iure induxit, quorum duo et duo seorsum ad modum Crucifixi iuraverunt iuxta iuris formam: et primo primi duo testes nobiles videlicet Iohannes de Mydonycze et Stanislaus Malochowsky, qui iuraverunt in hunc modum: sic nos Deus adiuvat et S. Crux, quia Stanislaus heres de C. est frater noster post patrem de armis *Pyomyan* cum proclamacione *Nowyny*, secundi duo testes iuraverunt nobiles videlicet Petrus Gyvanowsky et Nicolaus Labissnyensky iuraverunt in hunc modum: sic nos Deus adiuvat et S. Crux, quia Stanislaus est frater noster post matrem de armis *Strzemowya* proclamacione *Oczyelye*, alii duo testes nobiles videlicet Stanislaus Modlinsky et Venceslaus Barthochowsky iuraverunt: sic nos Deus adiuvat et S. Crux, quia Stanislaus de C. est frater noster post avum de armis *Wanszycow* proclamacione *Zachorzna*. Cuiquidem Stanislao sic, ut premittitur, expurgato penam XV in prefato Iohanne de G. et tantundem iudicio decrevimus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum in castro Cracoviensi feria sexta etc. anno etc. presente Pyelkya de Czyechow iudice nostro ac Stanislao Malynsky subiudice etc. [2])

47. Recognicio fideiussorialis manu coniuncta.

(f. 216^{v}) Ego Iohannes de Gunczye, debitor principalis, et Adam de Cunowo et Franciscus de Lubszyno heredes, tanquam fideiussores ipsius, recognoscimus tenore presencium, quibus expedit, universis nos fideiussorie obligari pro eodem I. de G. centum marcas monete et numeri Polonicalis manu coniuncta et indivisa omnes in solidum nobili dno Petro de Grusczycze, quasquidem centum marcas eidem dno P. ad festum Stanislai pro-

---

[1]) Cod. Yndasz *albo* Yudasz.

[2]) Cf. zapiskę z 12 Maja 1434 r. (Star. Pr. Pol. Pomn. VII. Zeszyt III-ci p. 352 Nr. 691).

xime venturum promittimus solvere bona fide, omni dilacione et dolo proculmotis, quod si non fecerimus, extunc tercia die memoratum festum immediate sequenti ducentas marcas capitalis pecunie obligamus nos eidem dno Petro soluturos, ipsum etenim nulla re evadendo, nec litteris regalibus, nec expedicione, nec districtu, nec infirmitate aut alia quacunque re. Et si nos pro eisdem ducentis marcis permiserimus citari, extunc nulla re terminos aliquos poterimus dilatare, sed ad primam citacionem ducentas marcas astringimus nos soluturos. In quorum omnium testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum loco, die, anno etc.

48. Obligacio, quando inscribunt se fideiussores.

(f. 216⁰) Nos P. de H. et G. de F. heredes tenore presencium significamus, quibus expedit, universis, debitorie obligari manu coniuncta et debitos esse circumspecto dno N. civi Cracoviensi suisque successoribus legitimis aut qui presentem nostram obligacionem suis de manibus sua mera de voluntate habuerit, centum marcas latorum gross. Prag. monete, numeri Polonicalis, XLVIII gr. in quamlibet marcam computando, pro strenuo Petro fideiussas, quasquidem centum marcas eidem P. aut suis heredibus legitimis vel eciam, ut premittitur, qui presentem litteram de sua voluntate bona habuerint, ad festum Nativitatis Christi prox. spondemus, promittimus et volumus omni dilacione, dolo et fraude semotis sub honore et fide christiana persolvere. Quod si non fecerimus aut facere quovismodo neglexerimus, extunc duabus septimanis immediate memoratum festum Christi Natalis sequentibus ducentas marcas eidem capitalis pecunie et sortis nos astringimus persoluturos [Si], quod absit, quod facere neglexerimus, extunc quodcunque dampnum idem dnus P. ob non solucionem predictarum recepit pecuniarum, sub celo et in terra ad simplicem eius relacionem seu assercionem absque omni iuramento solvendum corporali nos manu coniuncta submittimus et supponimus fide firma. Si autem quocunque modo premissa fide [1]) oblita et honore neglexerimus adimplere, extunc idem dnus P. coram dno capitaneo Cracoviensi, coram quo nos astringimus respondere, super premissis habebit citandi facultatem. Ad cuius citacionem nullum terminum habebimus prolongandi potestatem; sed aut introligacionem ad omnia bona nostra hereditaria [assignare] aut pecuniam tam sortis quam dampni, ut prefertur, persolvere ex integro [tenebitur] ipsum dominum P. nulla re, nec expedicione aut litteris regalibus, nec infirmitate nec aliqua re mundi evadendo. Harum, quibus nostra sigilla sunt appensa, testimonio litterarum. Datum.

49. Obligacio actoris fideiussoribus.

(f. 217) Ego P., heres de Cunowo, significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, quomodo nobiles Adam de Iannocz et Stanislaus

[1]) Cod. fidei.

de Michalow heredes manu coniuncta, indissolubili et indivisa, amici in solidum sagaci dno Iohanni civi Cracoviensi pro me centum marcas latorum grossorum Prag. numeri Polonicalis ad festum Christi Nativitatis proximum persolvendas, de quaquidem fideiussoria predictos A. et S. promitto expedire, liberare et exbrigare sub fide et honore ad predictum festum; quod si non fecero, extunc predicti mei fideiussores, quodcunque dampnum perceperint inter Christianos et Iudeos, hoc meum et non ipsorum debet esse et realiter computari. Quam pecuniam capitalem una et dampni ad simplicem ipsorum assercionem sine omni corporali iuramento similiter sub fide et honore me astringo ad solvendum. Quod si facere contempsero, extunc ipsi fideiussores habebunt plenam et omnimodam potestatem me increpandi, conviciandi, diffamandi, obiurgandi, deturpandi tam oculenter quam absencialiter, ubicunque locorum, et omnia excogitata crimina obiciendi, ad que per me nec per interpositos promitto quidquam non respondere. Et si quidpiam dixero vel dixerint, contra honorem meum profeceram (s) et metabunt (s). Hec si non curavero tamquam immemor et prodigus fidei et honoris, extunc ipsi fideiussores in omnia bona mea tam hereditaria quam mobilia et immobilia habebunt se intromittere omnimodam facultatem, solum de scitu et commissione super hiis dni capitanei Crac. habitis specialibus. In quorum omnium testimonium et robur maioris firmitatis sigillum meum presentibus est appensum.

50. Privilegium, quando actor inscribit se fideiussoribus.

(f. 217⁰) Noverint universi, quod ego Petrus de Milkowycze tenore presencium publice recognosco presentibus et futuris, quomodo nobiles dnos Iohannem de Cukolin, Iaroslaum de Czyena et Nicolaum de Gruscze heredes de manu coniuncta ad nobilem Stephanum de Krzonow, de, pro et super sexaginta marcis mediorum grossorum numeri Polonicalis consueti in et ad festum Circumcisionis Dni alias *Nowe* exsolvendum involvi in fideiussoriam caucionem, quos teneor et obligor [1]) per presentes exbrigare et exolvere ab eodem Stephano cum effectu. Alioquin si secus fecero, extunc quodcunque dampnum predicti mei fideiussores occasione non solucionis dictarum sexaginta marcarum ab eodem Stephano habuerint vel perceperint in equitatu vel quocunque modo, hoc dampnum non ipsorum sed meum super relacione simplici absque omni iuramento corporali fore debet et submitto me ipsis satisfacere secundum eorum scripta et obligaciones ipsi Stephano confecta per eosdem astringens ad alciora et graviora, sicut canunt eorum scripta, eisdem plenarie persolvenda, quos nullis obligacionibus, expedicionibus, iuribus terrestribus, institucionibus, serviciis vel mandatis regalibus aut subterfugiis evadam et effugiam, solummodo pecuniis cum paratis sufficienti cum

[1]) Cod. obligator.

solucione mediante. In cuius rei testimonium sigillum meum est appensum. Datum in Czyena anno etc. tricesimo quarto.

51. Recognicio alicuius iudicis in sentencia diffinitiva.

(f. 218) Nos Petrus iudex etc. significamus tenore presencium, quibus expedit universis, quod cum nobilis Petrus de Czyno actor N. et I. ad nostrum iudicium pro et [super] certis summis pecuniarum sibi racione fideiussorie caucionis videlicet C marcarum obligatarum citasset et citare procurasset, cumque causa huiusmodi varios et per multos terminos inter partes ventilaretur et moveretur, tandem in termino peremptorio, Io. memorato[1]) absente, nec sibi terminum per se huiusmodi aut per suum procuratorem vel nuncium prorogante et disponente, ipsum Io. pronunciavit et condempnavit contumacem. Unde nos visa predicta iusticia Petri etc. contumacia et absencia, sibi Petro super eodem Io. predictas C marcas adiudicavimus et presentibus adiudicamus, nostra diffinitiva sentencia mediante. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum.

52. Privilegium perpetuum condicionale donando villam suo familiari.

(f. 218) In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Quamvis libertatis nostre dextera cunctis ad largiendum abilis et prompta generalitate, illis tamen quadam specialitatis prerogativa est debitrix, pro quibus laudabilia merita et virtutum insignia personaliter intercedunt, proinde nos Wladislaus, Dei gracia Rex Polonie necnon terrarum Cracoviensis, Sandomiriensis, Siradiensis, Lanciciensis, Cuiavie, Litphanie princeps, Pomoranie, Russieque dnus et heres, significamus tenore presencium, quibus expedit, universis tam presentibus quam futuris presencium [noticiam] habituris universaliter singulis et singulariter universis, quomodo habita[2]) diligenti consideracione fidelium obsequiorum strenui Nicolai heredis de Cunow, que nobis a multis retroactis temporibus ad actenus fideliter exhibuit et pro exibicione eorundem in conspectu Mtis nostre ratus esse meruit et acceptus; volentes igitur eundem speciali graciarum nostrarum prerogativa[3]) harum intuitu reddere consolatum, ut non solum ipse, sed sequaces ipsius et ceteri nostri fideles per hoc reddantur in postea servicia ad nostra promciores, sibi villam seu hereditatem nostram dictam Sawady in terra nostra Cracoviensi, districtu vero Proszowiensi sitam cum omnibus utilitatibus, proventibus, usufructibus, censibus, campis, pratis, graminetis, silvis, borris, mericis, quercetis, rubetis et gagiis necnon mellificiis, apisteriis, piscinis, lacubus,

[1]) Cod. et memorato.
[2]) Na interlinii pisarz zamieścił »*wbaczywszy pylney slushy*«.
[3]) Na interlinii czytamy nad tym wyrazem »fortalem« (sic).

aquis, rivis, alveis, aquarum decursibus et paludibus, appendiis [1], pertinenciis et obvencionibus universis, quocunque vocitantur vocabulo, tam late, quam longe, prout ipsa hereditas seu villa antiquitus in suis metis est limitata circumferencialiter et distincta, cum omni iure et proprietate atque dominio, quibus soli tenuimus actenus et possedimus, excepta nostra regali posicione (s) generaliter in regno nobis dari consueta dedimus, donamus et ex speciali libertate nostra presencium tenore, perpetua et irrevocabili donacione extunc conferimus largientes per ipsum N. L. eiusque liberos, heredes et legitimos successores perpetue, hereditarie tenendam, habendam, utifruendam, possidendam, obligandam, commutandam, vendendam, alienandam, et quomodolibet ad usus suos beneplacitos libere convertendam, tali equidem adhibita condicione, quod idem Nicolaus suique legitimi successores occasione hereditatis predicte nobis nostrisque successoribus ad singulas expediciones iuxta terre consuetudinem servire cum duabus hastis totaliter sint astricti. Harum, quibus [2]) sigillum Mtis nostre est appensum testimonio litterarum. Datum Cracovie anno etc. tricesimo quinto, presentibus hiis magnificis, strenuis et nobilibus Petro de Stamskino, Iohanne de Q. etc. palatinis, militibus fidelibus nostris dilectis.

53. Privilegium vendicionis perpetue [3]).

(f. 219) In nomine dni amen. Ad perpetuam rei memoriam [4]). Presentis evi [5]) lubrica condicio [6]) cunctas [7]) hominum acciones [8]) longi prescripcione [9]) temporis obductas caligine [10]) in oblivionis [11]) abissum [12]) plerumque [13]) demergere consuevit [14]), nisi [15]) perpetuarum apicibus [16]) litterarum roborentur [17]). Proinde nos Wladislaus, Dei gracia rex Polonie necnon terrarum Cracoviensis, Sandomiriensis etc. significamus tenore presencium tam presentibus quam futuris, quibus expedit, universis, quomodo ad nostram presenciam personaliter veniens nobilis Nicolaus heres de Qwathkowo compos [18]) racionis, sanus et corpore validus [19]), non coactus nec aliqua doli delusione [20]) seductus, quinimmo bona deliberacione amicorum consiliis suffultus [21]) et spontanea voluntate habita villam suam seu hereditatem S. in terra nostra Cracoviensi, districtu Prosoviensi sitam et locatam cum omnibus eiusdem utilitatibus, censibus, proventibus etc. ut supra, cum omni iure, proprietate et dominio

---

[1]) Na dolnym marginesie czytamy: »Item appendium est villa locata super alia hereditate vulgariter *przywasky*.«

[2]) Cod. quidem.

[3]) W tej i kilku innych formułach na interliniach nad poszczególnymi wyrazami znajdują się glossy, które podajemy w uwagach.

[4]) Id est dedimus. — [5]) *Nynyeszyego wyeku*. — [6]) *Luskye bydlyenye*. — [7]) omnes. — [8]) Operaciones. — [9]) *Nowmoszy* (s). — [10]) *Obloczonye* tenebrositate. — [11]) *zapomnyenya*. — [12]) In profunditatem. — [13]) Multociens. — [14]) *obkyklo* (s). — [15]) si non. — [16]) *acz nijebądie*. — [17]) *podwerzdzony*. — [18]) *moczyen*. — [19]) *szijlen*. — [20]) *anij kthorym bladem*. — [21]) *pothparthy*. —

nec non iure patronatus, prout eandem solus tenuit actenus usque[1]) et possedit, nichil pro se aut suis successoribus in eadem penitus reservando, nobili Iohanni heredi de Czyena pro DC marcis gr. Prag. Polonicalis numeri iam sibi persolutis se vendidisse recognovit coramque nobis rite[2]) et racionabiliter[3]) eidem resignavit in perpetuum per eundem Iohannem suosque heredes legitimos verosque successores perpetue, pacifice et hereditarie tenendam, habendam, utifruendam, possidendam, obligandam, commutandam, alienandam, vendendam et ad usus suos beneplacitos convertendam et per modum veri fori resignacionem ville predicte, ut premittitur, coram nobis et testibus infrascriptis tam realiter, quam racionabiliter factam in omnibus suis modis, posicionibus, condicionibus et clausulis ratam, gratam habentes, atque firmam ratificamus, decernentes ipsam robur habere perpetue firmitatis. Harum, quibus presentibus sigillum nostrum presentibus est appensum, testimonio litterararum.

54. Privilegium super domo vendita in civitate.

(f. 219⁰) In nomine domini amen. Quoniam ea, que fiunt in tempore, cum temporis fluxibus[4]) elabuntur, nisi scripturarum, testium et sigillorum enodacione[5]) reborentur, proinde nos Petrus advocatus, consules et iurati infra nominaliter expressi civitatis Sandomiriensis significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, quod cum feria 3tia in die S. Stanislai martiris in domo advocati memorati ac anno dni M°CCCCXXXV iudicium bannitum celebravimus et ibidem pleno iure assedimus cum effectu; in quoquidem iudicio circumspectus Martinus noster concivis personaliter constitutus sanus mente et corpore non coactus nec seductus nec aliqua specie doli preventus sed sua spontanea voluntate suorum amicorum fretus[6]) consilio et consensu speciali, domum suam in circulo sitam Mathie, parte ab una, et Nicolai, parte ex altera, nostrorum civium vendidit et racionabiliter[7]) in eodem iudicio resignavit[8]) pro CCC marcis monete et numeri Polonicalis consueti, XLVIII gr. in quamlibet marcam computando, cum omni iure et proprietate provido Iohanni dicto Stnyek, similiter nostro civi, suisque heredibus et successoribus[9]) legitimis[10]) tenendam, habendam, possidendam, vendendam, commutandam, donandam et in usus suos beneplacitos convertendam, prout sibi et suis sequacibus ac legitimis heredibus videbitur melius expedire, sic late longe circumferencialiter et distincte, prout solus usque ad actenus tenuit et possedit, in cuius rei testimonium sigillum nostre civitatis est appensum. Datum loco, anno, die, quibus supra, sub consulatu A, Q, R, etc. sub scabinatu vero P. *talis*, L. etc. et aliis quampluribus fidedignis.

[1]) *dotychmyast.* — [2]) *obyczaynye.* — [3]) *smyslnye.* — [4]) *sbijegayv.* — [5]) *snamyenym.* — [6]) *Poszywsy.* — [7]) *smyslnye.* — [8]) *swald.* — [9]) *dzyedzyczy.* — [10]) *sprawymy.*

55. Privilegium super villam venditam et in iudicio resignatam.

(f. 220) Nos Petrus de Wydawa iudex et Iaroslaus de Qui. subiudex terre Cracoviensis generales significamus tenore presencium presentibus et futuris presencium noticiam habituris, quibus expedit, universis, quomodo nobilis P. de C. nostram nostrorumque comensarum (s) accedens presenciam compos racionis et corpore sanusque validus, non coactus nec compulsus nec alicuius doli [1]) malicia circumventus [2]), sed sua bona et spontanea voluntate, vero suorum amicorum fretus consiliis, suam hereditatem seu villam dictam F. in terra Cracoviensi, districtu vero Leloviensi sitam [3]) et locatam cum eiusdem omnibus utilitatibus, censibus, usufructibus, campis, agris, pratis, graminetis, silvis, borris, mericis, quercetis [4]), rubetis et gagiis necnon mellificiis, apistretis, feraficiis seu forestis, piscinis, lacubus, aquis, rivis, alveis [5]) aquarum [6]) decursibus, ripis et paludibus, pertinenciis [7]) et obvencionibus [8]), quomodocunque nomine aut vocabulo vocitentur, tam late, longe, circumferencialiter et distincte, prout solus ipsemet usque ad actenus [9]) eandem villam tenuit et possedit, cum ipsius graniciebus, limitibus [10]) et terminis [11]), cum omni iure, proprietate et dominio nobili Iohanni, heredi de Goluchy, pro CCC marcis gross. Prag. numeri Polonicalis XLVIII in quamlibet marcam computando vendidit et coram nobis rite [12]) et racionabiliter [13]) in iudicio resignavit [14]), sibi in eadem et suis heredibus nichil iuris aut dominii et proprietatis reservando, alias cum iure patronatus [15]) per ipsum Io. et suos heredes successoresque legitimos tenendam, habendam, possidendam, vendendam, commutandam, obligandam et ad usus proprios quomodolibet alienandam, prout sibi et suis sequacibus legitimis videbitur magis conveniens expedire [16]); promisit insuper memoratus P. de C. eundem Iohannem et suos heredes legitimos ab omnibus personis occasione dicte hereditatis iuxta consuetudinem et ritum regni defendere et tutelari. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Cracovie f. 4ta infra Octavas Epifanie anno etc. quadragesimo; presentibus hiis P. de A., de Q. etc. et aliis quampluribus fidedignis etc.

56. Treuge pacis.

(f. 220⁰) Nicolaus de Mychalow castellanus Cracoviensis etc. universis et singulis dignitariis, castellanis etc. burgrabiis, tenutariis, maystris civium, civibus, civitatum rectoribus, scultetis, procuratoribus et quibuscunque officialibus per regnum Polonie ubilibet constitutis presentibus requirendis amiciciam et regalibus mandatis auscultari. Magnifici, expectabiles (s), nobiles, circumspectique. Quia nuper accepimus in mandatis regalibus, quod licet

[1]) *sdrady.* — [2]) circumdatus. — [3]) *zaloszona.* — [4]) *karzmy.* — [5]) *loszysky.* — [6]) *strumyenmy.* — [7]) *przychodi.* — [8]) *obchodi.* — [9]) *dothychmyast.* — [10]) *roszdzyalmy.* — [11]) *conczy.* — [12]) *mylye.* — [13]) *smyslnye.* — [14]) *odstampyl.* — [15]) *spodawyanym.* — [16]) *potrzebowacz.*

nobilis P. de S. de regno propter quasdam fuerat proscriptus causas legitimas et proclamatus, tamen R. Mtis innata benignitas sibi comiserta et in sinum ipsum suscipiens gracie et favoris, treugas pacis infra hinc et unum annum tradidit et donavit. Quocirca vestram Universitatem regalibus requirimus in mandatis et sue gracie sub optentu, quatinus dictum P. una cum suis familiaribus et personis, rebus mobilibus et immobilibus, in castris, civitatibus, fortaliciis, villis, domibus, campis, viis, locis communibus et privatis in stando, sedendo, equitando, ambulando, dormiendo, vigilando et humanos actus exercendo nulla presumatis impedire, inquietare et irritare racione. Et nichilominus infra pretacti anni spacium omnibus de se querulantibus coram nobis de suis hereditariis (s) citatus pro quocunque debito seu iniuria debet respondere. Datum.

57. Alio modo treuge pacis.

(f. 221) Nicolaus de Mychalow castellanus Cracoviensis etc. Tibi nobili Iohanni de Quarzewo vigore regio et consensu pacem et veras treugas infra hinc et sex septimanas ubicunque in regno Polonie damus et largimur presentibus veniendi plenam ac liberam facultatem veniendi, et si opus fuerit, abinde recedendi liberaliter. Quocirca omnes et singulos dignitarios et cuiuscunque status officii aut eminencie in Regno Polonie presentibus regalibus requirimus in mandatis, quatinus dictum Io. *ut supra per totum* . .

58. Conductus generalis a rege datus.

(f. 221) Wladislaus d. g. Rex Polonie etc. Universis et singulis principibus spiritualibus et secularibus marchionibus, comitibus, langraviis, baronibus, senatoribus, militibus, clientibus, capitaneis, burgrabiis, tenutariis, vasallis, magistris civium, consulibus, civibus, castrorum, civitatum, fortaliciorum rectoribus et eorum gubernatoribus, theoloneatoribus, tricesimariis, balistariis, gabellariis, passuum, locorum, navigiorumque custodibus et quibuscunque aliis officialibus et subditis eorumque vices gerentibus presentibus requirendis salutem et fraterne caritatis continua incrementa et votive compaciencie firmitatem. Rdi, illustres, magnifici, validi, nobiles fratres nostri carissimi, providi amici et benivoli, nobis sincere dilecti Universitati vestre honorabilem P. presencium exhibitorem in certis suis agendis negociis ad curiam proficiscentem Romanam pleno recommendamus affectu, eandem universitatem vestram desideriosis rogantes affectibus, quatinus ipsum nostri intuitu suscipientes intime recommissum sibi in agendis, si que ei occurrerint, benivolam velitis exhibere voluntatem. Et cum per terras, loca, principatus, passus, portus, pontes, navigia, dominia, possessiones, civitates et provincias vestras vobis et vestre iurisdicioni [1]) commissas, cum sua comitiva et ipsius familiari-

---

[1]) Potestati.

bus equestribus, equis, rebus, bonis, arvasiis [1]), valisiis [2]) atque armis ire et transire libere, secure et sine quovis impedimento, et absque cuiuslibet dacie, pedagii [3]), gabelle [4]), pene solucione ibidem eundo et abinde redeundo favorabili[ter] permittatis et permitti faciatis, de salvo, libero et securo conductu sibi providentes, ubi, quando et quociens opportunum fuerit et presentibus fueritis requisiti, pro grata et multum accepta complacencia nobis in eo ostendenda, erga vos et vestros, loco et tempore se offerentibus, grate vicissitudinis iudicio compensanda. Datum.

59. A capitaneo conductus.

(f. 221^{0}) Preclaris principibus, magnificis dignitariis, expectabilibus capitaneis, nobilibus burgrabiis, tenutariis castrorum, fortaliciorum vel gubernatoribus, circumspectis civibus, civitatum rectoribus et omnibus horum vices gerentibus per climata Moravie, Slesyeque terrarum ubilibet constitutis dominis amicis benivolisque carissimis Nicolaus de S. castellanus et capitaneus Cracoviensis serviciorum promptitudinem amicicia benivolencie cum adiuncta. Preclari principes nobilesque amici circumspecti, benivoli carissimi. Quia nobilis Io. de S. presencium exhibitor, de cuius fidei constancia et assiduitate nobis constat plenarie, versus terras Bohemorum sua cum comitiva suis in agendis arduis negociis proficiscitur pro hac vice; ideo vestram Universitatem una cum dicto Io. exposcimus per presentes, quatinus ipsum cum sua comitiva, vestri dum constituetur in medio, benivole pertractantes, sibi favores et salvum conductum, si necessitaverit, velitis providere favorose, prout vestrum quibusvis et vobis equiparencie vicissitudinem presto faceremus. Datum loco, anno etc.

60. Conductus a capitaneo per mandata regalia.

(f. 221^{0}) Nicolaus de Michalowo etc. universis capitaneis, burgrabiis, tenutariis, civibus, civitatum rectoribus, theoloneatoribus, villicis ipsorumque vicesgerentibus et singulis per regnum Polonie ubilibet constitutis presentibus requirendis amiciciam et regalibus mandatis firmiter obedire. Quia licet omnes et singulos mercatores et universas mercancias versus Wratislaviam et inde exercentes detinere et recipere debeamus, tamen minime hiis obstantibus nuper regalibus vive vocis oraculo recepimus in mandatis, quod I. de S. etc. mercatores Crac. in octo curribus cum eorum oneribus ibidem versus Wratislaviam et viceversa presencium ostensores liberos et quietos causis legitimis exigentibus transire et equitare permitteremus sue regalis gracie sub optentu. Unde vestram Universitatem requirimus presentibus dictis regalibus in mandatis, quatinus mercatores dictos una cum ipsorum mercibus

[1]) id est immobilibus, *nyerusaywczymy.* — [2]) id est mobilibus, *y rusaywczymy.* — [3]) *Pyessyego.* — [4]) *konskyego clza.*

vestros per fines libere et quiete transire et equitare permittatis, secus regie gracie sub optentu facere non ausuri.

61. Conductus a simplici nobili racione salis.

(f. 222) Universis et singulis nobilibus, burgrabiis, capitaneis, circumspectis magistris civium, advocatis, theoloneatoribus, procuratoribus, villicis et omnium horum vicesgerentibus per et infra territorium Siradiense et Cracoviense ubilibet constitutis, amicis et vicinis carissimis benivolenciam amicicie semper pronam. Quia nobilem P. presencium exhibitorem meum familiarem fidelem cum sale et suppellectilibus plurimis de Cracovia versus terram Siradiensem in villam Czyenam procuratori et domo mee necessariis in duobus curribus et octo equis dirigo presentibus, ideo vestram Universitatem peto ex affectu, quatinus ab eodem, vestri dum constituetur in medio, theolonea nulla aut cuiuscunque modi daciones exigatis nec exigi faciatis, sed pocius eidem favores et consilia sibi velitis impartiri favorose specialis vicissitudinis ob respectum. Datum loco, anno, in testimonium sigillum nostrum subinpressum.

62. Creditoria a rege ad dominum apostolicum.

(f. 222) Smo in Christo patri et dno dno Eugenio, divina providencia sacrosancte ac universalis ecclesie Romane summo pontifici dno meo graciosissimo etc. Wladislaus, Dei gracia rex Polonie etc. ad devota pedum oscula beatorum humiliter provolutus. Ad Vestre Stis clemenciam venerabilem Io. decretorum doctorem etc. strenuum Martinum de Quarthtis ambos referendarios consiliarios fideles meos dilectos presencium exhibitores, de meis intencionibus et legacionibus eidem Sti Vestre referendis plene et distincte informatos, dirigo [ad] eandem Stem Vestram, vestram clemenciam humilius rogando affectibus studiosis, quatinus ipsos mei complacencia graciosius ipsa Stas Vestra dignetur habere recommissos pyeque et paternaliter exaudire, in singulis ei referendis fidem hac vice dare per omnia creditivam pro gracia speciali michi in eo [per] V. Stem facienda. Datum loco, anno etc.

63. Creditoria simplex aperta.

(f. 222) Nobili domino P. heredi de C. amico carissimo Iohannes, heres de Ianow, amicicie continuum incrementum. Ad vestram Nobilitatem Io. presencium exhibitorem familiarem fidelem, meis de intencionibus ad unguem. id est ad plenum, informatum, presentibus duxi dirigendum supplicando sinceriori ex affectu, quatinus in omnibus referendis parte ex mei fidem velitis dumtaxat parte de presenti adhibere creditivam, velud vobiscum haberemus [1]) colloquia propria in persona. Datum loco, anno etc. sub sigillo etc.

---

[1]) Cod. habemus.

64. Inscripciones terminorum terrestrium ad librum.

(f. 222[0]) Unde in primo termino semper debet introduci causa seu negocium gestum, pro quo aliquis citatur in librum.

Terminus primus simplici infirmitate ad duas septimanas Petri de T. contra Iohannem de F. actorem pro quinque sanguineis et totidem lividis vulneribus sibi in strata regia violenter inflictis et pro una marca sibi circa hoc violenter capta.

Secundus simplici infirmitate Petri de Stawysyno contra F. de M. ad duas septimanas pro contentis [in] libro prorogatus.

Tercius peremptorius terminus vera infirmitate Petri de S. contra F. de M. actorem ad duas septimanas Iohanni actori contra Pe. de S. reum pro contentis libri prorogatus.

Ponet litteram P. de [S.] contra I. de F. actorem ad duas septimanas, quia coram camerariis in C. cum Peregrino de F. habet facere pro centum marcis pro maiori.

Ponet litteram P. de T. contra I. de F. ad duas septimanas, quia est regalibus negociis prepeditus.

65. Pronunciaciones terminorum.

Pronunciatur contumax Petrus de T. contra Iohannem de F. in termino primo pro quinque sanguineis et totidem lividis vulneribus violenter sibi inflictis, ex quo I. de F. existens actor P. de T. non comparuit; ideo causam suam amisit, pro quo ministerialis recognoscit, ex quo P. de T. in termino peremptorio tercio contra I. de F. actorem non paruit, ideo per eundem Iohannem pronunciatur et condempnatur pro contentis libri.

66. Obligacio per modum inscripcionis ad librum.

(f. 223) Veniens personaliter nobilis Petrus de Tanyskino (s) obligavit se decem marcas communis pecunie ad festum s. Nicolai proxime venturum racione fideiussorie caucionis pro Magnifico strenuoque de Wlyn Stanislao facte sibi nobili Iohanni de Staw omni sine dilacione persolvere sub pena XV alias *panthnadzyesczya* parti, iudici tot idem [1]) tociens, quociens se pro predicta pecunia permiserit citaturum.

67. Forma pro supremo iure.

(f. 223) Viris, in quorum intellectibus prudencia stillat multiformis, dominis advocato et scabinis supremi iuris Theutunici Kasimiriensis castri Cracoviensis advocatus et iurati Warthensis civitatis ad cuncta beneplacita se ipsos offerre [2]) nunc et semper. Circumspecti et [3]) legales dni. Causim (s) nobis

---

[1]) Cod. tot simplex.
[2]) Cod. affere.
[3]) Cod. Circumspectique.

residentibus bannito in iudicio talis casus nostram adiit presenciam: actor proposuit contra reum, quia suam habet hereditatem, ipsum post fratrem suum Martinum hereditarie contingentem, tenet minus iuste, que hereditas ad quadraginta marcas se extendit. Reus respondit sic: quod dictam hereditatem iure debito tenetur et sufficienti, quia mortuo suo fratre, meo viro, filius meus et due filie remanserunt superstites post patrem suum, ad quos hereditas predicta pleno iure conspectabat, qui pueri postea mortui sunt, post quorum mortem nullus propinquior, nisi ego mater. Quocirca vestras legales exposcimus industrias, quatinus velitis nos informare, que parcium dictam hereditatem poterit obtinere.

68. Responsum de supremo iure ad premissa.

(f. 223) Solertes viri, amici carissimi. Claris intelleximus (s) vestris super interrogatis sic respondemus: ex quo maritus de seculi huius luce egressus relictis liberis cum sua uxore, hereditas cessit pro filiis post patrem eorum. Cum autem liberi exuti tunica lucis ac mortui discesserunt, post filios nullus propinquior propinquitate nisi mater succedere in bona hereditaria, quia hereditas a sui propinquitate non recedit de forma iuris prescripti. Datum etc. quia quilibet habet suam dissimulare iniuriam de forma iuris prescripti etc. Scriptor debet esse cautus in conclusione, quod formam iuris de tali casu teneat allegare in fine . . . . . deinceps datam. Datum in Casymirz etc.

69. Citacio terrestris iudicii.

(f. 223⁰) Michael de Michalowo castellanus et capitaneus tibi nobili Iohanni de Swerynowysko mandamus, quatinus compareas nostro in iudicio [in] castro Cracoviensi f. 6ta prox. post festum s. Iohannis strenuo Iohanni de Falkowo pro quinque sanguineis et totidem lividis [vulneribus] et pro eo, quia equum et duos boves sibi in via libera recepisti violenter, iudicialiter responsurus ad premissa. Datum loco, anno etc.

70. Wladislaus, Dei gracia rex Polonie etc. tibi nobili Io. etc. mandamus, quatinus in terminis proximis terrestribus Crac. celebrandis magnifico Iohanni de Quatrowsko compareas pro eo, quia tenes hereditatem suam in Pliskowycze, ad [quam] ipse est propinquior iure matrimonitatis alias sorte hereditaria et in eo ad centum marcas dampnificasti, iudicialiter responsurus.

71. (f. 223⁰) Mandamus, quatinus in terminis terrestribus proxime celebrandis Petro de Iowono pareas ad terminum paratum in libro iudiciorum terrestrium; *vel sic:* ad terminum concitatum, *vel sic:* accessorium, citacionis de iusticia iudicialiter responsurus.

72. Procuratorium regis.

(f. 223⁰) Wladislaus etc. Significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, quomodo de voluntate et gracia speciali nostris nobilis

Iohannes de etc. constituit suum verum et legitimum procuratorem, hunc videlicet, qui presens procuratorium duxerit demonstrandum in omnibus suis causis, quas habet vel sit habiturus coram quocunque iudice seculari regni nostri, promittentes ratum gratumque firmum tenere et inviolabiliter observare, quicquid per dictum ipsius procuratorem actum, factum et ordinatum fuerit in premissis, [presentibus] a data presencium ad decursum unius anni tantummodo valituris. Datum loco, anno etc.

73. Procuratorium ex parte civitatis.

(f. 223⁰) Universis et singulis presentibus requirendis et presertim circumspecto advocato et iuratis civitatis Proszoviensis, amicis et vicinis carissimis, benivolencie amiciciam semper pronam. Circumspecti dni amici carissimi. Vestris Circumspeccionibus et vestre Universitati tenore presencium significamus et fidele damus testimonium, quomodo bannito in iudicio personaliter constitutus providus Nicolaus noster concivis fecit, constituit et, ut melius potuit, ordinavit suum verum et legitimum procuratorem, videlicet Iohannem presencium exhibitorem, cum auctoritate alibi vel alias procuratores sui vice constituendi in causa ubicunque, in causa, quam habet cum Clemente cive P., ubicunque fuerit presecutus (s) presentibus super quibusdam certis summis pecuniarum, promittentes ratum, gratum tenere atque firmum, quicquid per dictum suum procuratorem fuerit ordinatum in premissis; quocirca vestram Circumspeccionem et Universitatem rogamus sedulo ex affectu, quatinus dicto nostro civi et procuratori suo cum eodem Clemente iusticiam efficere velitis expeditam grate vicissitudinis intuitu. Datum loco, anno etc. nostro sub sigillo subimpresso presentibus.

74. Diffidatoria.

(f. 224) Io. etc. strenuitatem fallenter usurpanti Iohanni de etc. talem, qualem presens epistola denunciat, affectum [1]), neque lupus ovibus talem aministrat, quia me tuas per fallacias et calumpnias bonis omnibus privasti et scoriasti, velud lupus agnum; ideo tam in rebus quam in personis usque ad ossa et sanguinem diffido et te execuro (s) per presentem, ut in stando, sedendo, ambulando, vigilando, dormiendo etc. et quoscunque actus inhumanos (s) exercendo [2]) sis insecurus et timidus, quia capiti, membris et capiti tuis machinor super mortem precipitare. Datum hic et ubique locorum.

75. Alio modo salutacio.

(f. 224) Talem, qualem epistola denunciat affectum. Ex quo Smus princeps Wladislaus, rex Ungarie, dnus noster graciosissimus, a quo percepimus

---

[1]) Affectus dicitur *posdrewyenye.*

[2]) Cod. exercendi.

cuncta bona, vos diffidavit causis legitimis, hinc eciam et nos eundem dnum nostrum imitantes et sibi obsequia dantes et cum omnibus nostris tanquam membra capiti adherentes, vos similiter una cum omnibus nostris diffidamus et execuramus, volentes omnino et intendentes vobis et vestris omnibus ubicunque locorum in seculo subsistere et hostiliter nocere quomodocunque tam publice, quam occulte, tam in genere, quam in specie, tam in communi, quam in privato 1440.

76. (f. 224) Salutem et omnis prosperitatis favorem. Quia venerabilis, quod procul est oculis procul est a lumine mentis, id est *ktho szocsu thyen smyssly,* we (s) pudet ille labor, quem premia nulla sequuntur mercedis socius sed nullius vult esse laboris (s).

77. Interdictum pro raptu bonorum spiritualium.

(f. 224⁰) Iohannes d. g. Epus Crac. honorabilibus etc. salutem in domino. Quamvis per sacratorum canonum [dispositionem] et signanter per provincialia statuta sit salubriter prohibitum, ne secularis potestas, cuiuscunque gradus aut condicionis existat, possessiones et bona et alias res mobiles ad personas ecclesiasticas spectantes invadere, rapere, occupare presumant quovismodo. Nuper tamen, prout dignorum testimonio referente didicimus, nobilis N. cum a, b, c, d. de Thomicze armata manu et violenta irruentes molendinum ibidem invaserunt illicite et iniuste in vilipendium ecclesiastice libertatis, eciam canonum etc. Volentes igitur ad execucionem dictorum statutorum provincialium procedere et huiusmodi audaciam temerariam, quantum cum Deo possumus, refrenare, vobis in virtute s. obediencie etc. excommunicacionis penis mandamus, quatinus moneatis a, b, c, ut satisfaciant. Nichilominus ecclesiam parochialem, de qua prefati invasores existunt et sub qua larem seu mansitacionem habent, et ad quam bona predicta rapta et invasa deducta sunt, quousque ad plenariam solucionem et restitucionem, alia loca queque, ad que prefati raptores cum ipsorum complicibus pervenerint seu alter ipsorum pervenerit, et quamdiu in eisdem moram traxerint seu alter ipsorum traxerit, ipso facto ecclesiastico supponimus interdicto, penitencia morienciuin et baptismate dumtaxat exceptis, tamdiu premissa exequendo, donec in gravioribus a nobis habueritis in mandatis. Datum in Lyssowycze d. Martis tercia m. Februarii A. D. MCCCCXLI.

78. Ad cardinalem a rege promotoria.

(f. 224⁰) Rme in Christo pater amice noster carissime. Paulo ante scripsimus Pti V., quomodo vacante ecclesia n. per obitum olim dni Sta. ipsius ecclesie [pontificis] devotus noster P. scolasticus Cracoviensis, familiaris et secretarius recolende [memorie] genitoris nostri, ad illam canonice electus, cum esset vir omni virtute et modestia plenus illique patrie et ecclesie admodum gratissimus, nec posse aliter ecclesie providere illi, satis in longo

tempore intestino discidio laboranti, quam per personam dicti electi, cuius prudencia speraremus ecclesiam illam atque eius statum ad pristinam policiam regulamque ecclesiasticam reduci posse cum favore nostro et inclitorum consanguineorum nostrorum, in quorum dominiis licet ecclesia ipsa sita sit, magnam partem possessionum in regno nostro obtinet, unde magnum interesse habuimus insistere, ut ecclesie illi de persona et ydonea et nobis eciam grata provideretur. Unde sicut eisdem litteris rogavimus Ptem V., ita et presentibus eandem Ptem obsecramus, quatinus apud Smum dnum nostrum papam omne vestrum studium et diligenciam impendere velitis, ut ecclesie illi de persona dicti electi provideretur, quoniam rem magis gratam nobis et dicte ecclesie utiliorem facere non potestis, sicut de oportuna nostra intencione, quam in hac re habemus, vener. Io., qui illic pro dicto negocio prosequendo accedit, V. Ptem clarius informabit. Datum anno dni 1439. — Vladislaus, Dei gracia rex Polonie, Rmo in Christo patri dno tituli S. Marie in Via Lata presbitero cardinali, Firmano vulgariter nuncupato, amico nostro carissimo.

(f. 225⁰) Sequitur consistorii formulare etiam publici notarii formarum erudiciones.

79. Sequitur citacio contra usurariam pravitatem.

(f. 227) Iohannes etc. honorabili viro P. etc. salutem in domino. Querelam Stanislai latoris presencium recepimus continentem, quod cum ipse vobis quandam possessionem pro certa quantitate pecunie pignori obligasset, vos vero vultis sibi pecuniam vel possessionem dimittere, cum de sorte predicta per fructus et redditus possessionis sitis, ut asseritur, iam contenti. Unde consulimus et mandamus vobis, quatinus facta huiusmodi computacione super hiis, que de fructibus et redditibus dicte possessionis actenus recepistis [1]), dicto Stanislao prefatam possessionem et quicquid ultra sortem, ut restituatis, cum non deceat servos Christi tamquam hereticos et Iudeos alimenta sua perquirere per usurariam pravitatem; alioquin a recepcione presencium infra XIIII dies coram nobis compareatis, quem peremptorium terminum vobis assignamus. Datum loco, tempore, anno.

80. Presentacio.

(f. 236) Rdo in Christo [patri] dno Sbigneo Epo Crac. aut eius vicario in Spiritualibus generali Io. de Malgoth et Iacobus de Tanczin heredes debitam reverenciam cum promptitudine famulandi. Quia vacante ecclesia parochiali in Plesszew post mortem bone memorie Nicolai ultimi et immediati rectoris ecclesie eiusdem, cuius ius patronatus, collacio seu presentacio ad

[1]) Cod. receptis.

nos, tamquam ad unicos collatores, cernitur pertinere et pertinet, ideo ad eandem ecclesiam de Plesszew discretum Stanislaum de Czyena bone vite, conversacionis laudabilis, bene ydoneum, in sciencia et moribus sufficienter approbatum V. Pti duximus presentandum ostensorem presencium, pro eo et cum eo supplicantes, quatinus ipsum propter Deum ad prefatam ecclesiam in Plesszew dignemini instituere et investire, curam animarum, regimen in spiritualibus et temporalibus [sibi] committendo. Premissa adimplendo nostra servicia et oraciones prefati dni [S. Vestra] Ptas pro vestra sospitate habebit. In cuius rei testimonium sigilla etc. Actum et datum etc.

81. Super prohibicione incantacionum.

(f. 242⁰) Stanislaus rector scole Gneznensis, comissarius causarum et officium gerens Rmi patris dni Martini archiepiscopi Gneznensis, discretis viris in B. etc. ac aliis presbiteris et clericis archidiaconatus Gnezn., qui presentibus fuerint requisiti, salutem in dno. Quamvis omnis sors et omnis divinacio, criminacio seu incantacio per sanctos patres antiquitus omnibus christifidelibus sit interdicta, cum ad solum Deum pertineat cognicio secretorum et futurorum, et sepe per angelum tenebrarum, transfigurantem se in angelum lucis, illuditur curiositas humana, cum id scire desiderat, quod soli Deo est reservatum, talia quoque facientibus sacri canones varias penas infligunt et imponunt. Premissa tamen minime advertens dnus N. vicarius ecclesie S. Petri in suburbio Gneznensi contra fidem et baptismum in ecclesia maiori volens Deo esse similis, propter quod et Adam de paradiso cecidit etc., psalterium more magorum traxit et ex huiusmodi tractura cuidam mulieri divinare non expavit. Quare predictas superstitiones conniventibus oculis proterve nolentes vobis et vestrum cuilibet surda [aure] pretermittere etc. mandamus, quatinus coram dno Wincencio Archiepo, ipso vero absente coram nobis Gnezne compareat, dicturus causam racionabilem, si et quare talia perpetrare presumsit. Et nichilominus moneatis eandem mulierem, que huiusmodi divinacioni interfuit, si ipsius scire nomen poteritis, alioquin congrue et de tanto nephario onere infra sex dies a data presencium predicto dno Archiepo satisfaciat. Moneatis insuper omnes et singulos presbiteros et clericos archidiaconatus supradicti, quos et nos peremptorie per presentem monemus, quod taxillos et ad aleas, cum hoc [sit] iure prohibitum, non ludant, nec alios ludos exerceant inhonestos, nec ipsis intersint. Alioquin contra ipsos iuxta canonica instituta et constituciones sinodales ipse dnus archidiaconus procedet seu nos ipsius nomine procedemus.

Item nota, quod hoc officium pertinet [ad] archidiaconum, ideo in processu predicto, ubi stat archiepiscopo, ibi loco istius debet stare archidiacono.

82. Alia forma testamenti.

(f. 250⁰) Ego Iohannes de Nyewesch significo universis, quod cupientes anime mee salubriter consulere filiisque meis, quamdiu vita comes michi est,

pacis comoda reportare procurare, compos racionis sanusque animo, licet langwens corpore testamentum ultimum solito more disposui ordinare; et primo siquidem in remedium anime mee lego, statuo et dispono X marcas annui census perpetuo tempore in villa Lubnya religiosis etc. recipiendas et tollendas. Item lego et dispono dilecte filie mee K. centum marcas pecuniarum [in] paratis, que sibi pro dotalicio, cum ad annos nubiles pervenerit, dare debent Ad quod testamentum ordinandum et iuxta ordinacionem meam per omnia disponendum eligo et constituo ac decerno honestos viros a, b, c, d etc. consanguineos meos predilectos, doque eis in singulis plenariam potestatem taliter disponendi. Testes vero, in quorum presencia hoc testamentum ordinavi, statui et disposui, hii sunt providi viri etc. In cuius testamenti robur firmius sigillum meum et sigilla testium subscriptorum presentibus sunt appensa.

83. Forma testamenti.

(f. 250⁰) In nomine dni amen. Omnis Christicola, qui in vita presenti seminaverit bona sive mala, eadem in vita futura metet et colliget, pro malis supplicia, pro bonis accipiens vitam sempiternam. Proinde ego Stanislaus miles tenore presencium publice recognosco, debilis quidem corpore tamen sanus existens mente, testamentum meum de bonis meis mobilibus et immobilibus michi a Deo altissimo collatis, ne de hiis inter posteros meos et amicos quoscunque aliqua litis possit oriri materia me defuncto, constituo et pono per omnia in hunc modum: primo itaque do, lego et dispono omnia mea [bona] mobilia et immobilia, ubicunque situata vel habita et quibuscunque rebus consistant et quibuscunque nominibus potuerint designari, discretis viris ac honestis a, b, c, amicis et fratribus in solidum totum uni, sicut alteri, per ipsos post [1]) mortem meam tenenda et sine quolibet hominum impedimento iure impeditorio (s) pacifice possidenda; et post mortem meam licenciam atque omnimodam potestatem agendi, disponendi et faciendi de et cum dictis bonis, quicquid ipsorum placuerit voluntati, contradiccione qualibet non obstante. In quorum omnium evidens testimonium sigillum meum presentibus est appensum.

84. Processus visitacionis archidiaconatus per plebanos.

(f. 263) Iohannes de N. archidiaconus ecclesie s. Marie Kalisiensis discretis viris ecclesiarum parochialium rectoribus et eorum vicesgerentibus in decanatu Stawensi consistentibus salutem ac fraternam in domino caritatem. Quia aliis prepediti negociis visitacionem, quam ex officio archidiaconatus nostri singulis annis propria in persona [facere] de iure tenemur, facere non valemus, et quia de ydoneitate et legalitate honorabilis dni Stanislai

---

[1]) Cod. per.

plebani in Gywanowicze plurimum in domino confidentes, ipsum pro supplendo et peragendo dicto archidiaconatus nostri officio mittere procuravimus et mittimus, cui etiam potestatem omnimodam coram notario publico contulimus et presentibus conferimus, omnes rebelles iuri et statutis provincialibus contravenientes penandi, et eas [penas], ut moris est, in personam nostram exigendi, censura ecclesiastica, si et in quantum opus fuerit, mediante. Quare vobis omnibus et singulis ecclesiarum rectoribus in dicto decanatu Stawensi consistentibus precipiendo sub excommunicacionis pena et sinodali trium marcarum mandamus, quatinus pro adventu eiusdem Stanislai necessaria, ut moris est, providere debeatis, dum et quando ipsum vos propria in persona visitare contingerit. Volumus autem, ut quilibet vestrum hunc processum unus ad alium secundum consuetudinem antiquam dirigat sine mora per se aut submissam personam. Datum die Iovis 13 mensis Novembris anno 1447 nostro sub sigillo [1]). Processum presentem reddi debite fideliterque executum.

85. Processus archidiaconi ad visitandum plebanos. Supra talis, require.

(f. 263⁰) Iohannes de Nyewesch decanus Wladislaviensis, metropolitane Gneznensis, collegiate s. Marie Calisiensis ecclesiarum archidiaconus, universis et singulis parochialium ecclesiarum rectoribus ipsorumque locatenentibus ceterisque presbiteris curatis et non curatis per et infra decanatum Colo ubilibet constitutis salutem in domino. Cura continua iniuncti nostri officii nos exagitat et pulsat, qualiter in clero nobis credito laudabilium morum incrementa serere et vicia ac errores ordinis et vite [2]) ab ipsis ambigere et in domino possimus reformare, quatinus per hoc sponsa Christi ecclesia ampliora preconiorum suscipiat fulcimenta.

86. Processus pro sinodo convocanda per Episcopum.

(f. 263⁰) Iohannes, Dei gracia Episcopus Wladislaviensis, universis et singulis dnis abbatibus, prepositis, omnibus et singulis ecclesiarum parochialium altaristis, prioribus et officialibus hospitalium diocesis nostre Wladislaviensis per et infra terram Pomoranie consistentibus ac illi vel illis, qui de iure vel consuetudine ad nostram diocesanam sinodum venire tenentur, ubilibet constitutis, salutem in domino et nostris mandatis firmiter obedire. Quamquam in nostra promocione huius presentis anni circulo non sine causa gravi, tum propter convenciones seu conciones Regie Mtis sepe tentas, tum propter aeris percucientis valitudinem, tum propter consilia bonum et utile Regni Polonie concernencia, quibus plerumque fuimus occupati, sinodum nostram diocesanam in terris Pomoranie licet

[1]) Data jest mylną; 13 Listopada przypadał w roku 1447 na Poniedziałek.
[2]) Cod. vite.

inviti hucusque celebrare distulimus, nunc autem de hiis, que salutem animarum et regimen ecclesiasticum respiciunt, salubriter cupientes providere, de quibus provida vetustaque sanctorum Patrum, testantibus sacrorum canonum institutis, sanxit auctoritas; et nos, qui in partem sollicitudinis vocati ac dati existimus, torpore a nobis pigriciei excusso, nostrique cordis oculis vigilancia adhibita, rerum et temporum non segniter maliciis occurrentes, spinas et tribulos, que nostra fortasse desidia exigente in agro domini demum actenus pulularunt, de eodem, quantum nobis superna indulserit providencia, evellere valeamus, visitacionem de nostro speciali mandato per decanos rurales singulos [1]) ipsorum in suo decanatu premissa, quam ob valitudinem archidiaconi terre Pomeranie fieri per quemlibet ipsorum volumus, omni negligentia procul pulsa. Sane itaque ut in nostris subditis morum honestas, tociusque vigeat regula discipline, quodque observancia canonica in eis fulgeat, vite sanctitas prepolleat ac tocius ecclesiastice norma iusticie resplendeat luculenter ac ad perfeccionem et utilitatem et reformacionem nostri cleri in terris Pomeranie consistentis in capite et membris fiendam [2]) salubriter intendentes, sinodum nostram diocesanam die Dominico Letare etc. in Nowe oppido nostre diocesis duximus statuendam et convocandam ac in hiis scriptis statuimus, convocamus et indicimus ad diem et locum supradictum, divina nobis gracia suffragante celebrandam, que omnia et singula ad vos et vestrum quemlibet noticiam deducimus et deduci volumus per presentes, propter quod vobis et vestrum cuilibet in virtute s. obediencie et sub excommunicacionis ac sinodali penis, quas in vos et vestrum quemlibet, nisi feceritis, quod mandamus, ac ad nostram dictam sinodum personaliter venire curaveritis, trina tamen canonica monicione premissa, ferimus in hiis scriptis, ipsasque vos et vestrum quemlibet incurrere volumus ipso facto. Quocirca vos dni superius nominati et vestrum quilibet ad dictam sinodum personaliter et in propria persona superpiliciati ac alias in decenti habitu, prout uniuscuiusque status, condicio ac eminencia exigit et requirit, veniatis et veniat per tres dies continuandam, sese immediate sequentes, et in eadem nostra sinodo cum apparatibus condecentibus, sicut prefertur, ab olim fieri consuetis permansuri ac alias recepturi, quod s. religionis ac reformacionis status exposcit, racioque et ordo congruencie ac sacrorum canonum dictaverint sanxiones. Datum die, mense, loco etc. nostro sub sigillo.

87. Processus, ut sepeliant mortuum et processionaliter exeant ante corpus defunctum.

(f. 264⁰) Andreas d. g. Epus Poznan. universis et singulis tam conventualium quam parochialium ecclesiarum rectoribus ceterisque presbiteris per

---

[1]) Cod. singulis.

[2]) Cod. fiendis.

et infra diocesim Poznan. constitutis, presentibus requirendis, salutem in domino. Pie recordacionis cari nostri olim dni N. de P., qui fuit preco verbi Dei, tuba ewangelii, minister altissimi, morum edificacio et structura salutis, mortem, quam a die, prout Deo placuit, calcavit, ab hac luce transmigrando, V. Caritatibus intimamus et ut ipsi vos una nobiscum obitum suum, velud pugilem fidei christiane, pro qua exilio religatus et a propriis laribus perpulsus malens periclitari apud homines, quam propter mundi transitoria a via rectitudinis abduci, defleatis. Et licet in ecclesiastico luctus mortui septem diebus precipiuntur celebrari, immo hincinde mestuosos affectus lex nature indidit, quia premium est flere mortuum, sicud et Christus lacrimas produxit super Lasarum, arguitur tamen doloris excessus, qui quadam mollicie muliebri degenerans indulget gemitibus et lacrimis, sed ut momentanee eiusdem defuncti memoriam peragamus, vestris discrecionibus et cuilibet vestrum, suadente nobis venerabili capitulo Poznan., in virtute s. obediencie et sub pena excommunicacionis mandamus, quatinus die crastina hora terciarum cum vestris clericis et plebibus ad nostram ecclesiam kathedralem processionaliter veniatis, responsoria vigiliarum suppliciter decantantes, ad tradendum honorifice [corpus] dicti defuncti, prout hoc in vita meruit, ecclesiastice sepulture, alioquin si secus feceritis, extunc ad nostrum arbitrium eritis[1]) puniendi. Precipimus tamen sub penis antelatis, ut presentem nostrum processum facta execucione unus ad alium absque mora mittat, ultimus vero eundem nobis representet. Datum 1441.

88. Socius ad socium carnisprivii solennitates declarando.

(f. 271[0]) Sodalis[2]) careque frater unice plantacionis, honorabilis domine. Celeriunscule cursitare cogor in huiusmodi littere accepto itinere tum propter tempusculi angustiam, quo hic in domicilio Czyena me gestit lateris presencia, cuius difficillima assercionis auctoritas maximarum plerisque reciprocacionibus ac diversis facultatibus fateatur esse communis, cum sit etroclite salutis extensa, in quo magno cor meum ex dictis illepide turbinisque bicipite et infulse mansitacionis in domicilio mee velificatur impulsu; tum eciam propter ingruencium adversitatum iacula, quibus nunc ferior in hac parte babilonica videlicet Czyena. Me quidem institutum sollicitat mentis nedum postergata vestram ad dilectam caritatem affeccio. Et libet, ut preferende affeccionis serenitas amplioribus radiis exuberet, inter me et vestram dileccionem sacius plectamur epulancium simulacione fauste in hoc mundi palacio aggredientes. Nam vere dileccionis argumentum apparet, ubi perfeccio, amati facies semper intuetur et efficax nota ad purum recordium reperitur excipue, qui zona sanguinis sunt iuncti, que singula prosequuntur ex visitacionis amicorum frequencia et exinde illorum amicicia ad comoditates accedit et utili-

---

[1]) Cod. erunt.

[2]) Cod. Sodes.

tas administracionis, pietas, fides ac emolumentum perseveracionis in talibus durat, in quibus fraternalis zelus et non insolida amicicia capit incrementum, ideo supplico, quatinus cum hospitibus vestris venire velitis, solacio epulacionis serena applaudente facie congaudere velle, quando suppetit vestrum in Czyena ad prosequendum sideree celebraturis. Quippe nunc instant solennitates duellandi hastiludiorumque gladiatorum vitandi atque inferendi ictus subtiliorem racionem legibus ingenerarunt virtutemque arti et rursus artem virtuti impetu potencie ictus fieret forcior et potencia per artem fieret securior. Etenim dyogena clavis dictas solennitates semper novitat (s) celebrare, eo, quod celebre reputantur, cum ea instantaneis aculeis stimulat, absurdum est non succurrere sodali. Revera qui iugiter inter feminas madefactus pigras existit, evidenciam rei indicando reciproce insolubili vinculo extant kathenati; sacius enim consulo vobis, eligatis cum vestris Walisoviensibus sororibus, gentem lauream non ommittentes, solito duellari et novis ritibus inhiare. Illius A. mire pulcritudinis puelle specie preinsignis et morum venustate conspicue tam eloquentissime forme quam graciarum venuste attonita in sollicitis studiis curie vestre per strepita solaciis omnibus adeo larga et prodiga in suis dotibus naturalibus, cum qua ex favore personali declinaveratis michi illam ad humefactum dyogenaliter roridi fontis super illis plenitudinem potestatis ordinare, alias *obyeczalleysmy byl sny pocladacz*, attencius vestram nempe intencionem in illa prosperiter valituram, quinimmo in inferiori sede illa res rorida apud feminas parcium vestrarum existit situata, et quod plus est, cum gravitate possunt nostris hastiludiis propter clinosum loci situm ipsarum castra dissolvi. Ideo tutelamini in accitis principiis et in approximante dictarum festivitatum carnisprivii stadio frater carissime fortiter viribus subsistatis, nec mei immemor suarum Walisoviensium sororum memorie existentes. Datum [1]).

89. Frater ad fratrem declarando festivitates carnisprivii.

(f. 272v) Honorabilis domineque pater (s) dignissime. Mestis (s) et madeo fletibus, quod merore consumor viduitatem, quippe deposui vestram ad superstitem cari amoris affectatam peticionem pro simulacione epulacionisque collacionis instantibus sollenitatibus per vos eciam in *Czyena* celebrandis. Etenim sorte adversa minime effectui educere voluistis, de quibus namque omnino michi mirari non videor, cum ab antiquo amice aplausionisque salutacionis munere nature temperancie veneraremur presenciam. Immo et primitive aplausionis in Cracovia inter me et vos frater *pyessv (s)* materia persuaderet et dignitas, ut depoposcebat. Cogit me ergo multum assidue frater dilectissime meo famine pro novitatibus carnisprivii solennitates vobis propellare, cum dyogena clavis dictas solennitates novitat (s) celebrare, sed, ut

[1]) Porówn. formułę ogłoszoną powyżej pod N° 35.

fatear veritatem dictarum solennitatum loquens evidenciam, ne videar silencio strangulare, ut ioculatorum evagata lasciviis theatralis oracio habenis temperancie non circumscribitur; revera ipse geminalis concubitus ordinatis complexibus diversorum suppositorum propaginem connectere tenetur et in suis complexionibus conclusiones hastiludiorum cum rorida incudente facie ictus frater dilectissime cum vigili solercia principandi in Venerem pugnando observetis, cum naturalis assercionis auctoritas principis mamillarum plerisque reciprocacionibus et diversis facultatibus fateatur esse communis. Equidem natura dictis solennitatibus plausu festive collacionis applaudet, consulo et imploro suscipiendo citissime obviacionis dictarum solennitatum carnisprivii epilogo specificante multiplici osculorumque hastiludiorum dyogenali hauspicione ad suas dilectas in Syradia Walisovienses sorores tumulum figurate, ut bene vestri seminis incisio pedissequarum ingestu serenitatis sorcietur effectum adiuto fulgore matrimoniali speciem vultus vestri iacticando in hec orisontis mundiali machina. In post facto sui gressus lineas statutis per posteros humaniter figurantes natura largiente vocem eucleticam ululancium audientes vocum calamitosis eiulacionibus vey vey pater, vey vey pater, da michi *chlebya*, illarum nempe vocem elegiaci carminis citeram optando et illorum choors (s) vestris vestigiis solacioque osculi preludio adherebit, alias *kyedycz zaplaczye yakobycz zagąl zagnadl.* Illarum siquidem festivitatum laudo opus artibus et bene sufficiunt talia dona peti. Sociatis nempe carnisprivii solennitatibus vix est, que denegat petenti, eatenus ut uti fratri dilectissimo insistere curetis agrestem precibus, urbanam precio ast nobilem congruitate loci [1]), inquam virginis amplexus mulcet durissima pectora et vidue est dulcis amor, de reliquis vestre discrecionis prudenciam ac industriam salvatoris suppleat perfeccio, id ipsum idem in eadem faciendum honorabili domino Nicolao.. significare scripto curetis, ut illius specie preinsignis vidue in Rambyeszewo Dorothee attencius nisi stat amori, ut facilius rei p[...]ite amorem valeat obtinereque illius rei roride mire pulcritudinis vidue Dorothee sit sibi concessio et ut in eius dotibus et dotalicii largamque prodigam prestet naturam. Datum in Czyena anno etc. quadragesimo.

90. Ad patrem, quomodo fuit accusatus et filius repugnat accusacionem.

(f. 273) Amantissime pater mirari omnino michi non videor, immo digna ducor admiracione, cum mea iuxta intimata ex parte dni mei etc. cum a vobis rescripciones stupent et rutilare desinunt et hucusque lippire sustinent. Cum in presencia mei dni Io. quidam kmetho Iacobus de Staw primatorum arbitrio referebat in evidenciam rei iudicate significando, quomodo fausta vestra caritas una cum filio vestro in villa B. constituti pecudes, pecora et

[1]) Porówn. przytoczone przez nas we wstępie wiersze, mianowicie p. 190 wiersz 3ci.

alia suppellectilia ab eisdem cupientes penitus ab eisdem desiderantes nec multo post coadiuti equitibus venistis in aliam villam, ubi bona ipsorum fuerunt deposita, in intemperata multitudine, pecora cum pecudibus violenter habere volentes, que insuspecte accusacionum proposiciones et oblique in presencia dni censentur, immo fidem dubiam gerens de vobis, cum sitis frater sanguinis linea coadiunctus et armis in eisdem iunctus, ob id sane pater, figatur per vestram caritatem matura excusacio litteralis adeo, quam crebrius litteratenus expositas vestras erga dnum Io. caritates et vota virtutum per vestram ocius nanciscantur et micius aggratulari vobis convenit domino Io., cum michi quibusdam seriorum consiliis et administracionibus amminiculari possit, nec prosequendo fateor mediusfidius crocodillinis cavillacionibus, nichilominus illis persuasus illius ribaldi accusantis incumbente mgra et sinistra ac indirecta accusacione per me sevissime reaccitis, quamquam ante presenciam erubescebam, illorum opportunitatem impugnavi, erubescebam illorum oportunitatem repugnavi (s), ut propagacio vite in me rescindebatur veri palmitis. Insuper amantissime domine aderat michi vernaculus honorabilis domini Ioh. atramentariam gestans litteram, in qua racione servicii mei apud dominum Io. meum gessistis faculam, id est hesitacionem, equo modo et de equis, cum ignoratis usquemodo prestolari effectualiter servicium, cuius tunc etenim suspicacio animum vestrum nec suspendat, nec alia amonente discerptacione duntaxat racione strate in Curiam Romanam procincte stipendio domini cantoris Poznaniensis exigere et reflecti, nec aliis V. Caritas estimaveritis officiorum negociis concedere et a vobis propulsantur relique scrupulaciones, id est hesitaciones seu dubitaciones, nec vos errare penitus fateor. Post festum Epiphanie verissime persona in propria in Gollissino ad valediccionem constituere V. Caritatem, me equidem madet diu sollicitum et legitime vultibus vestris anxiabat carencia, qua ex re si viam Curie recederem mestissimus, cum ab homine consolari non possem, divo tandem visa presencia vestrorum vestro relevabor solacio ferme celesti eruditus oraculo, nempe vestrorum iuxta edita in mandatis solertem vigiliam carpere nec cessabo. Vestrorum altissimus sanitates confovere dignetur, inque summi aula principis que (s) eterno plausu ac tripudio, in patria retribuere sempiterna. Datum in Czyena.

91. Ab archiepiscopo ad papam.

(f. 273[v]) Vincencius Dei gracia etc. Smo in Christo patri ac domino domino Bonifacio sacrosancte Romane ac universalis orthodoxe ecclesie summo pontifici reverenciam et debitam obedienciam congrua (s) cum osculis pedum beatorum. Beatissime pater ac domine Rme. Ex matura deliberacione electorum principum sacri Romani imperii tam ecclesiasticorum quam secularium assumpsimus in nomine domini pro honore s. matris ecclesie universalis arbitrum pro parte nostra etc. Unde vestram Sanctitatem humillime depre-

camur, quatinus circa unionem eleccionis celebrandam per nos litteris S. V. ac de concilio cardinalium roborare velitis.

92. Ab archiepiscopo ad totum collegium cardinalium.

(f. 273⁰) Wincencius Dei gracia etc. Rmis in Christo patribus ac dominis sacri Romani collegii cardinalibus universis sacre fidei et veritatis amatoribus suisque amicis sincere dilectis salutem cum optamento omnis boni. Rmi patres et domini sacre fidei cultores. Noscat vestra veneranda universitas, quia frater noster rex Francie sue salutis etc. Et vestra consilia et auxilia nobis sunt summe [1]) necessaria. Idcirco Paternitates Vestras venerandas affectuose rogamus et attente, quatinus contemplacione fidei katholice et nostre intercessionis, quam vobis veneranter offerimus, solliciti fore dignemini erga summum pontificem, ut ad dictam unionem peragendam suam prebeat voluntatem et assensum, nostre magestati in eo gratam complacenciam exhibituri et acceptam etc.

93. Littera a socio ad socium, quomodo celebravit solempniter nupcias in absconso et donando hospites cum reverencia.

(f. 274) Carissime frater. Vestram ad superstitem Caritatem vicibus nonnullis deposui tenorem litterarum prediali tamen specialiter in negocia accommodo; verumquidem apud me fama rutilancie de vobis deferbuit titulis tributorumque puerorum vestrorum baptismalia nudiustertius deferentes, immo visum est nec mutasse exhibendam magnifice per hospitales vestros specialiter ad domicilia vestra et invitatos legalitatem ocius in exquisitissimis per Caritatem V. plexi sunt reverenter solaciis, et fidelibus singularissimorum hospitum et affinium vestrorum legaliter euxeniole (s) remisistis. Verum tamen transcurrencium porcione tandem moloforum tandem valtriumque inquisitoribus fisculorum ac quovis genere canibusque omnium genere avium portendi eximie pulcritudinis circumvolverunt. Addecuit ergo frater carissime talibus ilarescere visitacionis ex amicorum frequencia super delegata baptismalia pueri vestri vobis a *Byala Iagna* apportati in enueclando verborum serie: ecce puer tuus, quem vasculo vestri promptuarii cura siciente iocundius puerum dictum a *Byala Iagna* propinatum suscepistis. Equidem frater amicabilis condigna lamentacionum ducor singultacione, immo me demulcet simulatrix de talibus baptismatibus eiulacio, quia ad dicta baptismalia vestri pueri vobis adoptivi a pretacta muliere *Balya Iagna* me non invitastis, nec mei apud Caritatem vestram visa fuit recordacio dictis baptismalibus congaudere. Nempe frater mi, quod absit, similibus michi occurrentibus celeriunscule cogerer vive recordacionis dimidie vestri ad huiuscemodi solacia prosequenda invitari. Si etenim adhuc, ut spero, dicta solacia non ministra-

[1]) Cod. summa.

stis effectui, consulo implorative Caritati vestre, quatinus simulacionem victualium cum honorabili dno Io. vicario in Chartlupya cooperante exemplari discrecionis prudencia, ut hoc ipsum sibi contigit, quoniam certi facti evidencia comperi, quod predictus dominus Io. vicarius suam castissimam prudencie magestatem cum quadam muliere in S. scurili prostituit incestui, de qua, ne periculum exciperet, clandestina fecunditate pagelle consorcia illius noluit dedignari, inter musas pocius collascivire specie preinsignes maluit cooptari, sicque quatuor filios multiplicavit. Quare cum prefato Io. vicario ad solacia prosequenda puerorum vestrorum adoptivorum componere velitis, accurrendo fateor communia minus ledisse.

94. Ordo subscriptus per dominos visitatores seu nuncios synodales iste servatur [1]).

(f. 275) Primo et principaliter ad quemcunque plebanum venerint, in primis intrent ecclesiam et conspiciant bene, si sacramenta ecclesie habentur in bona custodia, et presertim venerabile sacramentum Corporis Christi et baptismus (s), et inquirant medio iuramento a plebano et vicariis, quociens renovantur sacramenta infra mensem vel infra annum.

Item circa negligentes conspiciant etiam, si corporalia sunt munda, quot missalia et utrum bona in qualibet ecclesia, et si ecclesia servatur munde et honeste.

Item si cimiteria sunt distincta per fossata vel circumsepta, ut sacrum a non sacro possit discerni.

Item si habeant stanneas vel plumbeas flasculas pro conservacione vini etc.

Hiis expeditis recipiantur iuramenta a plebano et vicariis et ministro ecclesie de veritate dicenda et falsitate vitanda, ita, quod presbiteri iurent super Evangelium, et minister ecclesie super Epistolam, laici autem, qui secundum consuetudinem citantur prescriptam, super Passionem.

Forma iuramenti pro presbiteris est ista:

Ego N. iuro ad s. Dei Ewangelia, quod dicam omnem veritatem, quam scio et super qua requisitus fuero per dnos visitatores non causa amicicie, favoris, odii, ire vel indignacionis, sed pure propter Deum, et ne incurram periurium: Ita me Deus adiuvat et omnes Sancti etc. — Sed forma pro laycis infra.

---

[1]) Urywek z tej instrukcyi ogłosił prof. Caro; całą ogłosiłem najpierw ja według rękopisu z początku XVI w. w V tomie Arch. Kom. Hist. str. 29 sq. a następnie z tego samego źródła ksiądz Prałat Z. Chodyński w dziele »Statuta synodalia eccl. Wladislaviensis« str. 20. Według kod. Król. instrukcyja ta obecnie po raz pierwszy w całości i w poprawnym tekscie zostaje publikowaną.

Examen testium.

Istis expeditis, exclusis vicariis in aliquo [loco] honesto vel in ecclesia vel in stuba propter frigus, examinetur plebanus de vita vicariorum et conversacione; et viceversa vicarii, quilibet per se, excluso plebano de vita plebani et conversacione. Et quilibet laycorum per se excluso plebano et vicariis, ut infra sequitur.

Et primo si plebanus exemplariter vivit: predicando verbo et docendo exemplo, vel non.

Item si plebanus sit suspecte vite puta adulter, orisator, tabernator, et si sepe inebriatur. Item si celebrat sepe et quociens in anno. Item si servat canes venaticos et si per se exercet venacionem clamorosam.

Item si est dilapidator bonorum ecclesie inutiliter, ut emendo tunicas concubinis vel filias maritando vel aliis modis inhonestis. Et ista omnia fideliter conscribantur per notarium publicum.

Item forma iuramenti pro laycis.

Ego N. iuro ad passionem Christi, quod dicam omnem veritatem, quam scio et super qua requisitus fuero per dominos visitatores in causa presentis visitacionis non causa favoris, amicicie, odii, ire vel indignacionis sed pure propter Deum et ne incurram periurium: Ita me Deus adiuvat et omnes sancti.

Item hoc iuramentum debet requiri mox post iuramentum presbiterorum.

Item inquiratur quilibet ex testibus diligenter, utrum scit vel constat sibi, quod aliqui pueri seu infantes sint mortui sine baptismate per negligenciam plebani vel vicariorum.

Item si est plebanus vel vicarius docet formam baptisandi pueros debiles vel laycos vel vetulas, qui non possunt deportari ad ecclesiam ad baptisandum propter debilitatem.

Item si aliqui in parochia sint mortui absque confessione per negligenciam plebani vel vicariorum vel absque procuracione sacramentorum, videlicet Corporis Christi vel Unccionis extreme.

Item si plebanus vel vicarius hortatur populum, ut sciat orationem dominicam, Ave Maria et Simbolum apostolorum; et cum hoc, si docet populum predicta.

Item si declarat populo decem precepta Dei et precipit observari et signanter dies festos. Et si hortatur populum, ut singulis dominicis diebus et festivis conveniant ad divina et intersint predicacioni.

Item si declarat septem mortalia peccata et docet modum confitendi simplices. Et si plebanus sepe confitetur. Similiter aliena peccata novem, et sic de aliis correquisitis.

Item si plebanus vel vicarius vel aliquis ex gracialibus, ubi tales habentur, inducit aliquas novitates, que saperent heresim vel sectam Wicleffistarum vel Hussitarum. Et si aliquis presbiterorum habet libros, codices vel quascunque compilaciones predictorum Wycleph, Iohannis Husz, Ieronimi dampnatorum per ecclesiam hereticorum. Et eciam si habet libros sequacium dictorum hereticorum vel aliquorum ex ipsis, ut maystri Iacobelli de Praga de heresi vehementer suspecti, et precipue de communione sub utraque specie.

Et si libri aliqui fuerint per visitatores inventi, conspiciantur in titulis seu in principiis, et dni visitatores recipiant illos libellos seu codices ad ipsorum manus, et ipsis receptis presentent domino archidiacono. Item si aliquos invenerint ex plebanis vel presbiteris seu clericis simplicibus tenentes vel defendentes sectam seu heresim predictorum hereticorum, sine mora deferant ipsos per eorum scripta vel nuncios domino archidiacono.

Item inquiratur a quolibet plebano, si habet statuta sinodalia ultimo confecta etiam recollecta et conscripta ad mandatum vener. dni Nicolai Strzeskonis et faciant eis ea presentari, et conspiciantur. Si autem aliquis inventus fuerit non habere statuta predicta, diligenter conscribant domini visitatores et deferant nominatim omnes non habentes domino archidiacono.

Item domini visitatores conscribant omnes plebanos, non residentes in suis ecclesiis, et causas, cur non resideant, inquirant.

Item inquirant diligenter de plebanis et presbiteris omnibus, si aliqui ex ipsis sunt lusores thasserum vel contenciosi et tabernarii. Item si reverenter visitant infirmos cum sacramentis, precedente candela cum vexillo. Item si aliqui predicti usuras exercent vel aliqua alia lucra illicita. Item si iniungunt penitentibus penitencias pecuniosas vel missarum appreciandarum. Item domini visitatores de aliis defectibus inquirant, qui supra non sunt conscripti, secundum industriam et circumspeccionem ipsis a Deo concessam.

Item ipsi domini visitatores expedito suo officio visitacionis sue conscribant summatim et punctatim per se vel notarios suos fideles omnes defectus, quos invenerint in aliqua ecclesia in plebano vel in ministris ecclesie, et conscribendos et post bene correctos et concordatos nichil obmittendo dirigant domino archidiacono per nuncium fidelem vel per se portent, derelictis circa se copiis propter pericula, quas venientes ad futuram sinodum celebrandam representent similiter dno archidiacono, ut concordent prima scripta cum copiis, ne vicio scriptoris aliquid obmittatur.


Et forma conscribendi fiat, ut sequitur:

N. plebanus talis ecclesie inventus ex testimonio quinque vel sex testium fide dignorum in concubinatu occulto seu publico a V, VI, VII vel pluribus annis; prout fuerit rei veritas, ita scribatur, et tot pueros procreavit.

Item tot pueri sine baptismate sunt mortui per negligenciam plebani vel vicariorum. Item tot, puta V, VI, VII etc. infirmi sine confessione et sacramentis sunt mortui. Et sic de aliis contentis in articulis per modum interrogatoriorum supra descriptorum anno etc. quadragesimo indiccione tercia.

95. Littera ad omnes cardinales clausa, superscripcio.

(f. 276) Sacro dnorum cardinalium collegio. Rmi in Christo patres et amici nostri carissimi, scribimus Smo dno Summo Pontifici litteras in favorem vener. Vincencii electi Gnezn. etc. viri certe honore omni dignissimi etc. Intentissime rogamus dominaciones vestras, quatinus velitis taliter apud ipsum Summum Pontificem agere, ut electio ipsa suum sorciatur effectum, quoniam rem nobis magis gratam ac ecclesie illi accommodam facere non potestis. Wladislaus Dei gracia rex Polonie etc.



FORMA PROCESSUS IUDICIARII

an. 1553 conscripta e codice Petropolitano deprompta.

Edidit B. ULANOWSKI.



Dotychczasowe badania nad prawem polskiem dotyczą prawie wyłącznie epoki średniowiecznej. Ustawodawstwo sejmowe oraz praktyka sądowa, począwszy od XVI stulecia, zupełnie niemal zaniedbane. Professorowi Bobrzyńskiemu należy się zasługa, że pierwszy zwrócił uwagę na doniosłość wyroków z XVI stulecia, których część znaczną wydał (Star. Pr. Pol Pomn. T. VI.), i że ogłosił zabytek niemałej wagi do historyi processu polskiego: »Puncta in iudiciis... observanda« z r. 1544.

Komisyja prawnicza, pragnąc o ile możności równomiernie uwzględniać wszystkie epoki historyi prawa polskiego, uchwaliła przed kilku laty ogłosić zbiór wyroków sejmowych z XVI stulecia ułożony przez współczesnych prawników i przechowany w kilku redakcyjach, które nawzajem się uzupełniają. Zbiór ten niebawem ukaże się na widok publiczny i dozwoli nabyć lepszego niż dotychczas pojęcia o postępach, jakie prawo polskie w ciągu XV stulecia zrobiło, i stwierdzić, w jakiej ostatecznie postaci przejawiało się w praktyce sądowej z wieku następnego.

Prócz tego jednak nie należy spuszczać z uwagi pomniejszych zbiorów i formularzy, których zapewne dość wiele było w obiegu,

i które umożliwiają nam odtworzyć działalność sądów ziemskich w poszczególnych województwach.

Jeden taki formularz spisany w r. 1553 w Poznaniu dochował się w rękopisie Biblioteki Cesarskiej w Petersburgu o sygnaturze Lat. Q. chart. II. N° 132.

Rękopis ten pochodzący z lat 1552 i 1553 jest formatu małe 4to i liczy kart 148, z których kilkadziesiąt ostatnich ucierpiało bardzo od wilgoci; oprawa współczesna.

Kodeks nasz składa się z trzech następujących części:

I. fol. 1—43.

fol. 1. Statuta Kazimiri magni tercii tam ea, quae in suppis constituit, quam ea, quae in conventione regni generali Piotrkoviae an. 1447 sancivit, ut habetur in statuto magno, die 20 Octobris incepta 1552.

a) f. 1—21. Statuta Kazim. W. w obszernem streszczeniu.

b) f. 22—23. Przywilej Koszycki z r. 1374 (streszczenie).

c) f. 23—26. Statut Warcki (1420 Kraków — 1423 Warta) (streszczenie).

d) f. 27. Przywilej Czerwiński z r. 1422 (streszczenie).

e) f. 27^0—29. Przywilej Jedlnieńsko-Krakowski (streszczenie).

f) f. 29^0—30^0. Arbitrium Iaroslai (streszczenie).

g) f. 30—32^0. Przywilej Bodzanty z r. 1369 (streszczenie).

h) f. 32^0. Statut Lutka z Brzezia de anno gratiae (streszczenie).

i) f. 33—34^0. Bonifacius papa confirmat Carolinam constitucionem pro ecclesiastica libertate.

j) f. 34^0—35. Potwierdzenie przez Wład. Jagiełłę statutu Kazim. W. de expedicione bellica.

k) f. 35—36. Przywilej Kazim. Jagiell. z r. 1458 potwierdzający ustawę Jagiełły przeciwko pozostającym w klątwie.

l) f. 36. Statut z r. 1474 Kazim. Jagiell. »De raptoribus et invasoribus bonorum ecclesiae«.

m) f. 36^0. Littera obligatoria, in qua dnus rex Poloniae promittit terram Sandomiriensem se nunquam cuipiam obligaturum.

n) f. 37—38. Artykuły Korczyńskie z r. 1465 pod mylną datą 1451.

o) f. 38⁰—40. Statuta Piotrkowskie z r. 1447.

p) f. 40⁰—43. Przywilej Nieszawski

II. f. 44—133. Forma processus z r. 1553. Cała ta część tą samą pisana ręką co poprzednia, z wyjątkiem stron 120⁰—123.

III. f. 134—148; części tej, pisanej tą samą ręką, co poprzednie, dochował się tylko fragment, reszty z powodu wyrwania jednego lub dwóch ostatnich zeszytów rękopisu brak. Część ta zawiera szereg wyroków sądu grodzkiego krakowskiego oraz innych aktów sądowych krakowskich. Aktów tych jest razem 21, kilka z nich bardzo uszkodzonych.

»Forma processus«, którą ogłaszamy z rękopisu petersburskiego nie obejmuje całości prawa polskiego, ale stanowi przecież ciekawy zabytek, tem bardziej, iż obok formuł, zawiera wykład niektórych kwestyj prawnych, przez co nabiera częściowo przynajmniej charakter teoretycznego podręcznika.

Text formularza petersburskiego jest bardzo błędny; wiele myłek dało się sprostować z łatwością, inne nie przeszkodza zapewne wyzyskaniu materyjału, w tym zbiorze pomieszczonego, do celów naukowych. Zwłaszcza co się tyczy nazwisk osób i miejscowości panuje nieraz w jednej i tej samej formule niemałe zamieszanie. W takim wypadku nie uważaliśmy za konieczne powtarzać widocznych błędów kodeksu, lecz staraliśmy się w formułach pewien ład przeprowadzić. Poprawki nasze nie zmieniają oczywiście w niczem treści formuł, lecz tylko usuwają sprzeczności.

Zbiór nasz jest datowanym; okoliczność ta niemało doniosłość jego podnosi; za kompilatorem szukać należy między osobami, które w r. 1553 zatrudnione były w sądzie ziemskim poznańskim; lecz w danym razie osobistość układającego formularz petersburski dość jest obojętną ze względu na ocenienie wartości samego zabytku.

Obok formularza, składającego się z aktów pochodzenia wielkopolskiego, znajduje sie w rękopisie petersburskim pewna ilość aktów sądowych krakowskich. Pominęliśmy je dla tego, 1) że nie stanowią one integralnej części naszego zbioru, 2) że mamy do czynienia jedynie z fragmentem większej daleko całości.

Uważamy to sobie nakoniec za miły obowiązek wyrazić niniejszem podziękowanie Zarządowi Biblioteki Cesarskiej w Petersburgu, za chętne nadsełanie rękopisów do użytku naukowego oraz Wysokiemu Ministeryjum Oświaty, za łaskawe pośredniczenie w sprowadzaniu kodeksów Petersburskich. Niejedno z przyszłych wydawnictw komisyi prawniczej tylko w tych warunkach stanie się możliwem.



Forma processus iudiciarii conservationum terrestrium [f. 44] in hoc contenta de anno dni 1553, die vero divi Michaelis scriptum.

1. Terrestres termini sunt: primus simplex et sex peremptorii: primus, secundus, tertius, quartus, quintus et sextus.

2. Item cum actor reum citatione prima in iudicium citat, reo in termino citacionis primo non comparente, iudicium decernet super reum penam contumaciae iudicio luisse, nichilominus iudicium actori decernet citatione secunda reum pro rebus citatis citare, ad quem terminum citationis primae actor non tenetur per proclamationem ministerialis reum [f. 44^0] vocare ad iudicium, ut pareat in termino citationis, sed simpliciter accedens petet sibi decerni poenam contumaciae a iudicio contra citatum.

3. Actus poenae contumaciae, qui vocatur terminus simplex, ut sic:

Nobilis Mathias Grzibowsky, heres in Grzibowo, luit poenam VIII scotorum iudicio, quia termino primae citationis non paruit, qua ipsum citavit nobilis Iohannes N. (exprimatur essentiale citationis), quod sibi verbo, manu et ore suis dixit solvere super tempus iam praeteritum, ita, prout citatio cum copia latius canit, quem domini iudicio praesidentes citatione secunda citare decreverunt.

4. Quod si reus in termino citationis primae comparęns in iudicio sive per se sive per suum procuratorem notificaverit se, quod super citationem primam eiusdem primo termino parere et respondere vult, non permittens se in poena contumaciae condemnari, illamque notificationem sibi in acta iudicialia inscribi procuraverit, tunc ipso facto reus poenam || [f. 45] contumaciae evadet; et nichilominus super contenta citationis iam extunc per actorem reconventus respondere tenetur.

5. Primus terminus peremptorius:

In primo termino secundae citationis seu in aliis terminis particularibus, si pars citata non comparet in termino iam peremptorio, extunc per dominos iudiciales decernatur sibi actori vera termini astantia super partem citatam pro rebus in citatione contentis, et ministerialis [sibi detur] ad avisandum ex astito termino ipsum citatum, ut veniret et responderet, quare super se scilicet parti actoreae terminum astare permisit.

6. Astantiae termini actus actoris contra citatum:

Veniens Iacobus Wronowski ministerialis terrestris Poznan. coram iudicio terrestri ius reddens recognovit, quia prima, secunda, tertia et ultra ius quarta vicibus clamavit ad iudicium terrestre nobilem Mathiam Grzibowsky heredem in ibidem ex parte nobilis Iohannis Ianowsky, ut veniret [f. 45⁰] ad iudicium terrestre et propositionem ab ipso Iohanne N. audiret, prout ipsum citavit. (Hic essentiale citationis inseratur usque ad: »ideo te citat«; demum subiungatur: »ita prout citationum copia latius canit«). Quiquidem nobilis Mathias N. non venit ad iudicium nec per se nec per suum procuratorem neque ab ipso nobili Iohanne Ianowsky propositionem illi intentatam audire voluit; et domini iudicio praesidentes audita praefati ministerialis recognitione et iuris restitutione iudicialiter decreverunt sibi nobili Iohanni Ianowsky pro rebus in citatione contentis (expresse scribatur) veram et iustam termini astantiam. Et nichilominus decreverunt ac de iure dederunt sibi nobili Iohanni Ianowsky ministerialem Poznan. ad avisandum ex astito termino nobilem Mathiam N., ut veniret super primos et proximos terminos particulares huc Poznanie proxime celebrandos et contradiceret, cur et quare sibi nobili Iohanni N. pro praefatis rebus in citatione contentis (exprimatur res, pro qua citatur) super se terminum astare permisit; super quo [f. 46] nobilis Iohannes N. vel Martinus P. cum sufficienti procuratorio dicti nobilis Iohannis Ianowsky adiudicatum solvit.

7. Secundus terminus peremptorius:

Quod si et in quantum ex restitutione iuris ministerialis Poznan. ex avisatione astiti termini pars adversa super modernos terminos particulares non venerit et termino astito non contradixerit, extunc domini iudiciales audita ministerialis restitutione iuris ex avisatione astiti termini decernent parti actoreae pro rebus citatis solutionem in VIII septimanis sub poenis magnis iudicialibus.

8. Avisatio ex astito termino.

Veniens Iacobus Wronowsky ministerialis Poznan. coram iudicio terrestri ius reddens ex avisatione astiti termini recognovit, quia de iure datus et decretus nobili Iohanni Ianowsky avisavit ex astito termino nobilem Mathiam

G., ut veniret super modernos terminos particulares Poznan. et [f. 46⁰] contradiceret, cur et quare super se sibi nobili Iohanni Ianowsky (essentiale causae inserendo) terminum astare permisit, ita, prout de eodem liber terrestris N. latius canit; qui prefatus Mathias G. nec per se per suum procuratorem ad iudicium terrestre venit, nec praefato termino astito contradixit, et domini iudicio praesidentes audita prefati ministerialis recognitione et iuris restitutione ex praefata avisatione astiti termini iudicialiter decreverunt, quia praefatus nobilis Mathias N. res in citatione contentas (expresse) debet dare et solvere sibi nobili Iohanni Ianowsky in VIII septimanis sub poenis magnis iudicialibus et poenas ratione non dationis ad ius rerum praefatarum solvat tam parti quam iudicio in VIII septimanis sub pignore, super quo praefatus actor adiudicatum solvit.

9. Tertius terminus peremptorius.

Si ipsi parti actoreae solutio rerum per reum in VIII septimanis non est facta, extunc pars actorea debet apperire librum super reum in tertio termino terminorum particularium pro rebus citatis non solutis aut [f. 47] non restitutis, ut sit in actu.

10. Appertio libri prima poena magna.

Domini iudicio praesidentes iudicialiter decreverunt, quia ex appertione libri terrestris C. nobilis Mathias Grzibowsky heres in ibidem luit poenas trium marcarum parti, videlicet nobili Iohanni Ianowsky, et iudicio trium marcarum, et hoc ideo, quia sibi nobili Iohanni N. non solvit res in citatione (expresse) iuxta decretum dominorum iudicialium et librum terrestrem, qui praefatus liber terrestris P. de eo latius canit, quas poenas tam parti quam iudicio solvat in VIII septimanis sub pignore; et nichilominus domini iudicio praesidentes decreverunt ac de iure dederunt nobili Iohanni Ianowsky ministerialem P. ad avisandum ipsum nobilem Mathiam G. ex appertione libri, ut si praefatas res in citatione contentas solveret quottidie; super quo adiudicatum solvit.

11. Clausula pro kmethone. [f. 47⁰]

Et hoc ideo, quia sibi laboriosum Leonardum nativum ipsius de villa Ianowo profugum iuxta decretum dominorum et librum terrestrem, qui de eo latius canit, non restituit, nec pro ipso X marcas posuit; quas poenas etc. ut in actu superiori.

12. Quartus terminus peremptorius.

Si et in quantum parti actoreae solutio rerum vel pecuniarum per reum non fuerit facta quottidie ex appertione libri, extunc in eodem quarto termino terminorum particularium erit restitutio iuris ministerialis ex avisatione

appertionis libri pro rebus non solutis aut non restitutis, et tunc domini iudicio praesidentes exaudita ministerialis restitutione iuris et recognitione ex praefata avisatione appertionis libri iudicialiter decernent primo introligationem in bona partis adversae et in alia bona, de quibus citatus est, ubicunque ea reus habuerit in illo districtu, ubi consistunt, in summa [f. 48] principali, videlicet in quibuslibet X marcarum pecuniis mansum agri possessionatum, de quo marca census annui solvitur, aut in duos mansos agri desertos, si defuerint possessionati, et in poenis ex appertione libri luitis decernent pignus iuxta consuetudinem terrestrem cum littera ipsius actoris adiudicatoria quottidie, et decernent ac de iure dabunt ministerialem P. ad introligandum actorem in bona partis adversae et in alia bona, de quibus citatus est etc. (nominando summam principalem et poenas) etiam ad expignorandum quottidie cum littera actoris adiudicatoria.

13. Restitutio iuris ex avisatione appertionis libri prima introligatio.

Veniens Iacobus Wronowsky ministerialis terrestris P. ius reddendo ac restituendo ex avisatione appertionis libri coram iudicio recognovit, quia de iure decretus et datus nobili Iohanni N. heredi in ibidem avisavit [f. 48⁰] ex appertione libri terrestris Poznan. nobilem Mathiam G. heredem in ibidem, ut ipsi nobili Iohanni N. res in citatione contentas (exprimendo) iuxta decretum dominorum iudicialium et librum terrestrem districtus C. solveret quottidie, quod prefatus Mathias G. praefatas res in citatione contentas super tempus iam praeteritum non solvit, prout de eodem ministerialis praefatus ius restitutum ex prefata avisatione appertionis libri recognovit; et domini iudicio praesidentes audita ministerialis iuris restitutione et recognitione ex praefata avisatione appertionis libri iudicialiter decreverunt ipsi nobili Iohanni Ianowsky introligationem prima vice in bona nobilis Mathiae G. ibidem in Grzibowo et in alia bona, ubicunque ea habuerit in districtu Poznan., videlicet in LXX marcis pecuniarum principalium, videlicet in quibuslibet decem marcis seorsum in unum mansum agri possessionatum, de quibus de quolibet manso agri seorsum marca census annui solvitur, aut in duobus [f. 49] mansis agri desertis, si defuerint possessionati, in poenis autem luitis decreverunt pignus iuxta terrae consuetudinem cum littera ipsius praefati nobilis Iohannis N. adiudicatoria in II septimanis quottidie, et decreverunt ac de iure dederunt ipsi nobili Iohanni Ianowski ministerialem terrestrem P. ad introligandum ipsum nobilem Iohannem B. in bona prefati nobilis Mathiae Grzibowsky in ibidem ac in alia bona ipsius, ubicunque ea habuerit in districtu Poznaniensi, seorsum in unum mansum agri possessionatum, de quo marca census annui solvitur, aut in II mansos agri desertos in defectu possessionatorum; et poenas etiam expignorare decreverunt quottidie in praefatis bonis praefati nobilis Mathiae N. in ibidem cum ipsius nobilis

Iohannis P. littera adiudicatoria, super quo praefatus Iohannes adiudicatum solvit.

14. Litterae adiudicatoriae:

Nicolaus Oborniczky etc. iudex et Iohannes de Rambino sub- [f. 49⁰] iudex Poznan. generales significamus tenore praesentium, quibus expedit, universis et singulis praesentibus et futuris, quomodo de anno dni MDLI feria secunda prox. post festum s. Trinitatis in terminis particularibus N. Poznaniae prox. celebratis unacum generosis ac nobilibus Stanislao de N. burgrabio et Benedicto P. vicepalatino et Petro Ossowsky notario terrestri districtus P. in iudicio terrestri regali iudicando sedebamus, ibidem veniens Iacobus Wronowski ministerialis terrestris P. coram iudicio ius reddens recognovit, quia ex appertione libri terrestris avisavit, (scribatur, ut in libro terrestri); supplicavit itaque nobis praefatus nobilis Iohannes Ianowsky, quatenus sibi adiudicatoriam litteram super praemissis daremus et decerneremus; nos itaque Nicolaus de Obornyky iudex et Iohannes Rambynsky subiudex Poznan. attendentes praefati nobilis Iohannis Ianowsky petitionem huiusmodi fore iustam et rationi consonam litteram nostram adiudicatoriam [f. 50] ipsi nobili Iohanni Ianowsky super praemissis decernimus fore dandam, damusque et concedimus decernentes iam robur firmitatis obtinere per praesentes. In cuius rei testimonium evidentius sigilla nostra praesentibus sunt subappensa. Actum et datum anno, die, loco et assessoribus, quibus supra.

15. Significatoriales eo modo inscribuntur:

Generosis dominis Iohanni de Thomice iudici et Iohanni de Rambino subiudici Poznan. Stanislaus de Thomice burgrabius, Iohannes Przeczlawsky vicepalatinus et Petrus N. notarius terrestris P. — Generosi domini et amici honorandi. Noveritis, dum de anno dni etc. feria etc. in terminis particularibus N. iudicando sedebamus, ibidem veniens Iacobus Wronowski ministerialis terrestris P. etc. (scribatur de verbo ad verbum, prout in libro terrestri in forma latius continetur). Quare Generositates vestras rogamus, velint Gtates vestrae sibi nobili Iohanni Ianowsky super rebus praemissis litteras vestras [f. 50⁰] adiudicatorias sigillis vestris roboratas dare et decernere, sicut et aliis terrigenis dare consuevistis iustitiae ob respectum iuxta terrestrem consuetudinem. Actum, datum anno, die, loco, quibus supra.

16. Quintus terminus peremptorius:

Si vero ex praefata avisatione appertionis libri et ex datione ministerialis ad introligandum partem actoream in bona partis adversae pro rebus non solutis et non restitutis iterum solutio non est facta, extunc in eodem quinto termino erit restitutio iuris ministerialis ex introligatione, ubi recognoscet coram iudicio, quod introligabat actorem prima vice cum ipsius

littera adiudicatoria in bona partis adversae in summa principali, ubi introligatio seu intromissio prima vice non est admissa nec poenarum expignoratio perlucratarum est data', prout de hoc ministerialis P. praefatus ius restituens recognoscet; et domini iudicio praesidentes audita praefata ministerialis iuris restitutione et recognitione ex praefata introligatione prima vice iudicialiter decernent, quia iste denegator introligationis luit poenas trium marcarum, et hoc ideo, quia sibi prima vice introligationem in bona (exprimendo villam aut alia) in summa principali (nominando summam) [f. 51] et res perlucratas non admisit nec poenas luitas dedit; quas poenas tam parti quam iudicio solvat in octo septimanis; et nichilominus domini iudicio praesidentes iudicialiter decernent ac de iure dabunt secunda vice burgrabium terrestrem N. cum ministeriali ad introligandum actorem in bona (nominando bona) et summas principales et res perlucratas, ut superius, quia prima vice introligationem non admisit, et poenas luitas ad expignorandum quottidie cum ipsius littera actoris adiudicatoria.

17. Secunda introligatio:

Veniens Iacobus Wronowsky ministerialis terrestris Poznan. coram iudicio terrestri ius reddens et restituens ex introligatione recognovit, quia prout fuit de iure datus et decretus nobili Iohanni Ianowsky, introligavit ipsum cum littera ipsius nobilis Iohannis N. adiudicatoria in bona hereditaria in sortem villae et hereditatis N. ipsius nobilis Iohannis N. in summa tali (nominando summam principalem expresse), videlicet in quibuslibet X marcis seorsum in unum mansum agri possessionatum, de quibus de quolibet seorsum (f. 51[v]] una marca census annui solviter, et ubi defuerint possessionati, in duos desertos iuxta librum terrestrem et litteram adiudicatoriam et in poenis etiam pignus postulavit iuxta consuetudinem terrestrem, quae introligatio in bona praefata non est sibi data nec admissa et nec poenarum perlucratarum expignoratio est admissa; et domini iudicio praesidentes audita ministerialis praefati recognitione et iuris restitutione ex praefata introligatione iudicialiter decreverunt, quia praefatus nobilis Mathias N. heres in ibidem luit poenas trium marcarum parti, videlicet nobili Iohanni Ianowski, et iudicio trium marcarum pecuniarum, et hoc ideo, quia sibi prima vice introligationem in bona praefata in summa principali etc. et poenarum expignorationem non dedit nec admisit, quas poenas tam parti quam iudicio solvat in VIII septimanis sub pignore; et nichilominus domini iudicio praesidentes iudicialiter decreverunt secunda vice introligationem sibi nobili Iohanni Ianowski in summa praefata etc. in sortem praefatam villae et hereditatis N. cum littera ipsius nobilis Iohannis Ianowski adiudicatoria et poenarum expignoratione quottidie, et decreverunt [f. 52] ac de iure dederunt sibi nobili Iohanni Ianowski burgrabium terrestrem P. cum ministeriali terrestri N. ad introligandum ipsum nobilem Iohannem praefatum secunda vice in sortem praefatam villae et hereditatis P. et in alia bona ipsius praefati Mathiae G., ubi ea habuerit in districtu, in summa prin-

cipali praefatarum etc. in quibuslibet X marcis seorsum in unum mansum agri possessionatum, de quibus de quolibet seorsum una marca pecuniae census annui solvitur aut in duos mansos agri desertos, ubi defuerint possessionati, et poenas etiam expignorare decreverunt quottidie in praefatis bonis praefati nobilis Mathiae G. praefatae sortis villae et hereditatis G. cum ipsius prius nominati Iohannis Ianowski littera adiudicatoria, super quo praefatus Iohannes dictus (s) adiudicatum solvit.

18. Sextus terminus peremptorius:

Si ad burgrabium et ministerialem dabitur per reum sibi actori introligatio, tunc in eodem sexto termino venient burgrabius cum mini- [f. 52⁰] steriali et recognoscent in iudicio terrestri, quod introligatio parti actoreae est data et admissa, ex quorum recognitione decernetur parti actoreae pacifica possessio illorum omnium bonorum, de quibus citatus erat cum littera ipsius actoris adiudicatoria.

19. Alia informatio:

Item in eodem sexto termino ita procedendum: si introligatio actori non admittetur per reum ad burgrabium et ministerialem secundario, extunc fiat restitutio iuris burgrabii cum ministeriali in eodem sexto termino, quod introligatio actori non est data nec admissa secunda vice, ex quorum restitutione iuris decernatur, quia iste denegator introligationis luit poenas trium marcarum parti actoreae et iudicio XIV marcarum pecuniae, et hoc ideo, quia introligationem super burgrabium non admisit et ministeriali secunda vice reus neque poenarum expignorationem dedit, extunc decernant ultimatim pro tertia vice brachium regale hoc est dnus capitaneus et cum ministeriali de brachio regali ad introligandum tertia vice et intromittendum partem actoream in bona partis adversae in summa prin- [f. 53] cipali, hoc est summando poenas ad actorem pertinentes ad summam principalem, quae semper faciunt IX marcas pecuniae, in omnibus introligationem dandum, hoc est in summa principali et in poenis adiunctis summae principali iuxta terrae consuetudinem cum littera ipsius actoris adiudicatoria, ubi tunc dnus capitaneus debet imponere vadium litterale tale, prout se summa principalis cum poenis luitis actori pertinentibus se extendit, hoc est adiungendo poenas ad summam capitalem; extunc decisa causa in iudicio terrestri dnus capitaneus praefatus tenetur ex officio suo ad ulteriora procedere cum adversario actoris, hoc est in quantum ipse reus recusaverit introligationem actori, extunc citetur ipse reus seu denegator introligationis pro vadio ad castrum, et si comparuerit in termino, sive non, condemnetur in vadio, pro quo citatus est, et iterum in eodem termino decernatur solus ministerialis cum nobilibus pro prima et secunda introligatione ad introligandum actorem in bona partis adversae cum duplicato litterali vadio, si autem ipse denegator iterum et iterum parti actoreae introligationem et pacificam pos- [f. 53⁰]

sessionem recusaverit; extunc iterum ipse denegator per actorem citari debet pro duplicato vadio ad castrum et sive comparuerit in termino sive non, iterum et iterum reus per dnum capitaneum loci condemnetur in duplicato vadio; postremo vero solus dominus capitaneus personaliter equitare debet ad introligandum actorem in bona partis adversae cum triplicato litterali vadio introligando, et pacificam possessionem dando ipsi actori in bona, de quibus reus citatus est, et in alia, ubicunque ea habuerit in districtu illo, et si denegator introligationis ita importunus fuerit et nobilis, extunc talis denegator debet capi per dnum capitaneum loci et convictus in carcerem ponatur et teneatur tamdiu, donec summam principalem pecuniarum tam poenarum quam vadiorum parti et iudicio similiter integram persolvat et notario actorum, ut sit cautus in scribendo ea, quaecunque acta fuerint penes introligationem ex restitutione iuris ministerialis, id sufficienter actus (s) annotari debet et quod etiam sit cautus in summandis pecuniis actoris, duntaxat ad [f. 54] quodlibet vadium, hoc est principale vadium ad duplicatum ad triplicatum vadium semper cum adiudicato actoris adiungere debet.

20. Tertia introligatio, ubi decernitur dnus capitaneus de brachio regali.

Veniens ad iudicium terrestre generosus Stanislaus N. burgrabius terrestris cum ministeriali Poznan. ius reddens ac restituens ex introligatione coram iudicio recognovit, quia prout fuit de iure datus ac decretus secunda vice nobili Iohanni Ianowski, introligavit ipsum in bona nobilis Mathiae G. in ibidem et in alia bona ipsius, ubicunque ea habuerit in districtu N., in summa principali (nominando summam) in quibuslibet X marcis pecuniae seorsum in unum mansum agri possessionatum, de quibus dequolibet seorsum una marca census annui solvitur, aut in duos mansos agri desertos, si defuerint possessionati, et in poenis luitis, etiam postulat pignus [f. 54⁰] iuxta terrae consuetudinem cum littera ipsius Iohannis Ianowski adiudicatoria, quae introligatio neque poenarum expignoratio in praefatis bonis villae G. et in aliis bonis, ubicunque ea habuerit, in summa principali (nominando) ipsi Iohanni Ianowski est data nec admissa, prout de eodem burgrabius praefatus et ministerialis ius restituens coram iudicio recognoverunt, et dni iudiciales audita praefati dni burgrabii et ministerialis Poznan. iuris restitutione et recognitione ex praefata introligatione iudicialiter decreverunt, quia praefatus nobilis Mathias N. luit penas trium marcarum pecuniae parti, videlicet nobili Iohanni Ianowski, et iudicio terrestri XIV marcarum pecuniae ex eo, quia secunda vice introligationem in bona sua praefata in summa principali (nominando summam et ea, quae sunt nominanda) non dedit, neque poenarum expignorationem admisit. Et nichilominus domini iudicio praesidentes iudicialiter decreverunt ac de iure dederunt sibi nobili Iohanni Ianowski dnum capitaneum et cum ministeriali N. de brachio regali ad introligandum tertia vice et intromittendum praefatum Iohannem Ianowski [f. 55]

in bona praefati nobilis Mathiae G. et in alia bona, ubicunque ea habuerit in districtu, in summa principali etc. et in summa poenarum luitarum, adiungendo poenas luitas summae principali, quae faciunt etc. cum littera ipsius Iohannis adiudicatoria, videlicet in quibus'il.et X marcis seorsum in unum mansum agri possessionatum, de quibus de quolibet seorsum una marca census annui solvitur aut in duos mansos agri desertos in defectu possessionatorum; circa quam introligationem et intromissionem in praefata bona villae et hereditatis Grzibowo et in alia bona, ubicunque ea habuerit in districtu Poznan., praefatus dnus capitaneus debet imponere vadium litterale in ipsum nobilem Mathiam N., ne ipsum nobilem Iohannem Ianowsky in possessione praefatorum mansorum possessionatorum sive desertorum in bonis ipsius villae et hereditatis N. impediret aut quovis modo inquietaret sub praefato vadio litterali etc., quod vadium litteraliter (s) praefatum praefatus ministerialis debet ipsi nobili Mathiae N. insummare et in bonis villae N. in aliisque bonis, ubicunque ea habuerit in districtu Poznan., ne de [f. 55⁰] eodem vadio praefato ignorantiam praetendere ipse nobilis Mathias N. valeat aliqualem, super quo praefatus actor adiudicatum solvit.

21. Quando decretum dominorum iudicialium super aliquibus rebus parti fuerit decretum, sicut pro non administratione iuris cmethonis vel pro non datione ad ius aliquarum rerum, ut domorum, cmethonum, equorum et aliorum similium, extunc cmetho aut res in citatione contenta, prout ipsa citatio cum copia canunt, solvantur in VIII septimanis sub poenis magnis iudicialibus et poenae ratione non dationis ad ius cmethonis sex marcarum pecuniarum parti trium et iudicio trium solvantur in VIII septimanis sub pignore, quoniam in citationibus ratione non administrationis iuris cum aliquo homine, cmethone et ratione non dationis ad ius et ad decretum dominorum aliquarum rerum, ut boum, equorum vel cmethonum semper sequuntur suae personae, prima ex propositione pendet, quia pars, ubi res ad ius postulatae sunt, ius non administravit, secunda vero poena restat sex marcarum [f. 56] ex appertione (s) libri, quia illud, pro quo reus citatus erat per actorem, pro illo sibi solutionem et satisfactionem non fecit, que poenae ex appertione libri luitae solvantur in VIII septimanis sub pignore. Item poenae ex appertione libri luitae sex marcarum, parti trium et iudicio trium, quia reus actori cmethonem et res non restituit nec poenas tam parti quam iudicio luitas ratione non dationis ac ius praefati cmethonis in VIII septimanis sub pignore non solvit iuxta prius decretum et librum terrestrem, quas poenas solvere debet tam parti quam iudicio in VIII septimanis sub pignore, ubi domini iudiciales decreverunt ministerialem ad avisandum reum, ut res in citatione contentae una cum poenis luitis ratione non dationis ad ius solvantur quottidie, et alias poenas, ex appertione libri luitas, ut solvat in VIII septimanis sub pignore, super quo etc.

22. Decretum rerum parti ex controversia partium.

Ex controversia partium, prout nobilis Iohannes Ianowski [f. 56⁰] reconvenit ex citatione nobilem Mathiam G. pro laborioso N. cmethone ipsius nativo et profugo de villa Ianowo ad villam ipsius G. cum rebus etc. valoris X marcarum pecuniae necnon pro poena ratione non dationis ad ius et ad decretum dominorum praefati Martini et rerum praefatarum, ita, prout citatio cum copia latius canunt. Ex adverso stans praefatus Mathias G. dixit ipsum laboriosum N. cmethonem una cum rebus praefatis libere et spontanea voluntate in bona ipsius villae G. venisse, super quo praefatus nobilis Iohannes Ianowski memoriale posuit. Et domini iudicio praesidentes auditis hincinde partium propositionibus et responsis factis iudicialiter decreverunt, quia praefatus nobilis Mathias G. debet praefatum laboriosum N. cmethonem ipsius profugum sibi nobili Iohanni Ianowski restituere vel pro ipso X marcas pecuniarum solvere, cum praefatis rebus (res nominando) vel pro ipsis alias X marcas solvere in VIII septimanis sub poenis magnis iudicialibus et poenas ratione non dationis ad ius praefati Nicolai cmethonis et [f. 57] rerum praefatarum luitas, parti videlicet nobili Iohanni Ianowski III marcarum et iudicio totidem, etiam solvere debet in VIII septimanis sub pignore; super quo praefatus actor adiudicatum solvit.

23. Quando res decretae non solvuntur, erit appertio libri.

Dni iudicio praesidentes iudicialiter decreverunt, quia nobilis Mathias G. heres inibidem ex appertione libri luit poenas trium marcarum pecuniae parti videlicet nobili Iohanni Ianowski et iudicio trium, et hoc ideo, quia sibi laboriosum N. hominem cmethonem ipsius profugum de villa Ianowo in villam G. ipsius Mathiae G. iuxta decretum dominorum iudicialium et librum terrestrem districtus N. non restituit neque pro ipso X marcas pecuniarum solvit neque pro rebus videlicet (nominando res) et alias res domesticas valoris X marcarum pecuniarum non restituit nec pro ipsis X marcas solvit neque poenas tam parti quam iudicio luitas ratione non dationis ad ius praefati N. cmethonis et rerum praefatarum solvit in VIII [f. 57⁰] septimanis sub pignore, quas poenas tam parti, quam iudicio solvat in VIII septimanis sub pignore; et nichilominus domini iudicio praesidentes decreverunt ac de iure dederunt sibi nobili Iohanni Ianowski ministerialem Poznan. ad avisandum praefatum Mathiam G. ex appertione libri, ut sibi praefatum laboriosum Iohannem cmethonem ipsius profugum de villa Ianowo restitueret, aut pro ipso X marcas pecuniae solveret ac pro rebus valoris X marcarum et aliis rebus domesticis, alias X marcas pecuniae sibi nobili Iohanni Ianowski una cum poenis luitis ratione non dationis ad ius praefati cmethonis et rerum praefatarum solveret quottidie et alias poenas ex appertione libri luitas solveret in VIII septimanis sub pignore; super quo adiudicatum solvit.

24. Restitutio iuris ministerialis ex avisatione appertionis libri, ubi decernitur introligatio prima.

Veniens Iacobus Wronowski ministerialis terrestris Poznan. coram iudicio terrestri recognovit ius reddens ac restituens ex avisatione apper- [f. 58] tionis libri, quia prout fuit de iure datus et decretus nobili Ianowski Iohanni, avisavit ex appertione libri nobilem Mathiam G., ut sibi Iohanni Ianowski laboriosum N. cmethonem ipsius profugum de villa Ianowo ad villam G. iuxta decretum dominorum iudicialium et librum terrestrem, qui de eo latius canit, restitueret vel pro ipso X marcas pecuniae solveret, et pro rebus (nominando res) et aliis rebus domesticis, unum cum reliquo computando valoris X marcarum, alias X marcas solveret quottidie, et etiam poenas tam parti quam iudicio luitas ratione non dationis ad ius et ad decretum domiminorum praefati N. cmethonis et rerum praefatarum quottidie solveret et alias poenas ex appertione libri luitas solveret in VIII septimanis sub pignore iuxta prius decretum et librum terrestrem, prout praefatus liber terrestris districtus P. latius obloquitur, qui praefatus nobilis Mathias G. sibi nobili Iohanni Ianowski praefatum laboriosum N. cmethonem de Ianowo et profugum ipsius iuxta decretum dominorum et librum terrestrem [f. 58⁰] non restituit neque pro ipso X marcas pecuniae dedit et pro rebus praefatis alias X marcas non solvit ac etiam poenas pro non datione ad ius praefati N. cmethonis et rerum praefatarum luitas et alias poenas ex appertione libri luitas non solvit sub pignore iuxta decretum dominorum iudicialium et librum terrestrem P., et domini iudicio praesidentes audita praefati ministerialis recognitione et iuris restitutione ex praefata avisatione appertionis libri iudicialiter decreverunt sibi nobili Iohanni Ianowski introligationem cum ipsius littera adiudicatoria, videlicet in bona ipsius nobilis Mathiae G. in villam et hereditatem G. et in alia bona, ubicunque ea habuerit in districtu Co., in summa XX marcarum pecuniae, videlicet in quibuslibet X marcis pecuniarum in unum mansum agri possessionatum, de quibus de quolibet seorsum una marca pecuniae census annui solvitur, aut in duos mansos agri desertos, si defuerint possessionati, et poenas ex appertione libri luitas decreverunt expignorare quottidie; et nichilominus decreverunt ac de iure dederunt praefato Iohanni Ianowski ministerialem P. ad introli- [f. 58⁰] gandum ipsum cum littera ipsius adiudicatoria in bona praefati nobilis Mathiae G. in villam et hereditatem G. et in alia bona, ubicunque ea habuerit in districtu P., in praefata summa XX marcarum et poenas ratione non dationis ad ius et ad decretum dominorum praefati laboriosi N. cmethonis cum rebus praefatis unacum poenis luitis ex appertione libri iuxta terrestrem consuetudinem decreverunt expignorare quottidie; super quo adiudicatum solvit.

25. Continuatio termini ad alios terminos particulares.

Continuatur terminus peremptorius super primos et proximos terminos particulares Poznan. huc P. prox. celebrandos talis, qualis hodie fieri debuit

inter nobilem Iohannem Ianowski de Ianowo, ex una, et nobilem Mathiam G. heredem in G., partibus ab altera, prout ipsum citavit pro V vulneribus cruentis et tribus lividis, ita, prout citatio cum copia latius canunt; in quibus terminis particularibus ipsae partes praefatae habent et habe- [f. 59⁰] bunt potestatem ad probandum et respondendum iuxta citationes et copias et ad contradicendum eisdem citationibus talem, qualem hodie habuerunt; ambae partes praesentes terminum distulerunt.

26. Cautela.

Nobilis Petrus de N. cum sufficienti procuratorio nobilis Iohannis Ianowski, et nobilis M. G. cum sufficienti procuratorio nobilis Mathiae G. terminum distulerunt.

27. Cautela.

Nobilis Iohannes actor Ianowski et nobilis Stanislaus de O. cum sufficienti procuratorio nobilis Mathiae G. ambae partes praesentes terminum distulerunt.

28. Cautela.

Nobilis Petrus de Ianowo cum sufficienti procuratorio nobilis Iohannis Ianowski et nobilis Mathias G. ambae partes praesentes terminum distulerunt.

29. Continuatio pro pecoribus.

Continuatur terminus peremptorius super primos et prox. terminos particulares huc P. celebrandos talis, qualis hodie fieri debuit, inter nobilem Iohannem Ianowski heredem in ibidem, ex una, et nobilem M. G. [f. 60] heredem in ibidem, partibus ex altera, et hoc ad introligandum dominos iudiciales, prout hodie nobilis Iohannes Ianowski, intercedendo suos fiduiussores, tales res cum nobili Mathia G. dominos iudiciales introligare debuit pro XL pecoribus cornutis in proprio damno abactis, cui termino ambae partes cesserunt et ambae partes praesentes terminum distulerunt.

30. Continuatio termini pro dote.

Continuatur terminus peremptorius ex citatione prima super primos et prox. terminos particulares P. prox. celebrandos talis, qualis hodie fieri debuit inter nobilem Iohannem Ianowski, ex una, et nobilem M. G., partibus ab altera, prout praefatus Iohannes Ianowski ipsum nobilem M. G. citavit pro CCCC flor. pecuniae, quos sibi verbo, ore, manu suis dixit solvere iam super tempus praeteritum, et hoc est mortem (scribatur nobilis expresse) vel debiti mutuati legitimi et certi, ita prout citatio cum copia latius canunt, et in praefatis terminis particularibus partes ambae habebunt vigorem et potestatem ad proponendum et respondendum iuxta citationes et [f 60⁰]

copias et ad contradicendum eisdem citationibus talem, qualem hodie habere debuerunt, et ambae partes termino consenserunt, et ambae partes terminum distulerunt.

31. Continuatio quo ad appertionem libri terrestris [1]. [f. 61]

Continuatur terminus peremptorius super primos et proximos terminos particulares prox. Poznaniae celebrandos talis, qualis hodie fieri debuit, inter nobilem Iohannem Ianowski, ex una, et nobilem M. G., partibus ab altera, et hoc quo ad appertionem libri terrestris districtus P., prout praefatus Iohannes Ianowski in modernis terminis particularibus librum apperire debuit iuxta decretum dominorum iudicialium et librum terrestrem pro X marcis pecuniae pro capite occiso laboriosi Petri cmethonis de villa Ianowo ipsius praenominati Ianowski et a tribus coadiutoribus seorsum a quolibet per unam marcam parti et iudicio totidem, ita, prout liber terrestris P. praefatus latius canit, quidquidem nobilis Iohannes Ianowski habebit vigorem et potestatem super primos et prox. terminos particulares pro praefatis X marcis et aliis rebus superius descriptis super ipsum nobilem M. [f. 61⁰] G. apperire librum talem, prout hodie habuit, vel habere debuit iuxta decreti iudicii terrestris continentiam, cui termino ambae partes consenserunt et terminum distulerunt.

32. Item post poenam contumaciae octo scotorum.

In aliis terminis particularibus debet scribi astantia terrestris, si non intervenerit contumacia termini inter ambas partes ob spem concordiae; demum in aliis terminis particularibus ex restitucione iuris ministerialis ex avisacione astiti termini decernitur solutio pro rebus citatis in VIII septimanis sub poenis magnis iudicialibus.

33. Obligatio debiti ad acta.

Constitutus personaliter coram iudicio terrestri P. nobilis Mathias G. sponte et libere recognovit se et teneri et debitum esse X marcas pecuniae monetae et numeri Polonicalis consueti veri certi et legitimi debiti nobili Io. Ia., se praesenti libro inscribit et obligat dare et solvere pro festo Nativ. Dni prox. venturo sub poenis magnis iudicialibus, super quo etc.

34. Obligatio debiti ad rathas competentes.

Veniens Mathias G. coram iudicio terrestri N. sponte et libere [f. 62] recognovit se teneri et obligatum esse C marcas pecuniarum monetae et

---

[1]) Kopista wypisał ten sam nagłówek także fol. 60⁰; ale pod nim przez pomyłkę przepisał dosłownie formułę podaną już raz pod nagłówkiem bezpośrednio poprzedzającym

numeri Polonicalis consueti veri, certi et legitimi debiti nobili Iohanni Ianowski, de quibusquidem C marcis pecuniarum bonorum mediorum latorum gr. pro festo Nativ. Christi prox. venturo se inscripsit et praesentibus obligat XXX marcas pecuniae solvere praefato nobili Iohanni, sub poenis magnis iudicialibus pro prima ratha et XX marcas pecuniae pro secundo festo Nativitatis Christi inscribit et obligat se eidem nobili Iohanni Ianowski dare et solvere sub poenis magnis iudicialibus pro secunda ratha et L marcas residuas summae praefatae se inscribit et obligat praefatus nobilis Mathias G. praefato nobili Iohanni Ianowski dare et solvere pro tercio festo Nativ. Dni sub poenis magnis iudicialibus pro ultima ratha, festa praefata sese continue et immediate sequentia, super quo.

35. Copia secundae citationis in dorso primae si scribatur. [f. 62⁰]

Nobilis Iohannes Ianowski de Ianowo citavit secunda citatione nobilem Mathiam G. de Grzibow, quia termino primae citationis parere noluit pro rebus et causis in prima citatione contentis, ita, prout citatio cum copia latius canunt. (Data scribatur illius diei, quo scribitur, et anni currentis, prout in secunda citatione).

36. Item si in termino peremptorio actor non comparuerit erga partem citatam seu adversam, tunc parti citatae evasio decernatur pro rebus citatis et sibi actori perpetuum imponatur silencium pro rebus, pro quibus reus citatus fuerit et actus debet esse ex recognitione et iuris restitutione ministerialis prius clamando actorem ad iudicium terrestre, ut sit.

37. Astantia termini partis citatae super actorem, alias evasio citationis et causae.

Veniens Iacobus Wronowski ministerialis N. coram iudicio terrestri C. ius restituendo et reddendo recognovit, quia prima, secunda, tertia et ultra ius quarta vicibus clamavit ad iudicium terrestre nobilem Iohannem Ianowski heredem in Ianowo tanquam actorem ex parte nobilis M. G., ut veniret ad iudicium terrestre et propositionem adversus praefatum nobilem M. G. faceret, prout ipsum citavit etc. (hic inseratur) citatio cum copia latius canunt. Quiquidem nobilis Io. Ianowsky non venit ad iudicium terrestre nec per se nec per suum procuratorem nec adversus praefatum nobilem Mathiam G. propositionem fecit; et domini iudicio praesidentes audita praefati ministerialis recognitione et iuris restitutione iudicialiter decreverunt praefato nobili Mathiae G. pro praefatis X marcis vel cautione fideiussoria aut rebus in citatione contentis evasionem sibique nobili Io. Ianowski pro dictis rebus perpetuum silentium imposuerunt; super quo citatus adiudicatum solvit.

38. Astantia termini super actorem pro abductione equorum et equarum et pro interrogatione eorundem dominorum iudicialium. [f. 63⁰]

Veniens Iacobus Wronowski ministerialis Poznan. coram iudicio terrestri ius reddens recognovit, quia prima, secunda, tertia et ultra ius quarta vicibus clamavit ad iudicium terrestre nobilem Iohannem Ianowski tanquam actorem ex parte nobilis Mathiae G., ut veniret ad iudicium et interrogacionem nobilis Mathiae G. et dominorum iudicialium audiret, prout apud ipsum effideiussit V equos, quos abegerat in pascuis sterilibus in hereditate Ianowo, quem nobilem Mathiam G. praefatus nobilis Iohannes Ianowski in iure intercessit, quiquidem nobilis Io. Ianowski non venit nec per se nec per suum procuratorem nec interrogationem praefati Mathiae audivit neque audire curavit pro praefatis V equis, sic per eum abactis; et domini iudicio praesidentes audita praefati ministerialis recognitione et iuris restitucione iudicialiter decreverunt sibi nobili Mathiae G. pro dictis V equis evasionem sibique ab actore perpetuum silentium pro praefatis V equis imposuerunt; et nichilominus domini iudiciales iudicialiter decreverunt, quia ipse [f. 64] Iohannes Ianowski luit poenas trium marcarum pecuniarum parti videlicet nobili Mathiae G. et iudicio totidem, et hoc ideo, quia interrogacionem dominorum iudicialium non audivit neque eosdem dominos iudiciales pro praefatis V equis interrogavit; super quo adiudicatum solvit.

39. Interrogatio pro equis in proprio damno abactis.

Incipit actus ex interrogatione facta: postquam nobilis Valentinus de Ianowo interrogavit dominos iudiciales iudicio terrestri P. presidentes pro duobus equis valoris duarum sexagenarum pecuniae, quos equos cum curru praefatus nobilis Valentinus Ianowski asserebat se recipere in villa et hereditate suis in prato suo in Ianowo nobili Mathiae G., quos equos et currum praefatus nobilis Valentinus Ianowski praefato nobili Mathiae G. per nobiles ad ius et decretum dominorum dedit, super quo se paratum offerebat omnia pati, prout ius decreverit; et domini iudiciales auditis [f. 64⁰] partium propositis, deductis ac responsis iudicialiter decreverunt, quia praefatus nobilis Valentinus Ianowski etc. (inscribatur ad finem), prout ius decernet. I u r a m e n t u m: Sic nos Deus adiuvet et sancta Crux, quia scimus et testificamur, quia nobilis Valentinus Ianowski recepit XL pecora cornuta in valore CCCC marcarum pecunie monete et numeri Polonic. consueti sibi nobili Mathie G. in villa et hereditate Grzybow, et dum iurabunt, extunc ambae partes praefatae habebunt terminum ad ius et ad iudicium ad audiendam sententiam et decretum dominorum in causa praefata, — vel perverti actorem pro reo et econtra.

40. Restitutio iuris ministerialis a cruce.

Veniens Iozephus Wronowski ministerialis terrestris Poznan. coram iudicio terrestri ius reddens a cruce recognovit, quia nobilis Mathias G.

iuxta decretum iudicii terrestris, quod de eo latius canit, circa crucem ante meridiem in loco iuramentorum consneto docuit, alias *dowiodl* sex testibus in genere nobilibus erga nobilem Valentinum Ianowski; quiquidem [f. 65] praefati sex testes ante meridiem in loco iuramentorum consueto circa crucem iuraverunt erga praefatum nobilem Valentinum Ianowski, quia prefata XLIII pecora cornuta, boves et vaccas valoris XL marcarum pecuniae et mediorum latorum gr. numeri et monetae Polonicalis consueti sibi nobili Mathiae G. de villa et hereditate ipsius Grzibowo recepit, prout de hoc liber iudicii terrestris et rotha ex eo emanata latius canunt et prout de hoc ministerialis terrestris C. ius restituens a cruce recognovit; et ibidem nobilis (nomen) procurator legitimus nobilis Mathie G. petivit sibi nobili Mathiae G. decerni pro rebus praefatis id, quod iuris fuerit; et domini iudicio praesidentes audita praefati ministerialis recognitione et a cruce iuris restitutione iudicialiter decreverunt, quia nobilis Valentinus Ianowski debet dare et restituere sibi nobili M. G. XLIII pecora cornuta, boves et vaccas valoris XL marcarum pecuniae mediorum gr. monetae et numeri Polonicalis consueti praefatarum aut pro ipsis XL marcis pecuniae dare et solvere in VIII septimanis sub poenis magnis iudicialibus, super quo adiudicatum solvit. *Vel sic:* produxit sex nobiles testes ad crucem iuxta decretum iudicii terrestris, prout de hoc liber terrestris et rotha latius canunt; quiquidem praefati sex nobiles ante meridiem in loco iuramentorum consueto circa crucem iuraverunt, quia nobilis Valentinus Ianowski recepit in villa etc.

41. Idem erit iudicium et actus sine testibus et cum testibus.

Ex adverso stans nobilis Valentinus Ianowski post praefatam ministerialis iuris restitutionem dixit: Domine iudex, hic ego nullum terminum habeo ad restitutionem ministerialis iuris a cruce, quia terminus in libro non est neque in libro est michi assignatus. Stans ex adverso procurator nobilis Mathiae G. dixit domino: Ego dico, quod terminum nobilis Valentinus Ianowski ad decretum vestrum habet ex eo, quia in libro continetur, habebunt partes terminum ad iudicium et decretum dominorum in causa praefata et quia tales actus ab antiquo sunt servati, et refero me ad libros an- [f. 66] tiquos. Stans vero nobilis Valentinus Ianowski dixit: Domine iudex, ego me non refero ad libros antiquos, quia in talibus volenti non fit iniuria, ideo dico, quod terminum non habeo, quia non est terminus a cruce in libro scriptus, ad quod me refero; et dum liber legebatur in iudicio, in libro non erat scriptum, habebunt partes terminum ad iuris restitutionem ministerialis a cruce, sed [1]) simpliciter scriptum est in libro, et dum iurabunt, habebunt partes terminum ad iudicium et decretum dominorum in causa praefata; et dominus iudex auditis hincinde partium altricationibus, controversiis et responsis recepit sibi hanc causam cum omnibus punctis, clausulis et articulis

[1]) Cod. domini.

ad interrogandum dominum palatinum Poznan., ut ipsum prius attingere poterit, quomodo hanc causam decernere debeat, et post interrogationem et informationem praefati domini palatini habebunt partes terminum, scilicet nobilis Mathias G. et nobilis Mathias Ianowski, super primos et proximos terminos particulares Poznaniae prox. celebrandos ad audiendum sententiam fieri per dnum iudicem N. ex informatione domini palatini Poznan. [f. 66⁰] in causa praefata.

42. Item in termino peremptorio si parti adversae suae citatae actor admiserit probationem, quod non fecit, prout ipsum actor citavit, decernatur sibi parti citatae seu adversae vel iuramentum vel documentum, prout et actori, ut supra; et post iuramentum ex restitutione iuris ministerialis a cruce decernatur sibi parti adversae evasio causae pro rebus citatis in citatione contentis, pro quibus citatus iuravit et actori perpetuum silentium imponatur. Inspiciantur essentialia in citatione, qui actus incipi debet: Ex controversia partium etc. sic et cum testibus vel sic:

Ex controversia partium, prout nobilis Valentinus Ianowski coram iudicio terrestri reconvenit ex citatione nobilem Mathiam G. pro lorica valoris XII flor. Ungar., quam in mutuum acceperat, quam sibi restituere aut pro ipsa XII flor. dare et solvere promiserat, prout citatio cum copia latis canunt. Ex adverso ibidem stans nobilis Mathias G. etiam coram iudicio allegavit et dixit: Domine iudex, nunquam ego dixi hanc loricam sibi [f. 67] Valentino Ianowski, pro qua me hic reconvenit, restituere, nec dixi pro ea XII flor. solvere, quia de ea nichil scio, neque eam habeo. Et domini iudicio praesidentes, auditis partium propositionibus, deductis et responsis iudicialiter decreverunt, quia praefatus nobilis Mathias G super primos et prox. terminos particulares Poznaniae prox. celebrandos ante meridiem in loco iuramentorum consueto circa crucem iurare debet erga nobilem Valentinum Ianowski, 'quia praefatam loricam non dixit sibi Valentino Ianowski, pro qua ipsium citavit, restituere, neque pro ipsa XII flor. dare.

Qui tali rotha iurabit:

Sic me Deus adiuvet et s. Crux, quia ego Mathias G. non dixi nobili Valentino Ianowski loricam restituere valoris XII flor. Ungar., neque pro ea XII flor. dare, pro qua me praefatus Valentinus Ianowski citat, de qua nichil scio. — Et dum iurabit, tunc ambae partes praefatae habebunt terminum ad iuris restitutionem ministerialis a cruce ad ius et decretum dominorum in causa praefata.

43. Restitutio iuris ministerialis a cruce. [f. 67⁰]

Veniens Iacobus Wronowski ministerialis terrestris N. ius reddens et restituens coram iudicio a cruce recognovit, quia nobilis Mathias G. ante meridiem circa crucem in loco iuramentorum consueto iuravit erga nobilem Valentinum Ianowski, quia nobili Valentino Ianowski non dixit restituere lori-

cam valoris XII flor. Ungar. neque pro ea XII flor. Ungar. dixit solvere, ita, prout in libro terrestri [habetur] et rotha ex eodem emanata latius canit et prout de hoc ministerialis ius reddens coram iudicio a cruce recognovit; et domini iudicio praesidentes audita praefata ministerialis recognitione et iuris a cruce restitutione iudicialiter decreverunt praefato nobili Mathiae G. pro dicta restitutione loricae valoris XII flor. Ungar. evasionem, sibique nobili Valentino Ianowski pro dicta lorica valoris XII flor. Ungar. perpetuum imposuerunt silentium; super quo adiudicatum solvit.

44. Restitutio iuris ministerialis a cruce ex praestito iuramento actoris contra reum absentem, ut sibi ius administraretur pro cmethone fugitivo super ipsum. [f. 68]

Veniens Iacobus Wronowski ministerialis Poznan. coram iudicio terrestri ius restituens a cruce recognovit, quia prima, secunda, tertia et ultra ius quarta vicibus clamavit ad crucem nobilem Mathiam G. ex parte nobilis Iohannis Ianowski, ut veniret ad crucem et iuramentum ab ipso nobili Valentino Ianowski audiret, ita, prout hodie circa crucem in loco iuramentorum consueto ipse Valentinus Ianowski ex decreto et iudicio terrestri dnorum iudicialium erga ipsum nobilem Mathiam G. iurare debuit, quia laboriosus Albertus N. de villa Ianowo ad bona sive ad villam ipsius Mathiae G. de villa ipsius Valentini Ianowski cum 20 vaccis et domestica suppellectili valoris 30 marcarum pecuniae monetae et numeri consueti aufugit, [f. 68⁰] prout ipsum Mathiam G. ex citatione, qua ipsum citaverat ipse nobilis Valentinus Ianowski, reconvenit, quod est verus et legitimus homo ipsius Valentini Ianowski et in villa Ianowo a non amissa prescriptione unius anni et sex septimanarum ultra omnem praescriptionem terrestrem libere et pacifice sedit et mansit, ita, prout liber terrestris et decretum eiusdem cum rotha in eodem libro contenta latius canunt, qui praefatus Mathias G. nec per se nec per suum procuratorem ad crucem et ad locum iuramentorum venit consuetum neque iuramentum ab ipso nobili Valentino Ianowski pro praefato laborioso Alberto dicto Ianek et pro 20 vaccis et aliis rebus domesticis valoris 30 marcarum pecuniae, de villa ipsius Ianowo in villam G. ipsius nobilis Mathiae G. profugo, iuxta decretum dominorum iudicialium audire curavit; et domini iudicio praesidentes audita praefati ministerialis recognicione et iuris a cruce restitucione iudicialiter decreverunt, quia praefatus nobilis Mathias G. sibi nobili Valentino Ianowski praefatum laboriosum Albertum Ianek unacum rebus ipsius videlicet 20 vaccis et suppellectili domestica valoris 30 marcarum pecuniae de villa ipsius Ianovo in villam [f. 69] Grzibovo ipsius Mathiae Grzibowski fugitivum restituere debere aut pro ipso X marcas pecuniarum et pro rebus praefatis 30 marcas pecuniae solvere debet in VIII septimanis sub poenis magnis iudicialibus, et etiam decreverunt, quia praefatus Mathias G. luit poenas trium marcarum, videlicet parti nobili Valentino Ianowski et iudicio totidem, ratione non dationis ad ius et

ad decretum dominorum praefati laboriosi Alberti Ianek una cum rebus praefatis valoris 30 marcarum pecuniarum, quas poenas tam parti, quam iudicio solvat in VIII septimanis sub pignore; super quo praefatus adiudicatum [solvit].

45. Item si in termino peremptorio acquiritur terminus actori seu parti adversae infirmitate per nuncium, qui mittitur ab infirmo ad acquirendum sibi terminum in infirmitate, extunc infirmo iuramentum decernatur super alios terminos particulares, quia fuit infirmus vera infirmitate a Deo permissa tunc temporis etc., quando michi terminum acquisivit nobilis iste etc., ut in actu.

46. Actus ubi parti adversae acquiritur terminus infirmitate. [f. 69⁰]

Veniens Iacobus N. talis coram iudicio terrestri tanquam nuncius nobilis Mathiae G. acquisivit sibi terminum vera infirmitate a Deo permissa erga nobilem Valentinum Ianowski de Ia. pro 100 pecoribus cornutis, quae pecora praefatus nobilis Mathias G. ad nobiles tales sibi Valentino Ianowski ad ius et decretum dominorum iudicialium dedit, dominos iudiciales interrogare debuit, cui domini terminum infirmitate distulerunt. Et domini iudicio praesidentes iudicialiter decreverunt, quia praefatus nobilis Mathias G. super primos et prox. terminos particulares Poznan. prox. celebrandos ante meridiem in loco iuramentorum consueto circa crucem iurare debet erga praefatum nobilem Valentinum Ianowski, quia fuit infirmus vera infirmitate a Deo permissa, tunc temporis, quando sibi nobilis Petrus N. pro rebus superius descriptis terminum infirmitate erga praefatum nobilem Valentinum Ianowski acquisivit.

Qui iurabit tali rotha: sic me Deus adiuvet et s. Crux, quia [f. 70] ego Mathias G. tunc temporis fui infirmitate depositus a Deo permissa, quando michi nobilis Petrus tanquam nuncius meus terminum infirmitate erga nobilem Valentinum Ianowski pro 100 pecoribus cornutis acquisivit, qui sibi Valentino Ianowski ad ius et ad decretum dominorum super nobilium postulatione dedi, et dum iurabit, extunc ambae partes praefatae habebunt terminum ad iuris restitutionem ministerialis a cruce ad ius super primos et prox. terminos particulares et ad decretum dominorum in causa praefata.

47. Restitutio iuris ministerialis a cruce pro eodem.

Veniens Iacobus Wronowski ministerialis terrestris N. coram iudicio terrestri ius reddendo et restituendo a cruce recognovit, quia prima, secunda, tertia vel ultra ius quarta vicibus ad crucem clamavit nobilem Mathiam G. de Grzibowo ex parte nobilis Valentini Ianowski, ut veniret super [f. 70⁰] modernos terminos particulares N. celebrandos et iuramentum faceret ante meridiem circa crucem in loco iuramentorum consueto erga praefatum Valentinum Ianowski, quia fuit infirmitate depositus a Deo permissa tunc tem-

poris, quando sibi nobilis Petrus talis, veluti nuncius ipsius terminum infirmitate acquisiverat erga nobilem Valentinum Ianowski pro 100 pecoribus cornutis, quae praefata pecora nobilis Mathias G. ad nobilium talium postulationem ipsi Valentino ad ius et ad decretum dominorum dedit, dominos iudiciales pro eisdem 100 pecoribus cornutis non interrogavit, qui praefatus nobilis Mathias G. de Grzibowo non venit ad crucem neque praefatum iuramentum erga ipsum Valentinum Ianowski fecit neque cum ipso Valentino pro dictis 100 pecoribus cornutis dominos iudiciales interrogavit. Et domini iudicio praesidentes audita praefati ministerialis recognitione et iuris a cruce restitutione iudicialiter decreverunt sibi nobili Valentino Ianowski pro dictis 100 pecoribus cornutis evasionem sibique nobili Mathiae G. pro eisdem 100 pecoribus cornutis perpetuum silentium imposuerunt; et nichilominus domini iudicio praesidentes decreverunt, quia praefatus Mathias G. [f. 71⁰] luit poenas trium marcarum parti, videlicet nobili Iohanni Ianowski, et iudicio similiter trium marcarum; et hoc ideo, quia pro dictis 100 pecoribus cornutis dominos iudiciales cum [cum ipso Valentino] non interrogavit, quas poenas tam parti quam iudicio solvat in VIII septimanis sub pignore; super quo adiudicatum [solvit].

48. Restitutio iuris ministerialis a cruce pro abductione pecorum in siligine, ubi parti terminus infirmitate receptus est.

Veniens Iacobus Wronowski ministerialis terrestris Poznan. coram iudicio terrestri ius reddendo ac restituendo a cruce recognovit, quia prima, secunda, tercia et ultra ius quarta vicibus ad crucem clamavit nobilem Mathiam G. heredem in Grzibowo ex parte nobilis Valentini Ianowski, ut veniret ad crucem et iuramentum ante meridiem in loco consueto faceret, prout in modernis terminis particularibus Poznan. iurare debuit erga nobilem Valentinum Ianowski, quia fuit infirmus vera infirmitate a Deo per- [f. 71⁰] missa, quando sibi nobilis Petrus N. veluti nuncius ipsius terminum infirmitate acquisivit erga ipsum Valentinum Ianowski pro duobus bobus per Martinum factorem suum in villa et hereditate N. in siligine sibi abactis et per nobilem Iacobum N. ex parte nobilis Valentini Ianowski ad ius et ad decretum dominorum efideiussit; qui praefatus nobilis Mathias G. non venit ad crucem neque prefatum iuramentum erga ipsum nobilem Valentinum Ianowski fecit neque cum ipso pro duobus bobus in villa et hereditate N. abactis dominos iudiciales interrogavit. Et domini iudicio praesidentes audita praefati ministerialis recognicione et iuris restitutione a cruce iudicialiter decreverunt sibi nobili Valentino Ianowski pro dictis duobus bobus per M. factorem suum in siligine abactis evasionem sibique nobili M. G. pro praedictis bobus perpetuum silentium imposuerunt. Et nichilominus iudicialiter decreverunt, quia praefatus Mathias G. luit penas trium marcarum parti videlicet nobili Valentino Ianowski et iudicio totidem et hoc ideo, quia pro dictis duobus bobus dominos iudiciales cum ipso non interrogavit, [f. 72]

quas penas tam parti quam iudicio solvat. in octo septimanis sub pignore, super quo adiudicatum solvit.

49. Actus ubi actori terminus infirmitate acquiritur.

Postquam Iacobus Wronowski ministerialis Poznan. ex parte nobilis Mathiae G. clamavit ad iudicium terrestre nobilem Valentinum Ianowski tanquam actorem, ut veniret ad iudicium et propositionem erga ipsum faceret, prout ipsum citaverat et adcitaverat ad terminum talem, qualem cum nobili N. ipsius matre habuit et habere debuit, hoc est ad restitutionem iuris ministerialis, prout praefatus ministerialis fuit datus ad conspiciendum excisionem arborum pinaticarum septingentarum valentium ad alvearia, alias *ku dzienyum*, et XV arborum alveaticarum in borra villae Ianowo, prout citatio et adcitatio cum copia latius canunt. Ibidem venit nobilis Petrus N. tanquam nuncius nobilis Valentini Ianowski ad iudicium terrestre Poznan. acquisivitque terminum ipsi praefato Valentino Ianowski vera infirmitate a Deo [f. 72⁰] permissa. Et ibidem stans nobilis Mathias G. dixit: Domine iudex, non credo, quod nobilis Valentinus Ianowski esset infirmus. Et domini iudicio praesidentes audita praefata acquisitione termini infirmitate super primos et prox. terminos particulares Poznaniae prox. celebrandos in causa praefata cum adcitatione ipsius.. Qui praefatus nobilis Valentinus Ianowski ante meridiem iurare debet circa crucem in loco iuramentorum consueto super primos et prox. terminos particulares Poznaniae prox. celebrandos, quia eo tempore, quando ipsi nobilis Petrus tanquam nuncius cum adcitatione ipsius, qua citavit et adcitavit ipsum Mathiam G. pro rebus superius descriptis, infirmus infirmitate a Deo permissa illi terminum acquisivit (s).

Qui iurabit tali rotha: Sic me Deus adiuvet et s. Crux, quia ego Valentinus Ianowski de Ianowo fui infirmus illo tempore, quando nobilis Petrus talis tanquam nuncius meus cum adcitatione mea, qua citavi et adcitavi nobilem Mathiam G. ad restitutionem iuris ministerialis ex visione [f. 73] excisionis quingentarum arborum pinaticarum valentium ad alvearia et XV arborum alveaticarum alias *dziane* in borra mea villae et hereditatis Ianowo; et dum iurabit, extunc ambae partes habebunt terminum ad restitutionem iuris ministerialis a cruce ad ius et ad decretum dominorum in causa praefata.

50. Restitutio iuris ministerialis a cruce pro eodem.

Veniens Iacobus Wronowski ministerialis terrestris N. coram iudicio terrestri ius reddens et restituens a cruce recognovit, quia prima, secunda, tertia et ultra ius quarta vicibus clamavit ad crucem nobilem Valentinum Ianowski tanquam actorem ex parte nobilis Mathiae G., ut veniret super modernos terminos particulares Poznaniae prox. celebrandos et iuramentum erga ipsum Mathiam G. ante meridiem circa crucem in loco iuramentorum

consueto ex citatione ipsius faceret, quia fuit infirmus infirmitate a Deo permissa tunc temporis, quando nobilis Petrus talis, uti nuncius, [f. 73⁰] ipsi terminum infirmitate acquisiverat erga citacionem nobilis Valentini Ianowski, qua ipsum citavit et adcitavit ad terminum talem, qualem cum nobili M. matre ipsius habuit et habere debuit, hoc est ad restitutionem iuris ministerialis N. ex visione, prout praefatus ministerialis fuit datus ad conspiciendum excisionem arborum pinaticarum septingentarum valentium ad alvearia alias *ku dzienum* et XV arborum alveaticarum alias *dzienye* in borra villae et hereditatis Ianowo (inspiciantur semper essentialia in actu), prout de hoc liber iudicii terrestris et rotha ex eodem emanata latius canunt. Qui praefatus nobilis Valentinus Ianowski nec per se nec per suum procuratorem ad crucem ad locum iuramentorum consuetum ante meridiem venit, neque iuramentum erga praefatum Mathiam G., quod fuit infirmus infirmitate a Deo permissa vera, quando ipse nobilis Petrus N. tanquam nuncius ipsius terminum infirmitate acquisivit, iuxta dominorum decretum iudicialium facere curavit. Et domini iudicio praesidentes, audita praefati ministerialis [f. 74] recognitione et iuris a cruce restitutione, iudicialiter decreverunt sibi praefato nobili G. pro dicta excisione arborum etc., ita, prout in libro terrestri et rotha latius continetur, et prout de hoc ministerialis Poznan. ius restituens a cruce recognovit evasionem ipsique Valentino Ianowski de Ianowo pro eodem perpetuum silentium imposuerunt, super quo adiudicatum solvit.

51. Item acquisitio termini fit tribus modis prima, secunda, tertia pro maiori acquisitio termini secundario infirmitate.

Nobilis Petrus N. tanquam nuncius nobilis Valentini Ianowski acquisivit sibi terminum secundarium vera infirmitate a Deo permissa, quia sicut iacet ab inquisitione prioris termini infirmitate a Deo deposita, ita et nunc iacet erga citacionem nobilis Mathiae G. actoris, qua ipsum citavit pro duabus marcis matrimonii ipsius per nobilem olim Iohannem filium ipsius iure propinquitatis ad ipsum Mathiam G. devolutis, ita, prout de hoc in [f. 74⁰] rescripto priori latius continetur. Item fit etiam acquisitio termini pro maiori, ubi decernetur parti adversae ad ferendum litteras, ubi recepit sibi pro maiori summa, alias in alium districtum, et viceversa ad reportandum alias litteras ad alium locum, quod pro maiori inibi alias in illo districtu seu capitaneatu actionem cum parte adversa habuit.

52. Acquisitio termini pro maiori.

Veniens Petrus N. veluti nuncius nobilis Mathiae G. coram iudicio terrestri N. acquisivit sibi terminum pro maiori erga nobilem Valentinum Ianowski et citacionem ipsius, qua ipsum citavit pro 100 flor. vadii ratione non eliberationis villae et hereditatis Grzibowo in districtu Poznan. sitae, ita, prout citatio cum copia latius canunt, quia praefatus nobilis Mathias G.

habuit actionem pro maiori in castro Costensi coram dno capitaneo Costensi pro bonis hereditariis villae et hereditatis N. [pro] mille florenis emptae, quia praefatus nobilis M. G. super primos et prox. terminos particulares Poznaniae prox. celebrandos debet afferre et portare litteram testimonialem a dno capitaneo Costensi sub titulo et sigillo dicti dni capitanei, quod pro maiori summa ibidem in castro N. coram dno capitaneo praefato in iudicio suo agere debuit, quam hic habet, videlicet pro M flor., et dum portabit praefatam litteram titulo et sigillo dni capitanei communitam, tunc ambae partes praefatae habebunt terminum ad ius ad proponendum ac respondendum iuxta citationes et copias eorundem talem, qualem hodie habere debuerunt.

53. Restitutio iuris ministerialis a cruce, ubi pars adversa non fecit iuramentum ad crucem erga actorem pro rebus in citacione contentis.

Veniens Iacobus Wronowski ministerialis N. coram iudicio terrestri ius reddens ac restituens a cruce recognovit, quia prima, secunda, tertia et ultra ius quarta vicibus clamavit ad crucem nobilem Mathiam G. [f. 75⁰] ex parte nobilis Valentini I., ut veniret super modernos terminos particulares huc Poznaniae prox. celebrandos et iuramentum ante meridiem circa crucem in loco iuramentorum consueto faceret erga nobilem Valentinum I., quia fuit vera infirmitate a Deo depositus, quando nobilis Petrus talis tanquam nuncius tunc temporis ipsi terminum infirmitate acquisierat erga citationem nobilis Valentini I. praefati, qua ipsum citaverat, et hoc pro 20 marcis pecuniae monetae et numeri Polonicalis consueti, et hoc post mortem consortis ipsius C. recepit, ita, prout liber terrestris Poznaniensis et rotha in eodem contenta ac citatio cum copia latius canunt, qui praefatus nobilis Mathias G. ad crucem non venit neque erga ipsum nobilem Valentinum I. pro dictis 20 marcis pecuniae iuramentum fecit. Et domini iudicio praesidentes audita praefati ministerialis a cruce recognitione et iuris restitutione iudicialiter decreverunt, quia praefatus nobilis Mathias G. praefatas 20 marcas.. ipsi nobili [f. 76] Valentino I. debet solvere in octo septimanis sub poenis magnis iudicialibus, super quo adiudicatum solvit.

54. Restitutio iuris ministerialis a cruce pro vulneribus.

Veniens Iacobus Wronowski [ministerialis] terrestris Poznaniensis coram iudicio terrestri ius reddens ac restituens a cruce recognovit, quia nobilis Mathias G. iuxta librum et decretum dominorum et rotam in eodem contentam, ita, prout latius canunt, ante meridiem in loco iuramentorum consueto circa crucem iuravit erga nobilem Valentinum I., quia nobilis idem Valentinus I. mettertius cum uno nobili et alio ignobili suis coadiutoribus violenter intulit sibi nobili Mathiae G. unum vulnus cruentum, prout liber terrestris et rotha ex eodem emanata latius canunt, et prout de hoc mini-

sterialis Poznan. ius restituens a cruce recognovit. Et domini iudicio praesidentes iudicialiter decreverunt, quia praefatus nobilis Valentinus I. sibi nobili Mathiae G. pro uno vulnere cruento tres parti marcas et [f. 76⁰] iudicio totidem debet dare et solvere in octo septimanis sub poenis magnis iudicialibus, super quo adiudicatum solvit.

55. Item in actu sequenti ex restitutione iuris ministerialis a cruce duae rotae annotari debent: prima rota pro duobus vulneribus cruentis, quod actor solus ex decreto dominorum pro eisdem iuravit, et super tertio vulnere ex decreto dominorum docuit, pro qua deductione alia rota differentialiter.

56. Restitutio iuris ministerialis a cruce pro vulneribus.

Veniens Mathias Wronowski ministerialis terrestris Poznan. ius reddens ac restituens a cruce recognovit, quia nobilis Valentinus I. circa crucem ante meridiem in loco iuramentorum consueto erga nobilem Mathiam G. iuravit, quia cum duobus nobilibus sibi in genere similibus et duobus ignobilibus suis coadiutoribus intulit sibi Valentino I. duo vulnera cruenta [f. 77] et super tertium vulnus duobus nobilibus docuit iuxta librum et rotas in eodem contentas, prout latius canunt, et prout de hoc ministerialis ius reddens a cruce recognovit. Et domini iudicio praesidentes audita praefati ministerialis recognitione et iuris a cruce restitutione iudicialiter decreverunt, quia praefatus nobilis Mathias G. sibi nobili Valentino I. a tribus vulneribus cruentis a quolibet seorsum tres marcas parti et iudicio totidem, a duobus ignobilibus suis coadiutoribus a quolibet seorsum per unam marcam parti et iudicio totidem similiter solvere debet in VIII septimanis sub poenis magnis iudicialibus; super quo adiudicatum solvit.

57. Restitutio iuris ministerialis a cruce pro vulneribus.

Veniens Iacobus Wronowski ministerialis terrestris Poznan. ius reddens ac restituens a cruce recognovit, quia nobilis Mathias G. ante meridiem in loco iuramentorum consueto circa crucem iuravit erga nobilem Valentinum I., quia sibi non intulit octo vulnera, quatuor cruenta et quatuor livida, neque sibi transfixit equum valoris VIII flor., ita, prout in libro terrestri et rota latius continetur et prout de hoc ministerialis ius restituens a cruce recognovit. Et domini iudicio praesidentes audita praefati ministerialis recognitione et iuris a cruce restitutione iudicialiter decreverunt praefato nobili Mathiae G. pro dictis VIII vulneribus, IV cruentis et IV lividis, ac pro praefato equo evasionem, sibique nobili Valentino I. pro dictis VIII vulneribus, IV cruentis et IV lividis, et equo perpetuum silentium imposuerunt, super quo adiudicatum solvit etc. [f. 77⁰]

58. Iuramentum ad futuros terminos particulares pro abductione.

Domini iudicio praesidentes ex controversia partium iudicialiter decreverunt, quia nobilis Mathias G. heres in Grzibowo super primos et prox. terminos particulares N. prox. celebrandos ante meridiem in loco [f. 78] iuramentorum consueto circa crucem iurare debet erga nobilem Valentinum I., quia decem pecora cornuta ipsius nobilis Valentini I. abegit in hereditate sua Grzibowo in frumentis estivalibus sive bleematibus et in pratis in proprio suo damno, quae pecora ipse nobilis Valentinus I. apud ipsum n. Mathiam Grzibowski per tales nobiles ad ius et ad decretum dominorum exfideiussit, quos nobiles ipse n. Valentinus I. coram iudicio intercessit, qui praefatus n. Mathias G. iurabit tali rota: »Sic me Deus adiuvet et s. Crux, quia ego Mathias G. abegi 10 pecora cornuta ipsius Valentini I. in hereditate mea Lipno in damno meo proprio in frumentis estivalibus alias *w yarzinye* sive hiemalibus alias *w ozymynye* et in prato alias *w łącze*, quae praefata pecora ad ius sibi per nobiles dedi«. Et dum iurabit, tunc ambae partes praefatae habebunt terminum ad restitutionem iuris mini- [f. 78⁰] sterialis a cruce pro aliis terminis particularibus N. prox. celebrandis ad ius et ad decretum dominorum iudicio prasidentium in causa praefata.

59. Item si in termino peremptorio erit propositio pro granicie, extunc actus incipi debet: »Ex controversia partium«, bene erit advertendum decretum iudicii et citatio pro granicie.

60. Actus pro granicie.

Domini iudicio praesidentes de consensu partium, videlicet n. Valentini I. tanquam actoris et n. Mathiae G., iudicialiter decreverunt praefatis nobilibus Valentino I. et Mathiae G., ut ex utraque parte per duos senes accipiendo et renovandum (s) granicierum, scopulorum et signorum inter villas et hereditates videlicet villam I. ex una parte et G. partibus ab altera, hoc est incipiendo a scopulo angulari alias *narozny*, qui iacet [f. 79] seu dividit villas, qui praefatus scopulus iacet in borra post silvam dictam maius *dzrewcza* et continuando per scopulos principales, qui scopuli vadunt seu tendunt et ducunt ac incipiendo iacent a praefato scopulo angulari usque ad viam, quae dicitur Parskawa, iuxta quam viam Parskawa est similiter scopulus notabilis parietalis, et iterum per silvam dictam *mokry* transeundo seu ducendo, in qua silva fuerunt signa notabilia in arboribus et quercubus, cum quo signo uno ipse nobilis Mathias G. unam quercum excidit, quae quercus etiam fuit signum notabile in praefata silva *mokry*, in qua silva alias *w mokrym liessye* transit gurges dicta Obra, quae dividit et facit graniciem inter villas tales etc. et inter villam etc. tam (s), pro qua renovatione granicierum et scopulorum n. Valentinus I. praefatus ipsum n. Mathiam G. citavit, prout citatio cum copia latius canunt; qui praefatus etc. villas praefatas limitare et distinguere debet abinvicem iuxta inventionem iustam et testi- [f. 79⁰]

monium senum infra hinc et VIII septimanas quottidie, quam praefatam graniciem ambae partes attentare debent; et post factam graniciem vel si et in quantum praefata granicies aliquibus modis praepedita fuerit, quod terminari et finiri possit, extunc ambae partes praefatae habebunt terminum super primos et prox. terminos particulares N. prox. celebrandos ad restitutionem iuris domini O. ex granicie ad ius et ad decretum dominorum in causa praefata, super quo ambae partes adiudicatum solverunt.

61. Restitutio iuris ministerialis ex sippatione et renovatione scopulorum.

Veniens Iacobus W. ministerialis terrestris N. coram iudicio terrestri ius reddens et restituens recognovit, quia prout fuit datus et decretus ad videndum et renovandum graniciem ac sippandum scopulos denuo et ad computandum scopulos praefatos inter villas et hereditates tales, [f. 80] ubi idem ministerialis per eandem iuris restitutionem ex praefata visione se fecisse et vidisse atque computasse et renovasse recognovit XII scopulos parietales, qui paries inceptus est ab angulari scopulo, qui iacet in silva etc. dividit ac distinguit hereditates tales, in quo pariete ab eodem angulari scopulo renovaverunt et sippaverunt XII scopulos tendentes eodem pariete usque ad scopulum angularem dividentem villam et hereditates tales, qui scopuli et eorum renovatio de consensu omnium partium libere denuo constructa et admissa, et ad tendendum et servandum eosdem scopulos consignaverunt in posterum duraturos. Et domini iudicio praesidentes exaudita ipsius ministerialis iuris restitutione et praefatorum scopulorum visione, computatione et granicierum praefatarum assignatione iudicialiter decreverunt ipsam graniciem tam in pariete quam in angularibus scopulis cum praefatorum scopulorum connumeratione et praesenti libro terrestri insertione et introductione per ipsas hereditates et earundem hereditatum possessores hereditarios pacifice et quiete fore et esse tenendam et possidendam, ita tamen, quod sub strepitu iuris neutra pars legitimos scopulos insurgere valeat et praesumat nedum modo sed et temporibus in futurum subsequentibus sub poenis magnis iudicialibus, super quo ambae partes iudicatum solverunt.

62. Memoratio ministerialis iuris restitutionis ad alios terminos particulares continuatur.

Terminus peremptorius super primos et prox. terminos particulares N. prox. celebrandos talis, qualis hodie fieri debuit, inter n. Valentinum I. et Mathiam G., hoc est ad restitutionem iuris ministerialis terrestris Poznan. ex avisatione astiti termini, avisavit ipsum n. Mathiam G. ex parte n. Valentini I. super primos et prox. terminos particul. N. prox. celebrandos, ut contradiceret, cur et quare super se terminum sibi n. Valentino I. [f. 81] astare permisit, prout ipsum citavit et adcitavit ad terminum et ad citationem post exitum duorum annorum iuxta librum pro 100 marcis . . (hic

scribatur effectus citationis, prout se aliquae res in citatione extendunt). Quiquidem ministerialis N. terrestris Iacobus W. super primos et prox. terminos particul. Poznaniae prox. celebrandos ex praefata avisacione ex astito termino, cui visioni duo nobiles penes praefatam avisationem interfuerunt, habebit potestatem ius restituere sibi n. Valentino I., prout ius hodie restituere debuit, qui ministerialis praefatus submisit se coram praefato iudicio memorari ius restituere sibi n. Valentino I. ex praefato astito termino, prout hodie ius restituere debuit, cui termino ambae partes praefatae consenserunt et eundem cum potestate limitaverunt.

63. Actus de reproductione iurium ad futuros terminos particulares.

Domini iudicio praesidentes iudicialiter decreverunt, quia nobilis Mathias G. debet reproducere iura, seu litteras resignatorias, canentia super bona ipsius Mathiae G., videlicet super Grzibowo, super primos et prox. terminos particulares N., quibus contradicebat citationi n. Valentini I., qua ipsum citavit pro rebus in citatione contentis, et dum reproducet, tunc dni iudicio praesidentes visis litteris et munimentis decernent id, quod iuris fuerit. [f. 81⁰]

64. Acquisitio aetatis puerorum penes ius.

Dni iudicio praesidentes iudicialiter decreverunt annos discretionis et aetatem nobili olim filio nobilis talis de eadem via bone memoriae ad XI annos erga n. Mathiam G. ad citationem ipsius, qua citatione post mortem olim nobilis talis partis ipsius bonae memoriae ad citationem ipsius adcitavit pro summa 100 marcarum pecuniarum debiti, quas praefatus nobilis pater ipsius dixit et promisit sibi n. Mathiae G. dare et solvere super tempus iam praeteritum, ita, prout citatio, adcitatio et liber terrestris latius canunt. Quiquidem n. Mathias G. post exitum praefatorum XI annorum debet et tenebitur praefatum nobilem talem filium talis super primos terminos particul. N. adcitare, et pro praefata summa 100 marcarum pecuniae sibi nobili Mathiae G. respondere debebunt et tenebuntur peremptorie iuxta citationes, adcitationes et librum praefatum terrestrem, ita, prout latius canunt, et hoc dum adcitati fuerint; adiudicatum solvit.

65. Visio per ministerialem hereditatis pro aliqua re.

Domini iudicio praesidentes iudicialiter decreverunt partibus infrascriptis videlicet nobili Valentino I. ex una, n. Mathiae G. partibus ab altera ministerialem Poznan. ad visionem [in] hereditatem talem et in locum, ubi idem Mathias G. ad ius et ad decretum dominorum cum equis et curru, IV redis, una securi per ipsum n. Valentinum I. receptus est; qui ministerialis [f. 82]
de iure decretus et datus considerare, attendere et videre tenebitur, cui he-

reditati ille locus, in quo receptus est, appropriandus sit, cum idem n. Mathias G. asserit, quod in bonis hereditariis et in campo hereditatis Grzibowo ipsius proprio eum recepit, ipseque n. Valentinus I. dixit et allegavit, quod in propria sua hereditate Ianowo ipsum recepit; quae visio teneri debet et observari anno praesenti pro die festi s. Laurentii, ex qua visione idem ministerialis N. ad primos et prox. terminos particul. auctoritatem habebit ius ex praefata visione restituere, ipsaeque partes praefate habebunt terminum peremptorium ex restitutione iuris ministerialis ex eadem visione ad ius et ad decretum dominorum in causa praefata. Quem nobilem ipse n. Mathias G. propriis expensis conducere debet; praefatus vero n. Valentinus I. solarium dicto ministeriali persolvere tenebitur et sit obligatus, in quem terminum et visionem praefatam ambae partes praefatae consenserunt et ipsam in se libere assumpserunt atque mutuo inter se consenserunt; super quo etc. adiudicatum solvit.

66. Exclamatio hereditatis. [f. 83]

Veniens Iacobus W. ministerialis terrestris Poznan. coram iudicio terrestri ius reddens ac restituens recognovit, quia circa parochialem ecclesiam in civitate tali in die forensi in foro communi per triplices dies forenses exclamavit et interdixit villam Grzibowo nobilis Mathiae G. toti civitati tali ac omnium villanorum in graniciebus praefatae hereditatis G. circumquaque adiacentium videlicet villae Ianowo ac aliis omnibus et singulis villis adiacentibus et omnibus hominibus civitatis talis et villae praefatae hominibus, ne pascerent iumenta in pascuis sterilibus et viis illicitis equitarent in praefatam villam G., neque vias illicitas in praefata hereditate facere debent. Et domini iudicio praesidentes audita praefati ministerialis recognitione et iuris restitutione, expressa exclamatione praefatae villae G. iudicialiter decreverunt et sententiaverunt veram et iustam interdictionem et exclamationem praefatae villae G. et habere robur firmitatis perpetuae, ita tamen, quod [f. 83⁰] omnes homines status plebei sexus [utriusque], cuiuscunque conditionis existant, praefatae civitatis N. necnon homines praefatae villae Ianowo ac aliae villae circumiacentes in praefata villa et hereditate G. in pascuis sterilibus iumentis suis pascere ac vias illicitas et inconsuetas facere non debent atque vias novas praeter antiquas [non] faciant, alias eandem exclamationem iuxta consuetudinem debent observare perpetue; super quo adiudicatum solvit.

67. Alia exclamatio hereditatis.

Veniens Iacobus W. ministerialis terrestris Poznan. coram iudicio terrestri ius reddens recognovit, quia exclamavit circa parochialem ecclesiam in N. villam et hereditatem Grzibowo nobilis Mathiae G. iuxta terrae consuetudinem, videlicet omnia pascua sterilia, silvas, borras, sareptas, venationes, piscationes, semitas, vias indirectas et omnes proventus ad eandem heredi-

tatem G. spectantes hominibus oppidi N. et villarum circumiacentium videlicet etc. Et dni iudicio praesidentes exaudita praefati ministerialis recognitione et iuris restitutione ex praefata exclamatione praefatae villae [f. 84] et hereditatis G. iudicialiter decreverunt et sententiaverunt veram et iustam interdictionem et exclamationem eiusdem villae et hereditatis G. pascuorum sterilium, silvarum, borrarum, sareptarum, venationum, piscationum, semitarum, viarum indirectarum et omnium proventuum, pratorum, indaginum, silvarum incisarum alias *poramby*, gaiorum, agrorum cultorum et incultorum aliarumque omnium utilitatum ad praefatam villam G. spectantium et pertinentium in robore perpetuae firmitatis conservaverunt; super quo adiudicatum.

68. Acquisitio termini vera infirmitate ex avisatione ex astito termino.

Veniens n. Petrus talis coram iudicio terrestri, uti nuncius n. Mathiae G. heredis in Grzibowo, acquisivit sibi terminum notabili infirmitate a Deo permissa erga nobilem Valentinum I. heredem in Ianowo et contra iuris restitutionem ministerialis ex avisatione astiti termini, prout hodie [f. 84⁰] Iacobus W. ministerialis terrestris N. ius restituere sibi nobili Valentino I. debuit, prout ipsum avisavit ex astito termino, ut veniret super modernos terminos particulares N. prox. celebrandos et responderet, quare super se terminum astare permisit sibi n. Valentino I. pro 100 denariis etc. ita, prout de hoc liber terrestris ex astito termino latius canit, et prout ministerialis C. submisit se memorari ius restituere ex praefata avisatione astiti termini iuxta librum praefatum. Et dni iudicio praesidentes iudicialiter decreverunt, quia n. Mathias G. heres in G. super primos et prox. terminos particulares P. prox. celebrandos debet iurare in loco circa crucem iuramentorum consueto erga praefatum n. Valentinum I., quia fuit infirmus infirmitate a Deo permissa tunc temporis, quando sibi nobilis Petrus talis terminum infirmitate erga ipsum acquisivit et terminum astitum pro 100 denariis praefatis, et dum iurabit, tunc ambae partes praefatae habebunt terminum ad ius et [f. 85] ad restitutionem iuris ministerialis ex eadem avisatione astiti termini, ita, prout hodie ius restituere debuit.

Qui iurabit tali rota: Sic me Deus adiuvet et s. Crux, quia ego Mathias G. heres in G. fui infirmus infirmitate a Deo permissa tunc temporis, quando michi n. Petrus talis, uti nuncius meus, terminum infirmitate erga n. Valentinum I. et terminum astitum acquisivit, prout super me pro 100 denariis termino astitit; et dum iurabit, tunc ambae partes praefatae habebunt terminum ad ius ad audiendam restitutionem iuris ministerialis terrestris N. ex praefata termini acquisitione ex astito termino, ita, prout hodie ius restituere debuit sibi n. Valentino I. et ad decretum dnorum ex praefata avisatione ex astito termino.

69. Attentatio solutionis alicuius debiti certi libro dni burgrabii terrestris obligati.

Veniens n. Valentinus I. ad librum dni burgrabii terrestris [f. 85⁰] districtus C. et attentavit terminum solutionis 100 denariorum.. veri et legitimi debiti sibi eodem libro terrestri terminorum particularium inscriptorum et obligatorum pro hodierna die a nobili Mathia G. evadendo poenas iuridicas, sub quibus easdem [se] soluturum inscripsit, ita, prout praefatus liber terrestris N. latius canit, qui nec per se nec per suum procuratorem venit et neque solutionem sibi nobili Valentino I. praefatorum 100 denariorum primae ratae fecit; super quo.

70. Fideiussio vadii.

Constituti personaliter coram iudicio terrestri nobiles tales sponte et libere recognoverunt, quia fideiusserunt et praesentibus fideiubent n. Valentino I. pro n. Mathia G., quia debet cum ipso vivere et manere in pace et tranquillitate sub vadio LX marcarum.. et iure et non violen- [f. 86] tiis secum experiatur sub eodem vadio praefato; super quo adiudicatum.

71. Contradictio bonorum hereditariorum penes ius.

Veniens nobilis Petrus talis cum sufficienti procuratorio n. Valentini I. et contradicebat bona hereditaria videlicet villam Ianowo n. Valentini I. erga citationem n. Mathiae G., quia ipse n. Valentinus I. dicebat se habere super eandem villam I. potiora et priora iura et munimenta super praefatam villam I. canentia, quam ipse; et dni iudicio praesidentes iudicialiter decreverunt, quia praefatus Valentinus I. iura et munimenta super praefatam villam I. canentia super primos et prox. terminos particul. Poznaniae prox. celebrandos portare et coram iudicio terrestri reproducere [debet] erga iura praefati n. Mathiae G., et dum eadem iura reproducet coram praefato iudicio terrestri, tunc ambae partes habebunt terminum ad ius et ad decretum dnorum iudicialium in causa praefata; super quo. [f. 86⁰]

72. Dimissio poenarum per iudicem octo scotorum.

Dominus iudex terrestris N. ex sua speciali gratia omnes poenas VIII scotorum luitas Mathiae G., quas luit erga quascunque personas ratione non paritionis primarum et secundarum citationum, indulsit et dimisit et praesentibus dimittit, de quibusquidem poenis ipsum n. Mathiam G. praesenti libro quietavit, quietat et in perpetuum liberum mittit per praesentes.

73. Evictio, eliberatio, exbrigatio, alias *warungk*, bonorum resignatorum in spem et titulum iustae reemptionis, alias *nawiderkow*.

Constitutus personaliter n. Petrus talis coram iudicio terrestri sponte et libere recognovit recedendo a proprio districtu, in quo consistit, et sub-

mittendo se huic districtui Poznan. respondere, quia fideiussit et praesentibus fideiubet et se obligat pro nobili Katherina G. matre sua legitima [f. 87] n. Mathiae G. vitrico suo alias *oyczimowy*, quia praefata Katherina G. debet expedire, evincere et eliberare totam et integram medietatem villae et hereditatis in Grzibowo in districtu N. sitae per ipsam n. Katharinam G. sibi n. Mathiae G. marito suo pro 100 marcis pecuniae venditam et in spem et titulum iustae reemptionis alias *nawyderkow* resignatam, prout de hoc littera resignatoria ipsius n. Mathiae G. latius canit, ab omnibus citationibus et ab omni homine status utriusque, ipsum iure impediente aut impedire volente, et ab omnibus perlucris, censibus spiritualibus et saecularibus usque ad praescriptionem terrestrem, prout ad aliquam personam praescriptio terrestris spectat et pertinet, et quibusvis impedimentis iuxta consuetudinem terrestrem, quae omnia superscripta praefatus n. Petrus talis facere et implere debet sibi n. Mathiae G. cum vadio C marcarum pecuniae, quod vadium in se libere assumpsit, et insuper fideiussit et praesentibus [f. 87⁰] se obligat sibi n. Mathiae G. librum praesentem sive inscriptionem renovare sex septimanis ante decursum trium annorum totiens, quotiens oportunum fuerit, sub vadio 100 marcarum pecuniae praefatarum, super quo adiudicatum.

74. Principium evictionis, quando duo fideiubent.

Constituti personaliter n. Valentinus de I. et Petrus de Brudziewo heredes coram iudicio terrestri sponte et libere recognoverunt, recedendo a proprio districtu suo, in quo consistunt, et submittendo se et bona sua hic [in] districtu N. respondere, quia fideiusserunt et praesentibus fideiubent manu coniuncta et indivisa nullis eorum partem suam evadendo nobilibus etc. pro nobili Iohanne Szirpek etc., quia debent expedire, evincere et eliberare sortes hereditarias n. Iohanni Szirpek, quae sibi aequali divisione inter fratres eius germanos nobilis olim etc. cesserunt in districtu Costinensi sitas in et pro etc. vide infra. [f. 88]

75. Varungk pro perpetua hereditate empta etc.

Constitutus personaliter n. Petrus talis, tamquam principalis actor et fideiussor, coram iudicio terrestri N. sponte et libere recognovit, quia fideiussit et praesentibus fideiubet n. Valentino I. pro expeditione, eliberatione et pacifica tenuta villae et hereditatis Ianowo in districtu Gneznensi sitae sibi n. Valentino I. in et pro 100 marcis.. per n. Mathiam G. venditae et in perpetuum resignatae, ita, prout littera resignatoria ipsius n. Valentini I. latius canit, ab omni homine status utriusque ipsum iure impediente aut impedire volente et ab omnibus censibus spiritualibus et saecularibus, citationibus, perlucris, inscriptionibus et specialiter ab omnibus et quibuscunque personis, impedimentis iuxta consuetudinem terrestrem, quae omnia [f. 88⁰]

suprascripta praefatus n. Petrus talis facere et complere debet sibi n. Valentino I. sub vadio 100 marcarum pecuniae praefatarum, quod vadium in se libere recepit et assumpsit, et insuper praefatus n. Petrus talis fideiussit et praesentibus se obligat sibi n. Valentino I. librum praesentem renovare sex septimanis ante decursum trium annorum sub vadio praefato 100 marcarum pecuniae praefatarum, super quo adiudicatum solvit.

76. Restitutio iuris ministerialis ex resignatione dando introligationem empti etc.

Veniens Iacobus W. ministerialis N. coram iudicio terrestri ius reddens ac restituens recognovit, quia introligavit n. Valentinum I. cum littera ipsius resignatoria in villam et hereditatem Ianowo; veniens n. Petrus de I. ad iudicium terrestre Costense reproduxitque coram eodem iudicio litte- [f. 89] ram resignatoriam sub sigillo et titulo magnifici Lucae de Gorka castellani Poznan. et capitanei Maioris Poloniae generalis, petens eandem iuxta commune statutum regni in librum terrestrem inscribi, introduci et acticari, cuius litterae tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis:

Veniens n. Martinus Piotrowski coram iudicio terrestri reproduxit litteram resignatoriam titulo et sigillo dni capitanei Maioris Poloniae generalis communitam super villam Piotrowicze canentem et obloquentem, quam propter certos respectus, videlicet discrimina viarum et eventus infortuitos ..[1]) et vigore statuti iuris communis supplicavit dnos iudiciales, quatenus illi in librum terrestrem praesentem inscribi, introduci et acticari darent, igitur dni iudicio praesidentes, attendentes praefati n. Martini petitionem fore iustam et rationi non dissentientem, praedictam litteram in librum terrestrem praesentem admiserunt et consenserunt inscribi, introduci et acticari, [f. 89⁰] cuius tenor de verbo ad verbum sequitur estque talis: In nomine Dni amen. Andreas comes de Gorka castellanus Poznan. et capitaneus Maioris Poloniae generalis una cum generosis dominis etc.

77. Iuramentum ex controversia partium:

Coram iudicio terrestri N. inter nobiles Mathiam Stareski actorem, ex una, et Albertum Mrovisky citatum, ex altera partibus, prout ipsum ipse n. Mathias Stareski citavit pro laborioso Iohanne ortulano subdito suo de sorte ipsius villae minoris Domaslaw de orto agri ad ipsum in bona sortis ipsius villae Mrowino profugum et ut sibi velut eius profugum et proprium restitueret, facta, ita, prout citatio cum copia etc. Dni iudicio praesidentes auditis partium propositis et responsis iudicialiter decreverunt, quia nobilis Mathias Stareski super primos et prox. terminos particul. Poznan. huc Poznaniae prox. celebrandos circa crucem loco et tempore solitis solus sua

[1]) Cod. ac crannosos (s).

propria persona pro praefato laborioso Iohanne ortulano subdito [f. 90] suo de sorte ipsius villae minoris Domaslaw de orto agri ad villam Mrowino profugo iurare debet tali rotha, prout in alia forma continetur etc., et dum iurabit, extunc ambae partes praefatae habebunt terminum ad ius ad audiendum restitutionem iuris ministerialis a cruce et ad audiendam sententiam per dnum iudicem ferendam in causa praefata, super quo adiudicatum.

78. Astantia termini.

Veniens Mathias Gaykowski ministerialis terrestris Costensis coram iudicio terrestri Costensi ius restituens recognovit, quia prima, secunda, tertia et ultra ius quarta vicibus clamavit ad iudicium modernorum terminorum particul. terrestrium Costensium generosum Stanislaum Ostrorog, bonorum hereditatis oppidi Grodzisko heredem, ex parte generosi etc., ut veniret ad iudicium terrestre et propositionem ab ipso generoso audiret, prout ipsum citavit pro laborioso Stanislao Szobieray ortulano et subdito [f. 90] ipsius generosi de villa ipsius Wilkowo de orto agri ad ipsum oppidum ipsius generosi Stanislai O. Grodzisko profugo, necnon pro poena ratione non dationis ad ius praefati laboriosi Stanislai Szobieray ortulani ipsius profugi, ita prout citatio cum copia latius canunt. Quiquidem generosus Stanislaus de O. non venit ad iudicium terrestre praefatum nec per se solus nec per suum procuratorem et nec ab ipso generoso etc. propositionem audire curavit, prout hoc ministerialis praefatus ius restituens coram iudicio ita se esse recognovit. Et dnus iudex cum dnis iudicio praesidentibus audita ipsius ministerialis recognitione et iuris restitutione iudicialiter decreverunt sibi generoso N. pro praefato laborioso Stanislao Szobieray ortulano de villa Vilkowo in oppidum Szrensko profugo erga ipsum Stanislaum de O. veram et iustam termini astantiam, et nichilominus ipse dnus iudex cum dnis iudicio praesidentibus decreverunt ac de iure sibi generoso N. ministerialem [f. 91] terrestrem Costensem dederunt ad avisandum ipsum generosum Stanislaum de O. ex astito termino, ut veniret super primos et prox. terminos particul. terrestres Costenses et contradiceret, cur et quare sibi generoso N. pro praefato laborioso Stanislao Sobieray, ortulano de Wilkowo, in oppidum Szrensko profugo super se terminum astare permisit, super quo adiudicatum solvit.

79. Dilatio termini per succamerarium in loco campestri granicierum de consensu partium.

Actum feria secunda post Dom. Misericordia prox. A. D. 1551 in loco campestri granicierum circa scopulum angularem bona hereditaria Wilkowo generosi Petri Ossowski [de] Zegrowo, heredis in ibidem, et Popowo generosi Venceslai Rosdrazewski dislimitantem: ibidem personaliter constitutus generosus Nicolaus Krziczky succamerarius Poznan. terminum hodier- [f. 91⁰]

num tam iuramenti quam documenti super infirmitate ipsius generosi Venceslai Rozdrazewski per eundem Venceslaum R. praestandi ac faciendi quam etiam granicierum faciendarum et renovandarum inter hereditates praefatas Vilkowo generosi etc. iuxta decreta tam terrestre Costense quam praefati generosi Nicolai Krziczki in ipsa causa renovandarum granicierum lata et promulgata, quae de eo latius canunt, in praesentia ac personali assistentia praefatarum partium, videlicet generosi Petri Ossowski tanquam in ipsa causa partis actoreae, et generosi Venceslai R. tanquam partis citatae ibidem in eodem loco campestri granicierum circa praefatum scopulum angularem perpersonaliter assistentium et ad praesentem limitationem et prorogationem termini pro bono pacis ultro ac per expressum vivae vocis oraculo consentientium super feriam etc. distulit, prorogavit in pleno vigore per Mathiam Czaykowski ministerialem Costensem limitavit, quamquidem feriam [f. 92] ipsae partes praefatae, tam ipse generosus Petrus Ossowski, quam generosus Venceslaus Rozdrazewski partes praefatae habent et habebunt terminum peremptorium illum per praefatum ministerialem praefixum et assignatum ad praefatum iuramentum et testibus documentum per praefatum Venceslaum Rozdrazewski super ipsius infirmitate praestandum ac faciendum, et tandem ibidem in continenti post praestitum iuramentum et testibus documentum super praefata infirmitate ad prosequendum causam granicierum, hoc est ad faciendum et renovandum granicies praefatas et fine debito determinandas inter bona praedicta iuxta decretum iudiciale terminorum particul. Costensium in ipsa causa latum, quod de eo latius canit, nullius partis iure leso, ad quem terminum illis per dictum ministerialem praefixum et ad omnia praemissa exequenda ambae partes iam denominatae sponte et libere consenserunt.

80. Actus reproductae coram iudicio concordiae occasione renovationis granicierum per amicabiles compositores factae et [f. 92[v]] fideiussio principalium illam in toto servari adimplere et gratam habere, pro quibus fideiubent perpetuis temporibus sub vadio.

Constituti personaliter coram iudicio terrestri Costensi n. Georgius Pudliskowski cavendo pro ratihabitione praesentis inscriptionis atque se principalem ponendo pro nobilibus Thoma et Petro Pudliskowski fratribus suis germanis, ex una, et Iacobus Rokossowski cavendo etiam pro rathihabitione atque se etiam principalem ponendo pro nobilibus Adamo et Andrea Rokossowski fratribus suis patruelibus germanis, ex altera partibus, recedendo a iurisdiccione sua terrestri et se iurisdiccioni capitaneali castrensi Poznan. submittendo et suos successores atque se sibi ipsis inscribunt et obligant, quia videlicet ipse nobilis Georgius P. et ipsius fratres germani, [f. 93] videlicet Thomas et Petrus P. et Iacobus R. et etiam ipsius fratres patrueles germani, videlicet, Adam et Andreas R., pro quibus ipse nobilis Georgius P. et Iacobus R. pro ratihabitione praesentis inscriptionis et omnium

in praesenti inscriptione inferius contentorum caverunt et ex utraque parte fideiusserunt caventque et ex utraque parte fideiubent, sibi ipsis invicem sponte libere fassi sunt et per expressum recognoverunt atque talem medio certorum amicorum et amicabilium compositorum inter se concordiam occasione granicierum inter bona illorum factarum fecerunt et Polonico idiomate scriptam in charta papirea sigillis ipsorum amicorum communitam et obsignatam coram ipso iudicio reproduxerunt atque ipsam in librum terrestrem Costensem inscribi et acticari petierunt, cuiusquidem concordiae ex Polonico idiomate in Latinum translatae tenor de verbo ad verbum sequitur estque talis:

A. D. 1551. feria quinta post festum sacratissimae Paschae [f. 93⁰] prox. facta est concordia et amicabilis compositio inter n. Georgium P., Thomam et Petrum P. fratres germanos in villa et hereditate Podlisky, ex una, et Iacobum R. et Adamum, Andream etiam Rokossowski, fratres patrueles germanos, heredes in villa et hereditate Belczilasz, ex altera partibus, per gener. et n. dnos Franciscum Starkowieczky, Iohannem Dziewiczky et Nicolaum Plawski, tunc temporis dni succamerarii Poznan. vicesgerentem, et hoc occasione granicierum inter villas et hereditates Belczilasz ipsorum Rokossowskie et Pudliski ipsorum Pudliskowskie, et hoc incipiendo a scopulo angulari (inseratur essentiale granicierum, prout sint factae inter hereditates). Quamquidem concordiam per praefatos arbitros et amicabiles compositores factam partes praefatae tenebuntur sibi ipsis invicem tenere et omnibus adimplere atque ipsas granicies firmiter et perpetuis temporibus tenere sub vadio CCCC marcarum pecuniae in se et suos successores libere coram iudicio assumpto, pro quoquidem vadio simul et pro non adimpletione [f. 94] praemissorum in praesenti inscriptione contentorum, si se una pars praesentem inscriptionem malitiose [1]) infringens parti eam tenenti citare litterali citatione in iudicium capitaneale castrense Poznan., cui se praesentibus incorporaverunt, permiserit vel eius successores permiserint, extunc tali citationi talis pars in primo citationis termino tanquam peremptorio stare, parere, respondere et tam pro re principali, quam vadio praefatis totiens, quotiens opus fuerit, a iudicio illo non recedendo satisfacere ac decretum pati debet, ipsum primum terminum ullis dilationibus vel exceptionibus, motionibus, appellationibus, vera vel simplici infirmitatibus, conventionibus, inhibitionibus, litteris regalibus in contrarium quomodolibet obtentis, aura pestifera, aquarum inundationibus aliisque omnibus et singulis diverticulis et remediis iuris, quibus se niti ac defendere contra praesentem inscriptionem aut ex ea subsequutam citationem talis pars non vult et abrenuntiat, evadendo penitusque nichil sibi iuris remediorum contra praesentem inscriptionem assu- [f. 94⁰] mendo, verum si quid talis pars acceperit, per hoc suam causam in toto

---

[1]) Cod. mali quo.

perdet et amittet; quibus omnibus et singulis praemissis ipsae partes praefatae se et suos successores submiserunt et ea in se et suos successores ac bona quaevis sua libere coram iudicio terrestri assumpserunt, nulla in praemissis praescriptione terrestri obstante; super quo ambae partes adiudicatum solverunt.

81. Inscriptio debiti ad tempus certum obligati sub simili vadio.

Constituti personaliter coram iudicio terrestri et ad acta praesentia terrestria Poznan. n. Bartholomeus et Iohannes Grodzisczy fratres germani recedendo a palatinatu et districtu suis propriis, in quibus subsunt, et in quibus bona ipsorum consistunt, et se iurisdiccioni capitaneali castrensi Poznan. bonaque omnia sua subiciendo et incorporando n. Barbarae G. sorori suae germanae et n. Blasii N. oppidani (s) de Opalienicza uxori legitimae ac eiusdem Barbarae successoribus legitimis respondere sponte et libere ambo insimul et indivise recognoverunt se teneri et debere eidem sorori [f. 95] suae veri certi et legitimi debiti XL marcas .. et hoc satisfaciendo eidem Barbarae de bonis ipsius paternis et maternis pro dote ipsam inter ipsos concernente, quas XL marcas eidem sorori suae in omnibus bonis suis inscribunt et obligant dare, solvere et circa acta castrensia Poznan. reponere pro festo prox. et immediate sequenti Natalis Dni, et hoc sub vadio similium XL marcarum pecuniae pro termino praefato ad solvendum succumbendo, quod vadium, quamvis etiam summam principalem in termino citationis reposuerint, non evadent, sed mox lapso termino solutionis in summam principalem convertetur citatique ipsi fratres Grodziczczy per ipsam sororem eorum praemissorum ratione citatione litterali in iudicium castrense Poznan., cui se per praesentes incorporarunt, extunc in ipso termino citationis primae debebunt stare, parere et respondere et tam pro summa principali, quam vadio praefatis in unam summam redactis, non recedendo a iudicio, satisfacere et decretum pati debent et tenebuntur, ipsum primum [f. 95⁰] terminum vera vel simplici infirmitatibus non differendo, pro maiori sibi non recipiendo, appellationes et motiones iudicis nullas facientes, nullos defectus praesenti inscriptioni vel ex ipsa subsequutae citationi obicientes penitusque nichil iuris remediorum, quibus praemissa evadant, sibi in auxilium assumendo, quemcunque autem acceperint eis in sua causa et actione eadem debebunt (s), quibus omnibus praemissis ipsi fratres se ipsos et ipsorum successores submiserunt et ea in se, bona quaevis sua et successores suos libere praesentibus assumpserunt, nulla in praemissis praescriptione obstante terrestri; et ibidem coram eodem iudicio praefata n. Barbara soror ipsorum fratrum Grodziczkich habens penes se praedictum maritum suum recognovit sibi ab ipsis fratribus Bartholomeo et Iohanne G. pro dote de bonis paternis et maternis ipsam inter eos concernente plenarie et integre satis- [f. 96] factum esse; quae n. Barbara soror ipsorum, ubi et postquam a suis fratribus praedictis praedictam summam XL marcarum loco dotis acceperit, mox

et incontinenti eosdem fratres de ipsa summa XL marcarum pecuniae quietare debebit et tenebitur; super quo adiudicatum etc.

82. De officio burgrabiorum terrestrium et causis per eos exercendis.

Burgrabii terrestres debent esse iurati et possessionati in eorum districtibus propriis, burgrabii tenentur sub bona, diligenti et fideli custodia libros seu acta capitanealia, quae illorum custodiae sunt commissa, in seraculis praetoriorum civilium vel testitudinibus ecclesiarum conservare notariosque idoneos et fideles ad introducendas actiones et causas hominum habere debent et tenebuntur. Item nullas causas auctoritate sua iudicare possunt absque speciali commissione litterali capitaneali, praeterquam articulos in- [f. 96⁰] frascriptos: primum, ubi quis sub absentia capitaneali citatus fuerit ad praesentiam burgrabialem districtus proprii ad tollendam pecuniam de bonis immobilibus reemptionalibus; secundo, ubi quis citatus fuerit ad districtum proprium ad fideiubendum vadium capitaneale de pace tenenda; tertio, quum quis citatus fuerit pro repercussione pignoris et poena XIV marcarum exinde sequuta occasione non solutionis contributionum regalium in conventione generali. Item possunt super negotiis arduis et oportunitate hominum contractus, concordiam, obligationes debitorum, quietationes oportunas, recognitiones ministerialium officiosas suscipere et in acta capitanealia introducere et inscribere. Item tenentur in iudiciis terrestribus praesidere, pacem iudicii, pacem communem hominum iuridice litigantium custodire, guerras et insolentias cohibere et cohercere, arma hominibus cum armis ad locum iudicii venientibus auferre, tollere et recipere ac pro se usurpare. [f. 97]

83. Item in quanto diligentius et acuratius iudicialia perlucrorum hominum absque quavis negligentia tenentur exequi debite, et caveant, ne terminos iudiciales ex decreto iudiciali ipsis ad exequendum decreta perlucrorum assignandos et praefixos in iacturam et damnum hominum desertent, immo vero illis satisfacient pro debito sui officii.

84. De pignoribus occasione non solutionis contributionum regalium per burgrabios exercendis.

Item burgrabii acceptis regestris ab exactoribus regiis sub data illius diei, in quo sibi regestra extraderentur villarum non solventium contributiones regales, debent mittere ministerialem districtualem cum duobus suis familiaribus et scriba ad villas illas contributiones regales non solventes, qui venientes ad unamquamque villam talium seorsum debent recipere in [f. 97⁰] illa una villa in pignore unum bovem sine spe restitutionis iuxta dispositionem statuti regis Ladislai Iagello in privilegio Iedlna constituto folio XLIX[1]), quod pignus si per dominum villae vel villanos recipi denegabitur seu repercutietur, extunc citabitur dominus villae citatione litterali peremptorie

---

[1]) Odnośny przepis w zbiorze Łaskiego znajduje się fol. LI.

ad instantiam officii instigatoris capitanealis pro poena XIV marcarum, in qua succubuit occasione repercussionis pignoris, cum qua poena in termino sibi in citatione praefixo et assignato parere debet coram officio castrensi N., quae citatio ibidem [in] continenti per ministerialem in eadem villa poni debet; quo termino adveniente sive citatus in termino comparuerit, sive non, nichilominus in poena XIV marcarum pro dno capitaneo solvendarum iudicialiter condempnari debet, quam poenam solvere debet in duabus septimanis sub pignore dni capitanei. Tandem adveniente termino post lapsum duarum septimanarum attentabit instigator officii capitaneatus coram officio castrensi solutionem poenae XIV marcarum dno capitaneo decretarum, quam si ibidem repercussor pignoris non solverit, attentationem suam [f. 98] instigator sibi ad acta castrensia inscribi faciet, et demum postulabit ab officio sibi de iure dari et addi ministerialem districtualem ad expignorandum poenam XIV marcarum dno capitaneo decretam quottidie, quod sibi decerni debet; talis ministerialis taliter decretus ibit cum familia burgrabii ad villam repercussoris pignus et ibidem postulabit pignus ex parte capitanei in poena XIV marcarum iudicialiter decreta sibi dari et admitti, ubi si pignus non denegabitur, recipiet ministerialis bovem in media marca, vaccam in 16 gr., equum valentem in marca, et sic per consequens recipiet usque ad totalem solutionem sive satisfactionem XIV marcarum. Si vero pignus per repercussorem ad postulationem ministerialis dari denegabitur, tunc ibit ministerialis ad officium castrense, ubi ius restituendo faciet relationem seu recognitionem ex expignoratione facta, quia de iure [f. 98⁰] decretus expostulavit ex parte dni capitanei apud repercussorem pignus in poena XIV marcarum dari et admitti, quod pignus non est sibi admissum, immo vero est denegatum; qua recognitione facta iudicium decernere debet poenum trium marcarum dno capitaneo super denegatore pignoris et totidem iudicio, quas poenas solvere debet quottidie. Et nichilominus iudicium decernere debet burgrabium terrestrem et [cum] ministeriali secunda vice ad expignorandum in bonis denegatoris pignus poenas XIV marcarum dno capitaneo decretas cum poenis exinde sequutis quottidie. Demum tandem ibit burgrabius cum ministeriali ad bona denegatoris pignus, ubi faciet eam ipsam exequutionem pro parte sive ex parte dni capitanei, ita, prout superius descriptum est.

85. Ubi si pignus denegabitur, faciet coram officio castrensi burgrabius cum ministeriali ex facta expignoratione recognitionem, quia pignus denegatum et non est admissum, qua recognitione facta iudicium de- [f. 99] cernere debet poenam trium marcarum dno capitaneo et iudicio poenam XIV marcarum super denegatore pignoris, ex eo, quia secunda vice ad postulationem burgrabius cum ministeriali pignus in poenis decretis postulavit, quod illic non [est] admissum immo denegatum, quas poenas denegator solvere debet quottidie. Et nichilominus iudicium decernere debet dno capitaneo

brachium regale alias vicesgerentem dni capitanei ad introligandum ipsum de brachio regali cum littera adiudicatoria dni capitanei in bona immobilia denegatoris pignoris, videlicet tam in poena principali XIV marcarum, quam etiam in poenis exinde sequutis tam dno capitaneo quam etiam iudicio seu officio castrensi iudicialiter decretis, summando et iungendo poenas decretas cum summa principali XIV tam dno capitaneo, quam etiam iudicio capitaneali decretas, videlicet in quibuslibet X marcis in unum mansum possessionatum, de quo una marca census solvitur, vel in duos mansos agri desertos loco unius mansi possessionati, prout supra de exten- [f. 99⁰] sione brachii regalis latius disponit etc.

86. De inscriptione uxoris marito.

Uxor nichil inscribat marito suo sine consensu amicorum proximorum, et si inscripserit illud, nullius roboris [sit], inhaerendo consuetudini Cracoviensi[1]).

87. De remptione bonorum obligatorum.

Item causa pro reemptione bonorum obligatoriorum coram officio castrensi exequi et experiri debet, coram quo ad citationem primam semper terminus esse debet peremptorius, in quo termino possessor bonorum obligatoriorum pecuniam obligatam a domino proprietario, dilationibus omnibus iuris praetermissis, tollere et recipere debet ac tandem de summa percepta dnum proprietarium quittare, et exinde possessio bonorum dno proprietario adiudicari debet. Si autem citatus in termino huiusmodi peremptorio non paruerit, extunc pars citans in contumaciam partis citatae non [f. 100] comparentis pecuniam obligatam in cancellariam castrensem ponet, quae cancellaria de repositione pecuniae quittare debet. Et nichilominus possessio illorum obligatoriorum dno [bonorum] proprietario adiudicanda erit. Cum autem contumax ex cancellaria pecuniam suam recipere voluerit, debet cancellariam de repositione et perceptione pecuniae quietare, nichilominus tamen soluto iure cancellariae a qualibet marca per 2 gr. Iudices etiam tam terrestres quam castrenses non debent in iudiciis ipsorum dilationes superfluas et iustitiae communi contrarias, per quas posset differri iudicium, in praeiudicium alicuius partis aut rei facere, sed si super qua ambiguitate alicuius causae iudex receperit sibi ad deliberandum, tenetur iustitia Dei suadente ex deliberatione sua sententiam suam in proximis iudiciis suis futuris ferre.

88. De arestandis pecuniis.

Nemini hominum tam possessionatis quam impossessionatis pecuniae arestari debent, nisi ex causa legitima: quando quis alicui suo debitori pecuniam arestare voluerit, primum ostendere debet coram iudicio, propter

[1]) Łaski, Commune privilegium fol. CXXI.

quam causam, si istud de iure veniens deberet, videlicet utpote si arestator asseveret aliquam pecuniam sibi per illum debitorem habere obligatam et inscriptam, vel perlucra aliqua super eo de iure perducta habere se praetenderet, aut saltim si ipsum pro aliqua iniuria ad valorem pecuniae taxata dudum (s) huiusmodi arestum in aliquod iudicium terrestre vel castrense citatione litterali prima vel secunda citasse dixerit, istud incontinenti inscriptionibus litteratoriis arestator comprobare iuridice tenetur, tunc ipso facto arestum habebit locum, si vero arestator unam ex istis causis non probaverit, debitor ab aresto liber esse debet.

89. De adcitatis cum coadiutoribus pro violentiis patratis. [f. 101]

Si quis pro quibuscunque violentiis cum coadiutoribus suis in iudicium terrestre sive castrense citatus fuerit, et ille citatus volens evadere poenas violentiae a coadiutoribus, acquiescendo consuetudinibus Cracoviensibus, de quo folio CXXII, voluerit intercedere coadiutores, videlicet dicendo coram iudicio circa propositionem contra se faciendam: coadiutores intercedo, istud sibi de consuetudine iuris nostri in subsidium accipere non potest, quandoquidem ausus erat coadiutores sibi ad patrandam violentiam assumere, merito perinde de iure poenis violentiae puniri debet, et eo non obstante tenetur super citationem cum coadiutoribus citatus respondere, dummodo violentia homicidio, vulneribus, repercussione curiae vel domus invasione vel repercussione stratae publicae aut receptione rerum [f. 101⁰] quarumcunque immobilium violenta fuerit connotata et per nobiles ac ministerialem de tempore contra ipsum protestata, unde in tali casu sive citatus coadiutores intercesserit, sive non, nichilominus actori iuxta statutum regni folio XVI, quod incipitur: Praeterea, ut calumniis via praecludatur [1]) probatio cum testibus, prout iuris est, super violentiam patratam contra citatum iudicialiter decerni debet, et tandem citatus iure victus debet in poenis violentiae iudicialiter condempnari, videlicet a quolibet coadiutore seorsum nobili per tres marcas et quolibet coadiutore plebeo per unam marcam actori et totidem iudicio solvendas, nam quos timor Dei a malo non revocat, vigore poenae temporalis coercentur.

90. De administratione et locutione iuris villani.

Qualiter procedendum, dum aliquis cum subdito vel familiari domestico alicuius ius et iustititiam pro quibuscunque iniuriis dari et administrari sibi [per] dominum rei per nobiles postulaverit, tunc ille dnus tenetur [f. 102] de iure postulanti terminum pro consequenda iustitia in duabus septimanis a die postulationis includenda [assignare], qui terminus debet esse partibus peremptorius, pro quo termino administratio iuris in curia et domo advocati, sculteti aut villici villae illius, ubi reus existat, utrumque ius videlicet terrestre seu

---

[1]) Cod. Praeterea, ut calumniis violentiis viarum. (Cytat ze zbioru Łaskiego).

Polonicum et Teutonicum de mane ante meridiem locare debet, videlicet in iudicio Polonico locabit duos nobiles possessionatos idoneos et iuris peritos unum videlicet in iudicem, alterum in subiudicem, circaque iudicium tenetur etiam habere scriptorem propter actiones iuridicas conscribendas et ministerialem districtualem vel eius vicesgerentem propter ingruentia testimonia.

91. In iudicio vero Theutunico, in quo villa locata est, debet locare iudicium bannitum, videlicet advocatum seu scultetum cum scabinis iuratis, coram quibus iudiciis taliter locatis vel coram uno seorsum actor in iudicio illo sibi competenti reconveniet reum pro suis iniuriis, iudex tan- [f. 102⁰] dem auditis partium propositionibus et responsis attendere debet, ut si actor reum pro capite plebei occiso vel vulneribus officiose protestatis coram suo iudicio reconvenerit, iudex actori pro capite occiso contra reum vel vulneribus probationem seu documentum, prout iuris est, decernere debet iuxta statutum regni folio XVI, quod incipitur: Praeterea, ut calumniis etc. Quod si iudex aliquibus difficultatibus vel dubiis occasione controversiarum partium obvolutus esset, tunc poterit sibi super ambiguitate causae et sententiae per eum diffinitive ferendae cum toto causae effectu ad interrogandum dominos iudiciales terrestres super primos et prox. terminos particul. proprii districtus recipere, conscriptis nichilominus partium propositionibus, responsis ac earum controversiis, et insuper ille iudex debet ibidem partibus ex interrogatione facta terminum deferre, assignare, et praefigere ad illum locum iudicii sui in duabus septimanis post celebrationem terminorum [f. 103] particul. ad ferendam sententiam ex informatione dominorum iudicialium facta et obtenta, talem videlicet terminum, prout die illa iudicii villani partes actionem inter se habuerunt et habere debuerunt, nullius partis iure laeso; terminus duarum septimanarum istarum numerari debet ab incepta die prima iudiciorum terminorum particularium. Quo tandem termino ex informatione iudicii adveniente iudex ille villanus partibus comparentibus sententiam diffinitivam ex informatione dominorum iudicialium, iam omnibus dilationibus iuris postpositis, ferre debet, ubi tunc in instanti actor contra reum probationem seu documentum iuxta informationem dominorum iudicialium super iniuriis suis praestare debet. Et ibidem post factum documentum iudex decernere debet actori solutionem rei iudicatae per reum faciendae in VIII septimanis sub pignore illius iudicii, alias solutio pro capite occiso plebei sunt decernendae 10 marcae, pro vulnere vero quolibet seorsum [f. 103⁰] tam sanguinolento, quam livido per unam marcam, quamquidem solutionem rei iudicatae reus facere debet infra decursum dictarum VIII septimanarum remque illam iudicatam apud dominum suum aut advocatum sive scultetum vel villicum eiusdem villae realiter et cum effectu reponere.

92. Quo tandem termino post lapsum VIII septimanarum adveniente actor seu victor debet venire cum ministeriali et duobus nobilibus ad dominum rei seu victi et in absentia eius ad advocatum sive scultetum seu

villicum, ubi attentabit solutionem rei iudicatae sibi faciendam, ubi si solutio sibi impendetur, in illa contentari debet, et dominus protestabitur super solutione facta, ubi vero solutio rei iudicatae ibidem tunc non fuerit facta, extunc victor postulabit per ministerialem apud dominum victi dari sibi pignus de bonis mobilibus in re iudicata iuxta decretum iudiciale, ubi si pignus denegabitur, recipiet bovem in media marca, vaccam in 16 gr., equum valentem in marca etc. usque ad totalem satisfactionem rei iudi- [f. 104] catae etc., quod si pignus taliter, ut praefertur, postulatum denegabitur et non dabitur, tunc citabitur dominus victi in iudicium terrestre competens peremptorie pro non solutione per victum rei iudicatae, in qua solutione rei iudicatae iam solus dominus victi merito de iure succubuit, eo, quia pignus in bonis victi mobilibus in re iudicata non admisit neque dedit, exindeque occasionem ex se non solvendae rei iudicatae dedit; quo facto citatus in solutione rei iudicatae iudicialiter cum poena trium marcarum parti et totidem iudicio condemnari debet.

93. Quod si citatus in termino citationis se coram iudicio excusaverit asserens, quod ille victus tam inops et egenus esset, ut penitus nichil substantiae vel facultatum in rebus mobilibus habeat, in quibus res iudicata expignorari poterit, quod si istud dominus victi corporali iuramento de iure comprobaverit, tunc ipso facto decreto iudiciali mediante victus [f. 104⁰] victori in manus tradi debet, inhaerendo regulae iuris, quae disponit, qui non habeat in aere, puniatur in corpore: plebeus occidens nobilem de iure capite puniendus, vulnerans autem nobilem, in membris corporis puniendus. Item pro iniuriis quibusvis communibus quisque coram iudicio bannito villano, ut supra, sibi ad requisitionem locato exemplo iuris civilis experiatur. Item si quid iudex villanus in contrarium huius ordinationis decreverit, moneatur ad iudicium terrestrium terminorum particul. in proximo celebrandorum etc.

94. Locatio iuris decreta.

Domini iudicio terrestri N. praesidentes ex propositionibus et responsis ex citatione litterali inter laboriosum Valentinum Lugowski, kmethonem de villa Glodno generosi Ieronimi P. subditum, et nobilem Iohannem T. occasione non administrationis iuris cum laborioso Simone dicto Nixol subdito ipsius de villa T. pro receptione duorum curruum feni valoris unius marcae pecuniae, prout citatio cum copia latius canunt iudicialiter decreverunt, quia praefatus n. Iohannes T. debet sibi laborioso Valentino L. ius [f. 105] dare, locare et iustitiam ministrare cum praefato laborioso Simone N. subdito suo de villa T. pro praefata receptione duorum curruum feni valoris I marcae pecuniae a data praesentium in VIII septimanis sub poenis iudicialibus. — Quaelibet citatio pro non administratione iustitiae ultra naturam aliarum citationum tres in se personas continet: actorem, citatum et illum, cum quo ius et iustitia requiritur. In termino itaque tali citatus nullas ex-

ceptiones de forma iuris pro parte ipsius, cum quo iustitia requiritur, facere potest, nisi iustitiam ministrare, quoniam nulla pro alia re, nisi pro ministranda iustitia citatur, et ille, cum quo iustitia ministranda requiritur, in illo termino ex decreto iudicii terrestris ministrandae iustitiae pro parte sua contra propositionem allegationes et exceptiones facere potest.

95. Remissio ad proprium districtum

In termino hodierno ex vi decreti iudicialis super modernos terminos Poznan. inter n. Iohannem R. partem actoream et n. Iohannem K. partem citatam occasione violentae receptionis, distractionis, desertationis [f. 105⁰] et annihilationis 20 bolveariorum ipsius N. propriorum et ipsum ex eis propulsionis per ipsum n. Iohannem K. in bona ipsius N. villae et hereditatis R. [cum] coadiutoribus 10 nobilibus et 20 rusticis factae, quod ipse R. pensat ad valorem et ad poenam iuxta commune statutum regni et pro violentia, prout decretum iudiciale prox. praeteritorum terminorum latius canit, dependente et devoluto:

Posteaquam ipse Iohannes R. ratione officiosa sufficienter docuit se esse in illo districtu P., in quo bona S., in quibus praefata iniuria praetenditur esse facta, possessionatum praefatoque iudiciali decreto satisfecit, domini iudicio praesidentes ad debitam ipsius Iohannis R. instantiam partes praefatas tam videlicet actoream quam citatam ad proprium districtum O. in quo bona praefata N. consistunt ad experiendum iuridice pro praefata iniuria remiserunt remittuntque praesentibus, nullius partium iure laeso et nulla terrestri praescriptione alicui partium obstante, super quo adiudicatum ipse n. Iohannes R. solvit.

96. Continuatio terminorum generalium. [f. 106]

Constituti personaliter coram iudicio terminorum generalium seu colloquialium Poznan. n. Stanislaus N. canonicus etc. suo nomine et cum procuratorio generosi Andreae Obiezerski fratris suis germani, tum et omnium et singulorum subditorum suorum, ex una, et famatus Valentinus de Poznania procurator legitimus nobilis Thomae K. et laboriosi S. Swiathoslai N. kmethonis de villa Wargowo ac omnium et singulorum subditorum praefati n. Thomae Kiszewski, de quorum sufficienti mandato plenam coram iudicio fecit fidem, sponte et libere fassi sunt et recognoverunt, quia ipsi omnes et singulos terminos iudiciarios omnium et singularum causarum pro quibuscunque iniuriis seu damnis coram iudicio terminorum particul. Poznan. inter ipsos fratres O. eorumque quoscunque subditos necnon Thomam K. ac eius subditos coram quocunque vertentium et motarum et per viam [f. 106⁰] motionis domini iudicis Poznan. seu et alia quacunque causa et ratione ad moderna iudicia generalia colloquialia Poznan. devolutos ac in quibuscunque gradibus et punctis iuris dependentes ad prox. futura iudicia generalia seu colloquialia Poznan. extunc in proximo Poznaniae celebranda ob spem pacis

ac mutuae concordiae distulerunt, limitaverunt et continuaverunt in pleno vigore et nullius partium iure laeso, in quibus terminis generalibus colloquialibus Poznaniae prox. celebrandis omnes partes, tam videlicet ipsi praefati dni et heredes, quam eorum omnes et singuli subditi habent et habebunt terminum seu terminos peremptorios ad omnia et singula iuridice agendum pro omnium et singularum causarum statibus et exigentia, quod ex actis praesentibus petierunt connotari.

97. Continuatio generalis sic scribitur.

Continuatur terminus peremptorius seu potius termini peremptorii super primos et prox. terminos particul. huc Poznaniae prox. celebrandos [f. 107] tales, quales hodie fieri debuerunt, inter Iohannem etc. eiusque omnes et singulos subditos de villa N. et nobilem Iacobum R. heredem in N. et ipsius subditos quoscunque, et hoc in omnibus causis eorum et subditorum ipsorum utrinque seorsum et respective tam ex citationibus quam ex quibuscunque aliis gradibus et punctis iuris dependentibus, etiam iuramentorum quorumcunque, prout citationes seu actus et inscriptiones quaecunque latius canunt, quibus terminis particularibus Poznan. prox. celebrandis ambae partes praefatae et earum subditi ex utraque partibus habent et habebunt terminum et terminos ad omnia et singula iudicialiter agendum et disponendum pro causarum exigentia talem seu tales, prout hodie habuerunt, nullius partis ac partium iure laeso a (s) praefato Iohanne N. et eius subditis N., et praefatus N. solus et cum sufficienti procuratorio terminum continuarunt.

98. Suspensio terminorum sub uno titulo.

Dni iudiciales iudicio terrestri Poznan. praesidentes ex certis [f. 107⁰] causis et legitimis respectibus eorum animos moventibus terminos particul. modernos P. celebratos, ad prox. futuros terminos particul. Poznan. Poznaniae prox. celebrandos sub uno titulo et pleno vigore distulerunt et prorogaverunt omnesque et singulas causas et actiones iudiciarias ac iuridicas omnium et singularum personarum status et conditionis cuiuscunque et sexus utriusque tam ex citationibus quam adcitationibus seu in quibuscunque gradibus et punctis iuris dependentibus, etiam quae in executione aliquarum inscriptionum ad modernos terminos particul. dependebant et quae suum debitum non sunt sortitae effectum, in pleno, vigore ad prox. futuros terminos particul. Poznan. prox celebrandos conservaverunt [et] conservant, nullius partium iure laeso, quod actis praesentibus connotare demandaverunt.

99. *Quith* eo modo scribitur.

Constituta personaliter coram iudicio terrestri N. terminorum particul. C. nobilis Anna N. consors n. Mathiae Siemowski sponte et libere [f. 108] recognovit ac per expressum fassa est, quia sibi a nobili Mathia Siemowski marito suo legitimo pro dote ac dotalitio ac omni suppelectili domestica,

quam habuit in bonis villarum O. et C. reformatam, ita, prout reformatio ipsius Annae dotalitialis de hoc latius canit, [esse satisfactum] ratione cuiusquidem satisfactionis dotis et dotalitii praedictorum ipsa n. Anna per eundem Nicolaum Siemowski maritum suum pro praemissis quietat, absolvit et liberum mittit litterasque suas dotalitiales cassat, mortificat et in nichilum redigit temporibus perpetuis.

100. Attentatio resignationis bonorum iuxta obligationem alicui factam.

Constitutus personaliter coram iudicio terrestri P. nobilis Mathias Iastrzempski attentavit resignationem totius et integri [prati] praedicti [n. Stanislai] N. pro hodiernis terminis particularibus iuxta ipsius inscriptionem libro dni [f. 108⁰] capitanei districtus C. factam in duabus sexagenis pecuniae in vim reemptionis cum omni iure, nichil excipiendo, sibi per ipsum Stanislaum etc. faciendam, quam attentationem seu diligentiam, quia praefatus n. Stanislaus N. non venit ad iudicium terrestre nec praefatum pratum sibi in duabus sexagenis pecuniarum in vim reemptionis resignavit, petiit ipsam sibi libro terrestri inscribi et acticari, quod illi est admissum.

101. Retractatio sententiae dni iudicis.

Quemadmodum causa et actio in iudicio terrestri Poznan. inter providum Albertum n. Iohannis B. familiarem et subditum et n. Nicolaum M. et hoc occasione 5 vulnerum cruentorum et duorum lividorum sibi Alberto per ipsum Nicolaum M. in via libera regali violenter inflictorum, ita, prout de hoc controversia totusque eiusdem causae processus latis disponit, vertebatur et mota fuerat, hic tandem per viam motionis dni iudicis terrestris Poznan. ad moderna iudicia generalia et colloquialia Poznan. est de- [f. 109] voluta, in termino itaque hodierno partibus comparentibus, videlicet tam generoso n. S. de Gay Obornyczky iudice terrestri Poznan. sententiam suam in ea causa latam ex rationibus in actu controversiae descriptis approbari et confirmari, quam etiam n. Nicolao M. eandem sententiam domini iudicis etiam ex rationibus in actu controversiae descriptis et specificatis retractari et reprobari petentibus, dnus itaque palatinus Poznan. cum dnis consiliariis regni ipsis iudiciis generalibus colloquialibus Poznan. praesidentibus, attenta atque exacte discussa controversia, sententiam dni iudicis terrestris Poznan. in ipsa causa tanquam indebite latam retractaverunt et reprobaverunt, retractant ac reprobant praesentibus partesque praefatas tam videlicet etc. ad prox. futuros terminos particul. huc Poznaniae in prox. celebrandos ad ulterius in ipsa causa procedendum remiserunt, remittunt praesentibus, super quo adiudicatum etc. solvit etc.

102. Resignatio bonorum per modum commutationis [f. 109⁰] coram quocunque iudicio facta.

In nomine Domini amen ad perpetuam memoriam. Nos Nicolaus Oborniczky iudex et Mathias Golniczewsky subiudex terrestres Poznan. significamus tenore praesentium, quibus expedit, universis, quomodo ad nostri aliorumque eiusdem terrae nobilium praesentiam veniens personaliter n. Bartholomeus L. non compulsus non coactus neque aliquo devio errore seductus, sanus mente et corpore, amicorumque suorum salubri fretus consilio et matura intra se deliberatione praehabita, totas et integras sortes suas oppidi Zduny et villae ac hereditatis de sorte N. et duorum molendinorum aquaticorum, altero cognominato N. et altero M., in hereditate oppidi O. situatorum et consistentium in districtu N. siti cum omni dominio et proprietate, prout solus tenuit, habuit et possedit, nichil horum sibi [f. 110] suisque successoribus legitimis reservando, necnon cum omnibus utilitatibus, usibus, censibus, hereditatibus, fructibus, proventibus, attinentiis, pertinentiis et generaliter obventionibus universis nullis exceptis ita late, longe, circumferentialiter, prout eadem bona ab antiquo in metis et limitibus suis sunt distincta et limitata, generoso Georgio Konarski et ipsius successoribus legitimis pro totis et integris sortibus villarum et hereditatum N. in districtu M. sitarum et pro 300 flor. per 30 gr. computatis.. additamenti per ipsum magnif. Georgium sibi Bartholomeo facti dans litteram, terrena bona pro bonis, hereditatem pro hereditate inscripsit, permutavit, dedit et iuxta terrae consuetudinem in perpetuum resignavit, reservans sibi ipse Bartholomeus L. et suis successoribus legitimis paludem alias *cal* dictum N. in hereditate oppidi Zduny pro construendo stagno, quoque pascua in locis [f. 110⁰] sterilibus camporum, silvarum et in glandinibus in praefatis bonis oppidi Zduny et villae N. in districtu P. consistentibus ac scisuram liberam arborum et lignorum tam pro foco, quam pro aedificiis in eisdem bonis praefati oppidi Zduny et villae N. pro necessitate curiae suae tam in villa et hereditate N., quam aliis singulis, consentiente ad id praefato magnifico Georgio K., per ipsum magnif. Georgium K. et eius legitimos successores bona praefata habendum, tenendum, utifruendum, pacifice et quiete possidendum, dandum, vendendum, donandum, alienandum, commutandum et in usus suos beneplacitos convertendum. Quamquidem resignationem modo praemisso coram nobis factam ratam habendo nostri capitaneatus ex officio gratam suscepimus ipsamque ratificavimus per praesentes, decernentes eam robur perpetuae firmitatis habituram. Harum testimonio litterarum, quibus sigillum nostrum est appensum. Actum et datum Poznaniae etc. praesentibus generosis et nobilibus Sebastiano N. vicecapitaneo etc.

103. *Varunek* ex hac resignatione.

Constitutus personaliter coram officio dni capitanei et ad [f. 111] acta praesentia castri Poznan. n. Bartholomeus iudex terrestris recedendo

a districtibus suis propriis, in quibus ipse Bartholomeus et bona eius consistunt et submittendo se bona quaevis sua, ubicunque illa nunc habet quomodolibet resignata, et successores suos pro rebus in praefata inscriptione expressis hic in iudicio capitaneali castrensi Poznan., cui se et successores suos praesentibus incorporando respondere sponte et libere recognovit, quia fideiussit ac fideiubet ac se et suos successores in bonis suis quibusvis et praesertim sortem villae N. et *wlodiki* (s) praesentibus inscribit generoso Georgio Konarski castellano, quod ipse Bartholomeus cum suis successoribus dictarum sortium villarum N. et *wloki* possessoribus pro tempore existentibus toties, quoties opus fuerit, debebit evincere, eliberare et indemnes reddere, totas sortes suas oppidi Zduny et villae N. desertae in [f. 111⁰] districtu L. sitae per se eidem Georgio in perpetuum ex contractu permutationis, alias dando terram pro terra, resignat, prout de hoc littera ipsius resignatoria latius disponit, a nobilibus C. M. Lutrosky sororibus suis germanis ac ab omni homine status et sexus utriusque ipsum Georgium in eisdem bonis sibi resignatis iure impediente et impedire volente, prout ad aliquam personam praescriptio terrestris pertinet, et ab omnibus citationibus, dotibus, dotalitiis, obligationibus, inscriptionibus, resignationibus, debitis, lucris et terminis puibusvis censibusque spiritualibus et saecularibus et generaliter ab omnibus impedimentis iuxta terrae consuetudinem sub vadio 1000 marcarum .. in casu [1]) evictionis per eundem Bartholomeum et eiusdem successores nominato Georgio et eius successoribus ipsorum bonorum ab impedimentis praefatis ad solvendum, quoties opus fuerit, succumbendo, hoc tamen excepto et specialiter expresso, quod ipse Georgius duo molendina oppidi Zduny unum N. et alterum P. in vim reemptionis pro summa [f. 112] 15 florenorum in auro Ungar. et 90 marcarum necnon prata villae P. nobilibus Nicolao O. et Mathia N. pro summa 150 marcarum in vim reemptionis resignata et inscripta, prout de hoc inscriptiones ipsae latius disponunt, sua propria pecunia evincere et eliberare ab eisdem n. Iohanne N. et Mathia O. debebit, atque citatus ipse Bartholomeus vel eius successores per praefatum Georgium vel suos successores praemissorum ratione citatione litterali hic in iudicium capitaneale castrense Poznan., cui se praesentibus incorporavit, in primo citationis termino tanquam peremptorio stare, parere, respondere et tam pro re principali quam vadio praefatis, non recedendo a iudicio, satisfacere ac decretum pati debet, a iure terrestri et districtibus suis recedendo [et] appellationibus, motionibus, exceptionibus, dilationibus et coloribus iuris ac diverticulis quibusvis excogitatis et excogitandis, quibus se niti et defendere contra praemissa posset, renuntiando, nullosque defectus [super] praemissis allegando et penitus nichil iuris remediorum in auxilium contra praemissa, quibus illa evadat, assumens, quaecunque autem

---

[1]) Cod. causu cum.

receperit etc. eis in sua causa cadere debebit, quibus omnibus praemissis se benivole ipse Bartholomeus submisit et ea in se, bona quaevis sua et successores suos libere assumpsit, nulla prescriptione praemissa evadendo etc.

104. Citatio pro non solutione alicuius rei.

Sigismundus Augustus D. g. Rex Poloniae etc. tibi n. Augustino Miedzerzeczky de bonis tuis hereditariis villae et hereditatis D. et aliisque omnibus bonis tuis, quaecunque habes in districtu Poznan., vigore nostro regio mandamus, quatinus in terminis particul. Poznan. Poznaniae prox. celebrandis coram nostro terrestri iudicio personaliter compareas ad instantiam n. Iohannis Chocziszewski, qui te citat pro eo, quia tu ex concordia [f. 113] inter te et ipsum n. Iohannem M. actorem facta coram praesentia dni iudicis terrestris N. generosi dni Nicolai etc. VII marcas pecuniae tu ipsi n. Iohanni solvere et dare promisisti, et hoc satisfaciendo illi pro omnibus laboribus tibi per ipsum ad praestam elaboratis. Actamen ipsas VII marcas ipsi Iohanni non solvisti neque tuae promissioni satis[fecisti] in ipsius Iohannis damnum, quod sibi erga te ad alias VII marcas pecuniarum extimat, vel prout ius decreverit; ideo te praefatus n. Iohannes N. citat pro praefatis VII marcis pecuniarum ipsi per te solvi promissis et non solutis necnon pro damnis aliarum VII marcarum exinde sequutis per ipsum Iohannem perpessis, ad haec et ad praemissa iudicialiter responsurus. Datum.

105. Pro non administratione iustitiae citatio.

Qui te citat pro eo, quia tu et in absentia tua villicus tuus in sorte tua villae O. ex parte ipsius nobilis N. actoris pro terrestri consuetudine per nobiles requisitus et postulatus, ut ipsi nobili N. R. tuo nomine ius daret, locaret et iustitiam administraret cum honesto Simone dicto N. familiare tuo pro illicita et clandestina ereptione apium et mellis ex tribus [f. 113⁰] alveariis in sorte borrae ipsius Stanislai N. sortis ipsius villae Ra. per ipsum Simonem, [quod] ministeiiali C. protestatus est, et quod sibi erga ipsum S. pensat etc. unde a te habet et totidem damni vel prout ius decreverit, villicus vero tuus in sorte tua villae N. in absentia tua tuo nomine ipsi nobili R. nullum ius dare neque iustitiam cum ipso Simone administrare voluit nec administravit et neque tu iustitiam administrasti, quod tu fecisti contra ius et terrestrem consuetudinem. Ideo te ipse etc. citat pro praefata non administratione iuris, et ut tu sibi ius dares vel administrares cum praefato Simone dicto N. familiare tuo de sorte tua villae R. pro praefata illicita et clandestina receptione apium et mellis ex ipsius alveariis tribus in sorte borrae etc. per ipsum Simonem facta, quod ipse N. erga ipsum ad 10 marcas etc. et totidem damni, vel prout ius iudiciumque decernet, necnon pro poena, quam dominis iudicio praesidentibus ratione non administrationis iustitiae succubuisti etc.

106. Forma adcitacionis ex remissione terminorum [f. 114] generalium ad terminos particulares et hoc post mortem citati.

Nobili Valentino I. nobilis olim Ianowski citati fratri germano eiusque successori legitimo de bonis tuis hereditariis sortis tuae villae et hereditatis M. devolutionis tuae, post mortem praefati fratris tui te concernentis, de aliisque omnibus bonis tuis, quaecunque in regno nostro habes et possides etc, ad instantiam, qui te tanquam n. olim Iohannis N. fratris tui germani ad omnia bona morte ipsius derelicta legitimum successorem, quandoquidem praefatus n. olim Iohannes N. frater tuus mortuus est, citat et vigore remissionis terminorum general. seu colloquialium etc. tanquam fraternum successorem adcitat ad procedendum ulterius, hoc est ad respondendum iudicialiter per te super contenta citationis originalis in causa iudiciarią praefato olim n. Iohanni N. fratri tuo occasione summae (effectus [f. 114⁰] inseratur) iuxta citationis originalis latiorem continentiam, quandoquidem sententia iudicialis terminorum particul. Poznan. prox. praeteritorum pro parte praefati olim fratris tui lata et promulgata per dnos consiliarios regni praefatis terminis generalibus praesidentes in toto retractata est, prout ipsa citatio originalis, actus controversiae, sententiae retractatio una et remissio terminorum gener. etc. totusque eiusdem causae processus latius canunt, et ad alia omnia et singula in ipsa causa iudicialiter facienda et exercenda pro causae et iustitiae exigentia, ad haec et ad praemissa omnia ac ad citationis originalis contenta iudicialiter responsurus.

107. Exordium citationis super personam bona inscripta habentem.

Tibi nobili Iohanni O. tenutario oppidi C. de bonis nostris regalibus sortis oppidi Costrzon tenutae tuae de summisque tuis pecuniariis tibi quantum pro tuo interesse in eisdem bonis ex tuis antecessoribus inscriptas et obligatas aliisque omnibus bonis etc.

108. Citatio castrensis, constitutio procuratoris. [f. 115]

Andreas comes a Gorka castellanus Poznan. et capitaneus M. Poloniae gener. etc. significamus tenore praesentium, quibus expedit, universis et singulis, quomodo de consensu et voluntate nostra speciali, nobilis Valentinus I. constituit et solenniter ordinavit suum verum et legitimum procuratorem hunc videlicet, qui praesens procuratorium duxerit demonstrandum, in omnibus ipsius causis, quascunque habet vel habiturus est coram quocunque iudicio saeculari capitaneatus nostri, promittens ratum, gratum atque firmum tenere et inviolabiliter observare, quicquid per dictum ipsius procuratorem actum, factum, gestum ordinatumque fuerit in praemissis a data praesentium ad unius duntaxat anni decursum. Datum etc.

109. Constitutio ad acta tutorum.

In nomine Dni amen. Andreas comes a Gorka etc. significamus tenore praesentium, quibus expedit, universis, quomodo ad generosi dni Alberti N. administratoris [1]) officii capitaneatus nostri M. Poloniae gene- [f. 115v] ralis in Calissiensi et Coninensi districtibus per nos dati et deputati aliorumque eiusdem terrae nobilium praesentiam personaliter constitutus n. Andreas Poswiathny heres in Bornorzino sanus mente, aeger corpore, compos tamen rationis recognovit, quia omnem et integram tutelam, curam et gubernationem n Elizabeth filiae suae minorennem [2]) ex nobili Anna N. progenitae bonorumque suorum universorum mobilium et immobilium nunc habitorum et post habendorum in terra et districtu Calissiensi consistentium cum omni iure et plena ac omnimoda facultate nobili Annae uxori suae legitimae, tanquam tutrici supremae, necnon generosis et nobilibus tanquam contutoribus (exprimantur tutores), veluti pupilli praefati uxorisque suae bonorumque suorum universorum, si qui casus post mortem suam occasione pupilli uxorisque praefatae aut bonorum suorum iuridicus vel extraiuridicus acciderit, defensoribus resignavit tutoriam ac tutelam praefatam, ab aliis proximioribus removendo, ad annos 24 vel videlicet tamdiu bo- [f. 116] na praefata per ipsam tutricem tenendum et habendum, quoadusque ipsa Elizabeth pupillis et minorennis nupserit, praesentibus resignavit, conditione tamen hac speciali adiecta, quod si ipsa nobilis Anna N. uxor sua et tutrix pueri minorennis praefati ac bonorum suorum praefatorum post mortem mariti sui moderni ad secundas nuptias convolaverit, stante huiusmodi tutoria, extunc eo facto a tutoria praefata contutoribus hic desuper nominatis cedere debet ac debebit in reformationeque dotis et dotalitii contenta esse cogebitur, per ipsam Annam et praefatos contutores tutoriam praefatam tenendam, habendam et possidendam et administrandam, prout eiusdem tutoris facultas exigere videbitur, quamquidem tutoriae resignationem modo praemisso coram praefato administratore nostro factam ratam habentes nostri capitaneatus ex officio gratam suscepimus ipsamque ratificavimus per praesentes, decernentes eam robur perpetue debitae firmitatis habituram. Harum testimonio litterarum, quibus sigillum nostrum est appensum. Actum, datum etc.

110. Citatio ad querelam pro receptione kmethonis in via publica.

Nobili Iohanni Oszowski grate dilecto etc. Nobilis grate di- [f. 116v] lecte. Questus est nobis officioque nostro capitaneali contra te gravi in querela n. Bartholomeus Bloczki suo et kmethonis sui Ianossiek de villa Iankie nomine, quomodo dum f. 3tia post festum prox. praeteritum ss. Trium Regum prox. misisset ipse n. Bartholomeus Bloczki ex curia sua in villa et

---

[1]) Cod. administrariis.

[2]) Cod. minorum ius.

hereditate Bloczko per eum habita pro lignis ad silvam suam, in eadem hereditate villae Bloczko habitam, famulum suum cum uno vehiculo et praefatum kmethonem suum Mathiam Iassionek cum uno vehiculo pro lignis ad domesticum focum necessariis, cum quibus lignis cum iam domum proficiscerentur, tu, nescitur quo spiritu ductus, accepisti n. Bartholomei in via regali benivola vehicula cum lignis, propria ipsius Bloczski, necnon duos equos cum vehiculis ac lignis, securi atque apparatu equorum et currus praefati Mathiae Iassonek kmethonis et subditi ipsius Bartholomei Bloczki de villa Iankie, quae omnia sic per te accepta abduxisti, quo potuisti, et in usum tuum convertisti, quosquidem equos intra triduum ad forestam regiam, uti [f. 117] iuris est, non dedisti, sed eos circa te hactenus retinens et neque eosdem equos cum praefatis rebus ad ius dare voluisti, quod fecisti contra ius et consuetudinem terrestrem, ideo tibi vigore regio et nostro ex officio mandamus, quatinus coram nobis aut iudicio nostro capitaneali castrensi Poznan. Poznaniae f. 2da in vigilia festi nunc prox. instantis s. Iohannis Bapt. personaliter compareas cum poena XIV marcarum pecuniae et cum praefatis duobus equis ac vehiculis, securi ac aliis rebus per te modo praemisso receptis, citamus te ex officio nostro ad instantiam instigatoris eiusdem officii nostri pro praefata non datione praefatorum equorum ad forestam regiam et pro poena huiusmodi, quam officio [1] luisti nostro, ex eo, quia praedictos equos cum rebus praefatis per te modo praemisso acceptis non praesentasti neque deduxisti ad forestam regiam, prout hoc de consuetudine iuris sub poena praedicta facere debuisti; ad haec et ad praemissa iudicialiter sis responsurus. Datum etc.

111. Quietatio de tutoria.

Constitutus personaliter ad acta capitanealia districtus Costensis nobilis Iohannis N. palam et per expressum recognovit, quia omne ius [f. 117⁰] suum alias *lothunku*, bonorum Grambiewo contenta(s) n. Iacobo Kuranowski, contra quem ius suum praefatum et inscriptionem habuit iuridice obtenta, libere et benivole dimisit et praesentibus dimittit atque ab eodem iure suo et inscriptione occasione pensionis suae taxae alias *lothunku* bonorum N. pro nobili Alberto N. olim N. Iohannis G. Viegorz nuncupato obloquentis benivole recessit et recedit, nolens se de cetero aliquo iure saeculari implicari, solum in sorte sua a domino Deo collata contentus esse termino ipsum n. Iacobum N. ex ipso iure suo et totali inscriptione occasione pensionis praefatae *lothunku* cognominatae quietat, absolvit et liberum misit et mittit in perpetuum librumque praefatum castrensem Poznan. occasione pensionis praefatae obloquentem cassat, mortificat, in nichilum temporibus perpetuis redegit, super quo ipse n. Iohannes N. iudicatum solvit.

---

[1]) Cod. affectio.

112. Relatio ministerialis ex visione ad acta.

Veniens personaliter (nomen) ministerialis ad acta praesentia capitanealia districtus Costensis in vim recognitionis suae coram quocunque officio per eum faciendae recognovit libere, quia personaliter vidit et [f. 118] conspexit (scribatur quottidie et numerum rerum, quas conspexerat et dominus, cui factum damnum sit, in quo loco seu villa et hereditate et a quo damnum patitur), quarum arborum seu rerum truncos seu stipites ipse ministerialis numeravit coramque actis praesentibus idem ministerialis personaliter recognovit, quia eodem die quo supra vidit (inseratur res et numerus earum), quam recognitionem idem ipse ministerialis actis praesentibus inscribi petiit, quod illi admissum est etc.

113. Inscriptio debiti super bona quaevis sua ad certum tempus obligati sub vadio simili ratione non adimpletionis.

Constitutus personaliter coram officio dni capitanei [1]) et ad acta praesentia castri Poznan. generosus Iohannes N. recedens a districtu suo proprio, in quo consistit, et submittens se, bona quaevis sua et successores suos pro rebus in praesenti inscriptione expressis hic in iudicio capitaneali castrensi Poznan., cui se praesentibus incorporat, generoso Petro N. et suis [f. 118⁰] legitimis successoribus respondere, sponte et libere recognovit se teneri et debere veri, certi, mutuati debiti 100 marcas.. eidem Petro N., quas eidem praesentibus in bonis suis quibusvis et praesertim in villa N. districtus Poznan. reponere (exprimatur tempus), ad quod se obligat soluturum [festo] prox. futuro sub vadio aequalium 100 marcarum.. in casu vero solutionis per ipsum Iohannem dicto Petro eiusdem debiti pro termino ad solvendum succumbendo, quod vadium, quamvis eciam summam principalem in termino citationis reposuerit, non evadet, sed in summam principalem mox lapso termino solutionis convertetur atque citatus ipse Iohannes per praefatum Petrum praemissorum ratione citatione litterali pro quocunque die feriato vel non feriato etiam pro [die] iuridica aliqua causarum officii castri Poznan., quae in duabus septimanis tractari consueverunt, debebit stare, parere, respondere et tam pro summa principali quam vadio praefatis, non recedendo a iudicio, satisfacere ac decretum pati iuris terrestris disctrictus sui, [f. 119⁰] appellationibus sive monitionibus, expeditioni bellicae, termino pro maiori, verae vel simplici infirmitatibus, conventioni generali vel particulari, exceptionibus, dilationibus et coloribus iuris ac diverticulis quibusvis quaesitis excogitatis et excogitandis, quibus niti et se defendere contra praemissa posset, renuntiando nullosque defectus [in] praemissis allegando et penitus nihil iuris remediorum ac diverticulorum in auxilium contra praemissa, quibus illa evadat, as-

[1]) Cod. capitaneali.

sumendo. Quaecunque autem acceperit, eis in causa sua cadere debebit. Quibus omnibus praemissis se benivole ipse Iohannes Cho. submisit et ea in se bona quaevis sua et successores suos libere praesentibus assumpsit, nulla praescriptione praemissa evadendo; super quo ipse Petrus memoriale officio solvit etc.

114. Concordia et amicabilis compositio occasione bonorum post mortem alicuius ad aliquam personam devolutorum.

Constituti personaliter coram officio castrensi Poznan. et ad [f. 119⁰] acta praesentia capitanealia castri Poznan. generosi ac n. Georgius, Balthazar, Iohannes N., patruus cum nepotibus germani, una cum generoso Venceslao N. ad recognitionem et inscriptionem praesentem consentientes in toto, rececentes a districtibus suis propriis, in quibus consistunt, et submittentes se, bona quaevis sua et successores suos pro rebus in praesenti inscriptione expressis hic in iudicio officii castrensis Poznan. mutuo sibi respondere, sponte et libere recognoverunt, quia ipsi N. occasione villae tocius N. in districtu N. sitae et etiam occasione sortium ipsius praenominati Georgii N. perpetuarum in villis ipsis N. in districtu Wschowensi sitis per ipsum generosum Petrum sibi Nicolao titulo perpetuo resignatarum, quamquam et ipse generosus Petrum ad tempora vitae suae extrema ex locatione ipsorum bonorum per ipsum Nicolaum sibi facta et tenet et tenere ac possidere pacifice, nemine ipsorum . . . . . . impugnante, debet et etiam occasione pecuniarum, auri et argenti, clenodiorum, vestimentorum, [f. 120] equorum, equarum, boum, vaccarum, totius gregis et armenti, suppelectilis domesticae universae et aliarum ipsius Petri rerum quarumcunque in ipsa villa N. districtus N. nunc et per tempus ipsius Petri vitae consistentium, quaeque super ipsos Baltazarum, Georgium et Nicolaum post ipsius Petri mortem etiam cedere deberent, et occasione aliorum bonorum et rerum in praesenti inscriptione inferius expressarum, ipso Petro ad id libere consentiente, concordiam et compositionem amicabilem et necessariam damnis animarum suarum et corporum ac fortunarum futurarum caventes, perpetuam fecerunt in hunc, qui sequitur, modum: primum, quia omnes sortes hereditariae in ipsis praefatis villis N. in districtu Wschowensi consistentibus, quae super ipsum Petrum post mortem olim generosi Alberti N. sui fratris successione ceciderant, quascunque ipse Petrus sibi Nicolao in perpetuum resignaverat unacum omnibus equis, gregibus, armentis, frumentis, [f. 120⁰] sementis et supellectili domestica in ei consistentibus post ipsius Petri mortem super ipsos Balthazarum et Iohannem, patruum cum nepote, resignatione perpetua ipsarum sibi Nicolao per ipsum Petrum facta non obstante, devolvi ac cedere iure pleno successorio debebunt, quas ipse Nicolaus ipsis in 6 septimanis post mortem ipsius Petri in perpetuum, coram quocunque officio voluerint, resignare praesentis concordiae vigore debebit.. Demum quia ipse Nicolaus post ipsius Petri mortem ipsam totam [villam] N., quam ab ipso Petro titulo

perpetuo sibi resignatam habet vigore resignationis ipsius sibi factae ac concordiae praesentis vigore ad id consentiente, nunc hoc ipsum sibi ipsis Baltasaro et Iohanne [consentientibus] tenebit, habebit ac possidebit cum suis successoribus perpetuo, pacifice et quiete; postremo, quia post ipsius Petri mortem ipse Nicolaus omnem pecuniam, aurum, argentum, clenodia, vestimenta, equos, equas, boves, vaccas, gregem, armenta, supellectilem domesticam et alias quascunque res ipsius Petri universas in ipsis sortibus villarum N. nunc habitas et in futurum habendas morteque eiusdem Petri relictas, etiam si ipsi Baltasar et Iohannes huic negotio contravenerint et impugnaverint, successionem [f. 121⁰] earundem se habere allegantes, libere tollere, recipere et in usum suum convertere debebit et successores sui debebunt, ad quod ipsi Baltasar et Iohannes consentiunt.

Quae omnia et singula superius in ipsa inscriptione concordiae expressa ipsi generosi Baltazar, Nicolaus et Iohannes N. sibi invicem tenere, servare et adimplere debent et de (s) bona quaevis sua et successores suos praesentibus inscribunt et obligant sub vadio (ponatur vadium, ad quod partes consenserunt) florenorum per 30 gr. computandorum, in casu vero non satisfactionis et impletionis per ipsos praemissorum omnium et singulorum impleri per eos, uti dictum est, debitorum et obligatorum, ad solvendum totiens, quotiens fuerit necesse, succumbendo, pro quibus equidem praemissis rebus seu re principali ac vadio praefatis, si se aliqui ipsi praedicti etiam sive aliquis ex ipsis praesentem inscriptionem concordiae in aliquo praemissorum non tenentes alteri vel aliis, illo tenente vel aliquibus illam non tenentibus, illi citare citatione litterali permiserit in iudicium officii castrensis Poznan., tunc in primo citationis termino tamquam peremptorio debebunt sive debebit ipse citatus sive citati stare, parere et respondere et a iudicio non recedendo totiens, quotiens opus fuerit, citanti vel citantibus pro rebus citatis satisfacere ac decretum pati nullis iuris remediis, exceptionibus, dilationibus, defensionibus, expeditione bellica, conventione regni, termino pro [f. 121⁰] maiori, praescriptione, inhibitionibus, statutis, laudis laudatis et in futurum laudandis, et breviter ac generaliter accipiendo nullis facti et iuris remediis, defensionibus, exceptionibus, dilationibus, coloribus iuris et diverticulis quibuscunque quaesitis, excogitatis ac quomodolibet excogitandis, quibus se et successores ipsi N. erga se mutuo pro praemissis nolunt et abrenunciant praesentibus ipsi citati sive citatus, citantes sive citantem pro ipsis rebus citatis evadendo, neque aliquos defectus et vitia praesenti inscriptioni, et ex ea subsecutae citationi, obicientes et penitus nichil talium defensionum et cavillationum sibi in subsidium causae assumentes, quaecunque vero acceperit, illis causam suam perdere et amittere ipso facto ipse citatus sive citati debebit et debebunt etc. et 6 in grossis (s). Quibus omnibus praemissis superius expressis ipsi N. praefati se benivole submiserunt et ea in se, bona quaevis sua et successores suos libere praesentibus assumpserunt, nulla praescriptione praemissa evadendo; super quo etc.

115. Ad proscriptionem citatio.

Andreas comes a Gorka etc. nobili Nicolao C. in O. heredi grate dilecto. Delatum est ad nos officioque nostro capitaneali castrensi [f. 122] Poznan.. quod postquam nobili olim N. occasione inoboedientiae et rebellionis, quam ipse erga officium nostrum capitaneale ad ultimos usque iuris gradus et puncta contumaciter opponebat, ex regno et capitaneatu nostro bannitus proscriptusque extitit, post suique proscriptionem inter multos terrigenas illi auxilia et patrocinia praestantes vagabatur nonnullaque detestanda facinora commisisset, iure ad ultimum et iustitia suadente capite plexus est, quiquidem fautores, consiliarii ac conservatores sui ipsius adhuc vita comite ex officio nostro pro huiusmodi ipsius conservatione citati extiterant, quibus desuper iuridica expurgatio imminebat, nisi S. Mtis R. clementia et nostra speciali gratia procerumque regni intercessiones ad id accessissent, inter quos eiusdem olim N. conservatores, fautores adhaerentes necnon auxiliatores, Dei ac legum timore in partem reiectis, tu praecipuus extitisti et in hactenus es, nam dum casu accidit famulos ac servitores nostros equos nostros in civitatem Poznan. nostra exigente necessitate conduxisse factaque [hora] crepusculi ipsi familiares ac servitores nostri cum equis ante valvas civitatis stetissent, tu cum tuis coadiutoribus armatus ex hospitio tuo impetuose in ipsos familiares ac servitores nostros violenter irruisti ipsosque [f. 122⁰] verberibus affecisti illisque publica ac sonorosa voce cominatus es, volens sanguinem olim Lucae, ut praesumitur, affinis tui in eis uleisci, quo pacto tu ipse solus eiusdem olim Lucae auxiliatorem adhaerentem ac patrocinantem, nedum in vita verum et post eius mortem, eius necis vindicatorem te publicasti et prodidisti, et eo facto poenam statuti desuper editi incurristi proscriptusque ac infamis ipso facto [extitisti], pro tanto tibi vigore [regio] et nostro capitaneali ex officio mandamus, quatenus coram nobis personaliter compareas citatus, te ex officio nostro ad instantiam instigatoris officii nostri ad videndum et audiendum contra te statutum commune desuper editum extendi teque iuxta illud puniri necnon te bannitum proscriptumque ac infamem declarari ac per publicas proclamationes, ad haec et ad praemissa etc.

116. Pro toleratione censurarum.

Nobili N. grate dilecto. Nobilis grate dilecte, questus est nobis officioque nostro capitaneali contra te gravi in querela honorabilis Albertus de P., quomodo tu censuras ecclesiasticas, hoc est excommunicationum sententias, ultra annum legalem sustines et sustinere non formidas contra statutum commune regni de toleratoribus excommunicationum iam dudum [f. 123] sancitum, quibus tu innodatus es ad ipsius instantiam, et retentos per te ab aliquot annis census annuos eundem Albertum pro ipsius praefato altari in O. spectantes, [solvere recusas], quod fecisti in exemplum et scandalum multorum contra statutum commune regni et ipsius conquerentes in non mediocre praeiudicium, unde nos volentes huic honorabili Alberto, prout unicuique

conquerenti tenemur, iustitiam ministrare pleniusque hac de re experiri, tibi vigore regio et nostro ex officio mandamus, quatenus coram nobis iudicio nostro capitaneali castrensi P. Poznaniae f. secunda post nunc instans dominicam etc. personaliter compareas ad instantiam praefati honorabilis Alberti N., qui te citat pro praefata censurarum praefatarum toleratione, ac ad videndum et audiendum contra te statutum commune regni de toleratoribus censurarum editum extendi et exequi, teque statuti eiusdem vigore puniri decerni et ad expurgandum de eisdem censuris ac ad satisfaciendum ipsi conquerenti pro censibus ipsius praefatis per te ab aliquot annis retentis cogi et compelli, iudiciali decreto mediante et ad alia omnia, quae circa talia fuerint necessaria, faciendum, ad haec et ad praemissa iudicialiter etc.

117. Pro debito non soluto. [f. 123⁰]

Tibi nobili Alberto N. de summis tuis pecuniariis alias de pecuniis tuis, quas te habere praetendis in et super sorte villae et hereditatis maius Krzyvno inscriptas et de aliis omnibus bonis tuis hereditariis et obligatoriis mobilibusque et immobilibus per te quomodolibet in capitaneatu nostro M. P. habitis et possessis vigore regio et nostro ex officio mandamus, quatinus coram nobis iudicioque nostro capitaneali castrensi P. Poznaniae f. tertia post nunc etc. personaliter et peremptorie compareas ad instantiam nobilis etc., qui te citat ad inscriptionem per te ad acta nostra districtus P. factam, quo tu te inscripsisti recognovistique teneri et deberi eidem praefato N. veri certi legitimique debiti 60 marcas pecuniarum Polonical., quas illi te daturum soluturumque obligasti ad certas temporum rathas, videlicet pro festo s. Martini prox. praeterito 10 marcas, 50 vero marcas pro festo Natalis Christi in annum, qui scribitur etc., ita, prout de hoc ipsa inscriptio tua latius disponit. Quia vero tu, eadem inscriptione tua quoque et vadio praefatis non attentis, non solvisti praefatis nobilibus etc. iuxta [f. 124] inscriptionem praefatam pro festo prox. praeterito s. Martini 10 marcas pro prima rata, per hoc eidem inscriptioni non satisfecisti vadiumque praefatum 10 marcas pecuniarum praefatarum illi transgressus es ad solvendum. Ideo te ipsi N. citant pro praefata non satisfactione praefatae inscriptionis et pro non solutione nominatarum 10 marcarum pecuniarum, ut videlicet eidem inscriptioni in toto satisfaceres, ad haec iudicialiter responsurus. Ceterum te citat ipse nobilis etc. pro praefato 10 marcarum vadio, quod illis ratione praemissorum omnium transgressus es et succubuisti ad solvendum, ad haec et ad praemissa iudicialiter responsurus. Datum Poznaniae f. tertia.

118. Ad decretum dominorum iudicialium, puta ad restitutionem iuris ministerialis ex introligatione.

Tibi n. Iohanni N. de bonis tuis villarum utraque N., iuribus aliarum personarum in ibidem nichil nocendo, successioni tuae post mortem nobilis

olim Iohannis N. fratris tui germani ad te devolutae de aliisque omnibus bonis tuis hereditariis et obligatoriis mobilibusque et immobilibus per te in capitaneatu alias districtu habitis et possessis vigore nostro etc., [ut] personaliter et peremptorie compareas ad instantiam n. Ieronimi N. fratris tui germani, qui te tanquam praefati olim Alberti I. fratris tui germani successorem adcitat ad videndum et audiendum contra te pro ipso coram iudicio nostro fieri restitutionem iuris ministerialis aut ex relatione litterali ministerialis Poznan. ex introligatione ipsius in bona ipsius Nicolai in bona tua praefata, ad te post mortem eiusdem olim Iohannis fratris tui germani devoluta, in summa VIII marcarum.. pro excisione palorum et pro depabulatione et conculcatione avenae praedicti Alberti ac etiam pro damnis exinde sequutis computata solvi eidem per iudicium castri P. decreta iuxta decretum capitaneale nostrum per ipsum ministerialem Costensem prima vice introligatum.

119. Pro violenta expulsione.

Pro eo, quia tu illum de tota et integra sorte bonorum villae et hereditatis N., quam ipse n. Iohannes N. habet a nobili G. D. in vim reemptionis obligatam et resignatam, de qua eiusdem sortis villae praefatae possessione pacifica expulisti et expercussisti violenter, usumfructum illi adimendo et pro te et successoribus tuis usurpando, in ipsius nobilis N. [f. 125] damnum non mediocre, quod sibi ipse pensat etc., unde nos volentes hac in re, prout unicuique tenemur, iustitiam ministrare, tibi vigore regio et nostro ex officio mandamus, quatenus coram nobis officioque nostro f. secunda etc. personaliter compareas ad instantiam nobilis N. O. et eiusdem [de] possessione pacifica expulsione et expercussione violenta et ad videndum et audiendum ipsi S. B. de iure et officio nostro dari et decerni exdivisorem ad exdividendum sortem illius praefatae villae a sorte alia, [et quae] erunt facienda in causa pro eius exigentia. Datum etc.

120. Pro non datione ad forestam aliquarum rerum.

Quomodo tu diebus prox. praeteritis eidem Mathiae in via regali benivola circa villam N. districtus O. sex equos cum curru ferrato ipsius Mathiae propriio [recepisti, et] detines haec omnia circa te hactenus nec eosdem equos cum curru, ut moris et consuetudinis regni est, dedisti, deduxisti et praesentasti intra triduum ad forestam regiam, quod fecisti contra officium et executionem, [et] eidem officio nostro capitaneali succubuisti in poena XIIII marcarum.. Ideo tibi etc. mandamus, quatenus coram nobis officioque nostro capitaneali castrensi P. feria etc. citamus te ex officio ad instantiam nobilis [f. 125⁰] etc. pro praefata per te non praesentatione et non deductione praefatorum 6 equorum cum curru per te, uti praemissum est, receptorum intra triduum ad forestam N. ac pro praefata poena XIIII marcarum, quam nobis officioque

nostro capitaneali ratione eiusdem non praesentationis nominatarum rerum intra triduum ad forestam N. transgressus es et succubuisti ad solvendum, et ut eosdem equos cum curru et rebus omnibus per te receptis coram nobis officioque nostro reponeres; ad haec etc.

121. Ad extendendum statutum pro violentia tempore iudiciorum commissa.

Nobili Dobrogostio N. grate dilecto. Nobilis grate dilecte. Delatum est officio nostro capitaneali, quomodo tu Dei timore postposito statutisque ac legibus contra violatores pacis publicae sancitis poenisque ad id adhibitis spretis in despectum etiam ac contemptum officii nostri tu cum tuis coadiutoribus in civitate P. in platea O. feria etc., qua iudicia nostra capitanealia proclamata huc in ipsa civitate P. ex debito officii nostri celebrabantur ac peragebantur, circiter horam vespororum, dum nobilis [f. 126] N. O. relicta vidua materna mitis ac pacifica nemini neque tibi obnoxia nichilque insidiarum a quoquam hominum neque a te suspicans ex ipsa civitate Poznan. in curru suo proficiscebatur parteque sua valvis civilibus propinqua fuit, tu ex hospitio tuo prosiliens eandem nobilem N. O. violenter aggressus es atque evaginato gladio tuo in ipsam irruisti violenter ipsamque tuo gladio in manum eius atrociter vulnerasti atque uno ictu gladii ipsam in tribus digitis manus ipsius mutilatione perpetua mutilasti, quod ipsa contra te officio nostro capitaneali in recenti protestata est, quo facto tu pacem communem ac securitatem iudiciorum violasti poenamque statuti desuper editi incurristi, quod nos pro nostro debito officii impune praeterire nolumus, volentesque tantam tuam audaciam cohercere, tibi vigore regio et nostro capitaneali ex officio mandamus, quatenus coram nobis officioque capitaneali P. Poznaniae etc. citamus te ex officio nostro ad instantiam instigatoris officii nostri pro praefata violatione pacis et tranquillitatis publicae [f. 126⁰] securitatisque iudiciorum nostrorum capitanealium Poznaniae celebratorum et ad videndum et audiendum contra te statutum de securitate iudiciorum contra te extendi teque iuxta illud puniri, ad hoc et ad praemissa iudicialiter responsurus. Datum Poznaniae etc.

122. Ad decretum remissorium pro executione rei iudicatae per capitaneum.

Generoso M. N. grate dilecto. Generose grate dilecte. Innotescimus tibi oblatum esse nobis decretum remissorium castrense Cracoviense nomine, titulo et sigillo illustris ac magnifici etc. capitanei N. generalis obsignatum contra te pro parte generosi Iohannis T. etc. occasione summae D florenorum pecuniarum vadii, ipsi generoso Iohanni N. etc. transgressi et in bonis tuis sortis oppidi G. perlucrati, et hoc ratione non satisfactionis per te inscriptioni per te primum genoroso Nicolao N. factae ac in actis O. inscriptae

et deinde ad acta terrestria Crac. transportatae ac in ipsum generosum N. etc. transfusae, videlicet ratione non statuitionis per te nobilis N. consortis tuae, cum etiam de linea paterna ad acta terrestria ad consentiendum certae inscriptioni terrestri Crac. latam et promulgatam, pro quo decreto [f. 127] castrensi P. in bonis tuis oppidi G. exequendo ad nos, tanquam ad loci capitaneum, sub cuius iurisdictione bona praefata oppidi G. iure lucrato consistunt, et tanquam in brachium regale remissio facta est, prout praefatum decretum castrense I. in suo toto tenore latius ac diffusius canit, cuiquidem decreto castrensi I., prout pro debito officii nostri et vigore remissionis ad nos factae tenemur, nos satisfacere illudque exequi cupientes, tibi vigore regio et nostro ex officio mandamus, quatenus coram nobis officioque seu iudicio nostro capitaneali castrensi Poznan. Poznaniae feria etc. personaliter compareas et peremptorie ad instantiam praefati generosi Iohannis N. etc. tanquam iure victoris, qui te citat et adcitat ad videndum et audiendum per nos, tanquam loci capitaneum, vigore remissionis praefatae praefatum decretum castrense C. ad debitam exequutionem deduci officiumque nostrum capitaneale ad ipsum hoc decretum etc. contra te occasione praemissorum tantum una cum ministeriali P. tanquam de brachio regali iuxta statutorum dispositionem exequendum et ad finem debitum deducendum dari et addi, certificamusque te, quod sive in dicto citationis termino comparueris sive non, nos nichilominus pro nostro debito officii ad ea, quae iuris erunt, procedemus, tua contumacia minime obstante, ad haec et ad praemissa iudicialiter responsurus.

123. Citatio commissarii ad exequendum mandatum S. Mtis. R.

Titulus ponendus nomine commissariorum, qui descripti fuissent commissioni, unus, 2 vel 3, non obstante aliorum absentia, illis tamen, qui in exequutione mandati aut granicierum sive cuiusvis rei praesto adessent, nam commissiones tales sententiantur, ut describatur in commissione verba haec: aliorum scilicet non obstante absentia unius, duorum seu trium, ut commissio deveniat ad exequutionem, quamvis alii commissarii absentes fuerint. Raphael Liesczinski castellanus P. etc. (exprimendo et alios) iudices commissarii seu iudex commissarius partibus et causae infrascriptis datus et deputatus generoso Iohanni N. etc. grate dilecto. Generose grate dilecte. Non incognitam Gti Tuae putamus commissionem S. Mtis R. domini clementissimi pro parte famati Petri P. erga Gtem Tuam occasione N. etc. emanatam paulo retroactis temporibus nobis oblatam fuisse, cuius commissionis vigore Gtem Tuam ad nostri praesentiam ad ipsius Petri instantiam voca- [f. 128] veramus iamque eidem commissioni nos pro nostri debito officii satisfaciendo ea ipsa M. bona possessionis tuae ad certam pecuniae summam taxavimus. Eapropter Gtem Tuam non ignorare volumus nunc postremo oblatas nobis fuisse litteras mandati suae S. Mtis R. pro parte praefati P. emanatas, quibus sua Mtas R. iniungere dignata est, quatenus Gtas Tua ad nostri prae-

sentiam vocato etc. (ut in mandato regio continetur), quibus nos, prout aequum est, parere volentes, Gti Tuae auctoritate S. Mtis R. et qua in hac parte fungimur, mandamus, quatinus coram nobis N. (terminus inseratur) personaliter et peremptorie compareas ad instantiam praedicti actoris, qui te citat et adcitat ad videndum et audiendum per nos auctoritate S. Mtis R., ut mandatum canit, exequi et ad alia omnia, quae iuris erunt, facienda, praemissa omnia iudicialiter ac officiose attentaturus et auditurus. Datum etc.

124. Citatio ad querelam pro violatione stratae publicae ex officio instigatoris.

Tibi nobili Iohanni N. grate dilecto. Nobilis grate dilecte. Delatum est ad nos officiumque nostrum capitaneale ex parte et nomine honesti N. etc., quomodo tu Dei timore postposito, tuae nobilitatis immemor in contemptum legum et publicarum sanctionum de violatione stratae et viae publicae desuper editarum, eundem honestum in via publica et cuilibet libera hominum a N. in V. protendentem [et] provenientem in eum hostiliter et manu forti irruisti, quem suis rebus spoliasti et depraedasti, videlicet sibi bumbardam et marcam pecuniae recepisti, quo facto tu pacem communem, qua quivis hominum nedum in via verum ubilibet gaudet, necnon securitatem viae publicae ac benivolae violasti poenasque de talibus desuper editas incurristi, quod nos pro nostri debito officii aequo animo ferre nolentes tibi vigore regio et nostro ex officio capitaneali mandamus, quatenus coram nobis etc. personaliter et peremptorie compareas, citamus te ex officio nostro ad delationem et instigationem praefati N. etc. pro praefata depraedatione ipsius nobilis N. strataeque publicae violatione per te, uti praemissum est, facta, necnon ad videndum et audiendum contra te statutum de talibus desuper editum extendi ac declarari, teque uti praedonem et stratae publicae violatorem iuxta illud, nisi te occasione praemissorum immunem facias, puniri decerni; ad haec et ad praemissa iudicialiter sis responsurus. Datum.

125. Citatio pro violenta expulsione de bonis, in quae [f. 129] introligatio de brachio regali vigore inscriptionis fuit [data].

Actor de iure suo filio suo condescendit. — N. Iohanni M. grate dilecto. Questus est nobis nobilis I. C. filius nobilis olim N. M, ut filius et tanquam successor eiusdem patris sui nobilis M. C. iure quaesito et ab eodem patre suo officiose assecuto, quomodo tu non attento vadio D. flor. pecuniae, singulis per 30 gr. computatis, per iudicium nostrum capitaneale castrense N. super te iudicialiter imposito et tibi per ministerialem N. litteraliter delato, ac in bonis tuis villarum N. etc. imposito ac derelicto, ne praefatum nobilem N. ipsius A. patrem et antecessorem in ipsis bonis N. etc. et in aliis bonis tuis, in quae praefatus nobilis M. C. ipsius A. pater per commissarium nostrum in summa D. flor. principalis ac certi debiti in summaque IX marcarum

pecuniarum poenarum ex progressu iurium luitarum prima vice de brachio regali cum ipsius littera adiudicatoria introligatus et intromissus est, quovis modo violento inquietare et impedire audeat sub vadio praefato. Tu nichilominus ipsum M. C. de ipsis bonis villarum C. K. M. in quo, uti [f. 129⁰] praemissum est, per nostrum commissarium prima vice de brachio regali introligatus est, et de possessione pacifica ac usufructu eorundem bonorum violenter expulisti et expercussisti, usufructum ipsorum bonorum ipsi adimendo et pro te usurpando. Quo facto vadium praefatum D flor. et IX marcarum pecuniarum ipsi M. C. succubuisti et transgressus es ad solvendum. Quoniam vero ipse nobilis M. C. praefatam summam D flor. debiti praefati necnon summam poenarum ac perlucrorum et omnia perlucra iam occasione praefati debiti iudicialiter obtenta, prosecuta et prosequenda coram officio capitaneali castrensi N. sufficienter ac plenarie cum omni iure et dominio ac proprietate, nichil iuris, domini et proprietatis sibi tam ad summam debiti praefati quam poenarum et perlucrorum productorum et producendorum reservando, n. M. C. filio suo legitimo resignavit in ipsum n. A. totum ius suum tam ad summam debiti quam perlucrorum plenarie transfudit, prout resignatio ipsius A. C. latius canit. Ideo tibi auctoritate nostra capitaneali mandamus, quatinus coram nobis iudicioque nostro capitaneali castrensi P. in iudiciis nostris capitanealibus proclamatis feria etc. compareas ad instantiam praefati A. C., qui velit iure suo quaesito, uti praemissum est, a patre suo assequuto patris sui successor te citat pro praefato vadio D flor. et IX marcarum pecuniarum, quos tu succubuisti et transgressus es ratione violentae expulsionis praefati n. M. C. de praefatis bonis villarum O. C. etc., ad quam actionem iudiciariam pro praefato vadio ipse nobilis M. C. iure quaesito ac a patre suo assequuto ius proprietarium habet, ad hoc etc.

126. Mater cum filio habens alios filios fecit inscriptionem concordiae ex una cum parte altera super solutione census annui, adcitatio pro interesse matris post mortem eiusdem super alios filios.

Vobis nobilibus T. N. tanquam in causa principali, (qui fecerat inscriptionem cum matre ex una), necnon tanquam nobilis olim etc. filiis eiusque successoribus, quantum pro ipsius olim vestrae matris interesse, de bonis vestris etc. ad instantiam n. Iohannis N., qui te, nobilis T. P., tanquam in causa infrascripta principalem primo interesse, vos vero [f. 130⁰] A. B. M. tanquam nobilis olim N. matris vestrae ad omnia bona morte illius derelicta successores, posteaquam ipsa nobilis N. mater vestra est mortua, post cuius mortem vos, prout ad omnia bona morte ipsius derelicta, ita et ad omnia onera et inscriptiones et ad infrascriptam actionem, quantum pro interesse praefatae olim matris vestrae pertinet, successistis, ipsa honesta H. citat ad inscriptionem concordiae aut vigore inscriptionis concordiae, inter

olim matrem vestram et ipsam actricem factam, actis capitanealibus N. contentae, pro debito V marcarum pecuniarum census annui per unum annum iam elapsum solvi retenti, N. illi sub aequali vadio solvi obligatum, prout ipsa obligatio (usque ad finem secundum inscriptionem videndum erit).

127. Commissio dni capitanei super quacunque persona ad obeundum negotium eius vicesgerentis.

Nobili Nicolao N. grate dilecto. Nobilis grate dilecte. Decretus est ex iudicio terrestri Poznan. (exprimatur, quis decretus et cui nobili) ad introligandum et intromittendum ipsum Iohannem etc. vigore decreti iudicii praefati terrestris secunda vice in bona (exprimendo, in cuius et quae bona) et in alia eius bona per eum in districtu N. habita et hoc in summis [f. 131] 200 marcarum pecuniarum etc. pro vulneribus tam cruentis quam lividis et violentia illatis, ita, prout decretum et littera adiudicatoria latius de his omnibus disponunt. Et quia eundem burgrabium N. (exprimatur) ad alia officii nostri negotia deputavimus, committimus tibi vices ipsius, videlicet ipsum nobilem N. R. introliges et intromittas vice eiusdem burgrabii in bona praefata ipsius n. Iohannis villarum utraque N. in districtu G. sita iuxta vim et formam decreti praefati iudicii terrestris, quod te facturum non dubitamus. Datum Poznaniae f. secunda. Alia forma: Nos aut nostrum vicesgerentem ad introligandum et intromittendum prima vice de brachio regali in bona ipsius nobilis N. (exprime bona) et in alia eius bona, ubicunque ea habuerit in districtu N., et hoc in summis pecuniariis occasione etc. (summas exprimendo et ratione cuius rei summas iudicium decrevit etc.), quam etiam in summis poenarum ex progressu iuris luitarum ac ad imponendum super ipsum vadium seu vadia (exprimendo ea) ac alia faciendum iuxta vim et continentiam decretorum iudicii terrestris N., quae de eo latius [f. 131°] disponunt. Quaequidem decreta cum aliter exequi non possunt, tibi de cuius dexteritate confidimus, vices eiusdem vicesgerentis nostri committendum duximus committimusque per praesentes, ut videlicet tu eorundem decretorum vigore eum videlicet (exprimendo, quem introligandum et in cuius bona et quae) in summis pecuniariis in eisdem decretis contentis intromittas vadiaque desuper necessaria summis eisdem aequivalentia circa huiusmodi intromissionem super ipsum Christopherum de non inquietatione imponas ac alia omnia et singula facias et exequaris iuxta vim praefatorum decretorum, ad quae te referri volumus. Harum, quibus sigillum nostrum est appensum. Datum Po

128. Vadium ex officio dni capitanei de brachio regali per vicesgerentem impositum.

Tibi n. Christophere Rolka grate dilecto. Nobilis grate dilecte. Decrevit iudicium terrestre Poznan. nobis officium capitaneale castrense Poznan.

hoc est nos aut nostrum vicesgerentem, cum ministeriali P. ad introligandum et intromittendum per eundem vicesgerentem nostrum nos prima vice de brachio regali in bona tua medietatis villae N. ac in alia bona tua, [f. 132] ubicunque ea habueris in districtu Poznan., et hoc in summa 200 marcarum pecuniarum etc. damnorum occasione interfectionis equarum olim generosi etc. antecessoris nostri, cui nos successimus, et in summa IX marcarum pecuniarum poenarum ex progressu iuris luitarum, quae simul in unum redactae faciunt 209 marcas, ac ad imponendum super te vadium iuxta praefatum decretum iudicii terrestris N., quod de eo latius disponit, quodquidem decretum commisimus exequendum nobili Stanislao G. vicesgerenti nostro, ut videlicet eiusdem decreti vigore nos aut nostrum vicesgerentem in bona tua villae M. in summa memorata intromittat vadiumque summae eidem aequale videlicet 209 marcas super te circa huiusmodi intromissionem imponat, ne videlicet tu nos aut nostrum [vicesgerentem] in ipsis bonis, in quae introligabimur, quovis modo violento inquietares et impedias sub ipso vadio 209 marcarum, de quo ne ignorantiam aliquam praetendere valeas, iussimus illud tibi per ministerialem C. litteraliter notificari, deferri et in bonis tuis relinqui. Harum testimonio litterarum etc.

129. Citatio pro exdivisione.

Andreas comes a Gorka etc. tibi n. Stanislao N. grate di- [f. 132⁰] lecto. Nobilis grate dilecte. Questus est nobis officioque nostro capitaneali Costinensi Po. n. Bartholomeus N. contra te in querela gravi, quomodo tu ipsum de tota et integra sorte villae N. in districtu O. sita, sibi per te vendita et in vim reemptionis resignata, et de eorundem bonorum usufructu et possessione pacifica expulisti et expercussisti violenter, usufructum eorundem ipsi adimendo et pro te vindicando, neque sibi eandem sortem a tua alia sorte exdividere vis, in ipsius n. Antonii N. damnum et praeiudicium non mediocre, quod nos contra te ingrato ferimus animo, volentesque pro nostro debito officii unicuique conquerenti iustitiam ministrare, tibi vigore regio et nostro capitaneali ex officio mandamus, quatenus coram nobis officioque nostro capitaneali castrensi P. Poznaniae f. 2-da post Dominicam nunc instantem Laetare, hoc est in crastino Annuntiationis Mariae festo prox. venturo, personaliter compareas ad instantiam praefati n. Iacobi N., qui te citat pro praefata sui de praefata sorte villae O. et eius [f. 133] usufructu et possessione pacifica violenta expulsione et expercussione illi per te facta, et ad videndum et audiendum ipsi n. Iohanni de iure et officio nostro dari et decerni exdivisorem ad exdividendum illi sortem ipsius villae O. ipsum concernentem (aut si inter fratres, tum: ipsum iure paterno inter nos concernentem, erit scribendum etc) aut tua sorte te etiam concernente et ad alia, quae erunt iuris, facienda. — Ad haec et ad praemissa praescriptio castrensis est annus et sex septimanae ad agendum pro quatuor articulis

iudicio capitaneali pertinentibus, qua elapsa iam non erit iudicium castrense sed terrestre; terrestris autem est tres anni et tres menses etc. veluti actio pro incendio, pro violatione stratae publicae, pro contaminatione mulierum, pro violentia domestica debet intentari ante elapsum unius anni et sex septimanarum; post elapsum vero praescriptionis castrensis potest citare, sed in ius terrestre, videlicet ante elapsum praescriptionis terrestris, quae est tres anni et tres septimanae etc.



MATERYJAŁY do HISTORYI

ustawodawstwa synodalnego w Polsce w w. XVI.

Zebrał B. ULANOWSKI.



Oddawna już przemawiano u nas z rozmaitych stron za koniecznością rychłego ogłoszenia wszystkich zabytków ustawodawstwa synodalnego, tak prowincyjonalnego jak dyjecezalnego. Nie mało też wydrukowano dotychczas statutów synodalnych. Nie mówiac już o zbiorach dawniejszych, to wymienić należy na pierwszem miejscu wydania Helcla, Hubego, Prof. Heyzmana i nareszcie Ks. Prałata Zenona Chodyńskiego, w których badacz znajdzie obfity i cenny materyjał, zasługujący na staranne wyzyskanie. Nie brak też i opracowań. Po dawniejszych mniej krytycznych rozprawach i książkach ks. Mętlewicza, Jabczyńskiego, Fabisza, hr. Dzieduszyckiego, nastąpiły sumienne i naukowe opracowania Prof. ks. Gromnickiego i Prof. Abrahama, a w dziełach ks. Korytkowskiego poświęconych historyi Arcybiskupów i Kanoników Gnieznieńskich mnóstwo jest rozproszonych bardzo ważnych szczegółów do synodów prowincyjonalnych i archidyjecezyalnych gnieznieńskich. Wyczerpujące zużytkowanie ksiąg kapituły gnieznieńskiej dostarczyło po raz pierwszy całkiem pewnych danych chronologicznych do synodów prowincyjonalnych, począwszy od XV stulecia, a w skutek tego ułatwione zostały obecnie niezmiernie poszukiwania za pomnikami ustawodawstwa synodalnego.

Mimo to jednak dalecy jesteśmy jeszcze do celu, i jak na teraz przedstawienie partykularnego prawa kościelnego w Polsce byłoby niemożliwem.

Większa część dotychczasowych wydawnictw jest niekrytyczna, i nawet takiej wagi zabytek, jakim są statuta synodu kaliskiego z r. 1420, czytać musimy w edycyi zupełnie niedostatecznej. Przytem, prócz ks. Chodyńskiego, żaden z uczonych naszych pracujących nad ustawodawstwem synodalnem, nie starał się wyczerpnąć przedmiotu, rozciągając swoje badania bądź do całości, bądź ograniczając je do jednej epoki lub dyjecezyi. To jest przyczyną, że wyjąwszy statuta dyjecezyi włocławskiej, mamy do czynienia z publikacyjami, które do zupełności pretensyi rościć nie mogą.

Ten stan rzeczy spowodował komisyję prawniczą Akad. Krak. do uchwalenia wydania synodyku kościoła polskiego, w którymby znalazły pomieszczenie wszystkie statuta prowincyjonalne i dyjecezalne od czasów najdawniejszych aż do końca XVIII stulecia. Prace przygotowawcze komisyja powierzyła Prof. Abrahamowi, który też pilnie im się oddaje.

Znając trudności połączone z wyczerpnięciem materyjału tak rękopiśmiennego jak złożonego w nader najczęściej rzadkich drukach, nie możemy na to liczyć, aby Synodyk Polski rychło mógł się ukazać. Dla tego byłoby nieodpowiedniem, ażeby aż do tej chwili wszelkie drobniejsze publikacyje z tego zakresu zostały wstrzymane. Owszem będzie to bardzo pożądanem, jeżeli historycy nasi, wśród prac archiwalnych w innym przedsiębranych zamiarze, nie pominą przy sposobności przepisać ten lub ów nieznany dotąd synod i przesłać go komisyi prawniczej do ogłoszenia.

Wydania synodyku nastąpić zresztą nie może, dopóki protokóły wszystkich naszych kapituł troskliwie przeszukane nie będą. W ten tylko bowiem sposób zbadać można całkowitą ilość zwoływanych po dyjecezyjach synodów, oraz ocenić należycie współudział kapituł w obradach i postanowieniach synodów prowincyjonalnych.

Duchowieństwo Polskie brało tak samo, jak w innych krajach europejskich, żywy bardzo udział w życiu politycznem. Synody prowincyjonalne służyły nie tylko do omawiania spraw czysto kościelnych, ale zajmowały się także kwestyjami, ze względu na które duchowieństwo musiało się wpoprzód porozumieć, aby zgodnie i sku-

tecznie bronić swego stanowiska na sejmach. Kapituły wysełając swych reprezentantów na synod, dawały im bardzo nieraz obszerne i ciekawe instrukcyje, które często przychodziły do skutku po przeprowadzeniu korespondencyi z jedną lub kilkoma sąsiedniemi kapitułami.

Nie potrzeba tego dowodzić, że statuta danego synodu prowincyjonalnego innego wcale nabierają charakteru, jeżeli je zestawimy z instrukcyami kapitulnemi, oraz z innymi aktami odnoszącymi się bezpośrednio do rozbieranych na synodzie pytań.

O ile więc jesteśmy w możności pomnożyć materyjał źródłowy synodyku za pomocą dokumentów objaśniających czy to przyczyny zwołania synodu, czy zachowanie się na nim pewnych kapituł i stawiane przez nie żądania, to pewnie nie poprzestaniemy na drukowaniu samych li tylko statutów i dekretów. Przez to jednak, o ile wartość i objętość synodyku znacznie się zwiększą, o tyle też praca nad jego zebraniem i ogłoszeniem przedłużyć się musi.

9. Item ut nullus ad aliquos ordines etiam maiores recipiendos admitteretur, nisi prius per litteras testimoniales archipresbyteri vel decani ruralis et duorum plebanorum eiusdem decanatus, sub quo degit, doceat de vita, moribus et conversatione suis bonis et honestis, circa quam institutionem uniuscuiusque plebani instituendi conscientia oneraretur, quod nonnisi bene ydoneum promoverit.

10. Item bullam Coene Dni diebus solennibus, et praecipue feria quinta magna, aliaque statuta atque iura, quae mandantur nuncianda, populo publicent.

11. Item quod statutum provinciale de fide instrumentorum propter falsarios bene exequatur. Et ne falsarii sint, unusquisque in sua diocesi bene videat.

12. Item de non curantibus censuras ecclesiasticas et insordescentibus in eis ac publicis blasphemiis, ne de malicia sua commodum tales reportent, diocesani bene provideant, eosdem secundum iura et statuta punientes.

13. Item nundinae diebus dominicis et festis non teneantur, prout in iure et statutis cavetur; idque per omnes ecclesias deinceps principaliter publicetur.

14. Item heretici et scismatici et Tartari, Thurcique per spirituales non serventur in servicio domestico circa se. Et ordinarius tales servitores facultatem habebit accipiendi circa unumquemque absque contradictione, servitio vili per eundem applicando.

15. Item quod pontificale Romanorum in conferendis ordinibus et consecrationibus episcoporum et virginum benedictionibus officiisque divinis et aliis in tota provincia observetur.

16. Item ut episcopi roketas iuxta statutum deferant.

17. Item quod presbyteri conforment se in celebrationibus officiorum rationali divinorum, quod quilibet curatus et alii ac statuta provincialia et sacramentale habere debent.

18. Item quod missae alta et et intelligibili voce legantur praeter secreta et canonem maiorem et minorem.

19. Item quod uniones ecclesiarum parochialium, quae decreverunt in proventibus, per ordinarios fiant.

20. Item quod contra adulteros et concubinarios publicos animadverteretur per ordinarios, Regiaeque Maiestati suggeratur, ne tales ad dignitates aut ad officia publica promoveat.

21. Item de usurariis statutum provinciale in genere observetur.

22. Item ut statutum, ne spirituales vestes saeculares, hasucas cognominatas, deferant, in proximo praeterita sinodo provinciali factum, observetur.

23. Item quod bireta cornuta, ne de cetero deferantur per clericos, nisi in via.

24. Item in conviviis ad aequales sumendo ne obligarent se potatores et pro salute alicuius ne biberent.

25. Item sacerdotes tabernas ne visitent, de quo ordinationem episcopi in suis locis faciant.

26. Item de matrimoniis contrahendis ut provideatur, ne plebani alienarum parochialium homines copulare audeant.

27. Item de vestibus sericeis, ne de cetero portarentur praeter thabin; curialibus et nunciis regis et principum dumtaxat permittitur, si voluerint illis uti.

28. Et propter alia negotia, quae non sunt determinata ex certis causis, et ex consensu unanimi omnium eiusdem Sinodi Peterkoviensis cum pote-

state et auctoritate hinc ad feriam tertiam post festum Trium Regum proxime venturum prorogatur et continuatur omnia et singula per eos, qui protunc erunt praesentes, diffinienda declaranda pariter et concludenda etc.

II.

Uchwały synodu prowincyjonalnego Piotrkowskiego z r. 1511.

Statuta provincialia nova Reverendissimi in Christo patris et domini Iohannis sanctae ecclesiae Gneznensis Archiepiscopi moderni.

Iohannes, Dei gratia sanctae Gneznensis ecclesiae Archiepiscopus et primas, universis et singulis dnis episcopis, abbatibus, prioribus, praepositis, decanis, archidiaconis, scolasticis, cantoribus, thesaurariis, sacristis tam cathedralium quam collegiatarum canonicis, parochialiumque ecclesiarum rectoribus seu loca tenentibus [1]) eorundem, plebanis, viceplebanis, capellanis, curatis et non curatis, vicariis perpetuis, altaristis, ceterisque presbyteris, clericis, notariis et tabellionibus publicis quibuscunque, per provinciam nostram Gneznensem necnon civitates ac dioceses et alias ubilibet constitutis, et eorum cuilibet in solidum salutem in Domino. Quum praesidentis officium uniuscuiusque sit errores, quantum in eo est, e medio tollere et ne, mala pacem bonorum turbantia et scandala crescant, impedire omnique conatu occurrere ac omnibus prodesse et nocere nemini velle, quo nos permoti sacris canonibus et statutis innitentes bonum omne promovere et malum eradicare, quantum in nobis est, cupientes, sinodum provincialem pro festo sancti Martini alias proximis diebus immediate post festum sancti Martini institueramus anno precedenti, ad illamque omnes, qui de iure vel consuetudine interesse debuerunt, invitaveramus et convocaveramus per nostras litteras patentes et in Dei nomine celebravimus, in qua inter alia post longos tractatus cum peritis et matura deliberatione praehabita cum Rmis patribus dnis Bernardino archiepiscopo Leopoliensi, Vincentio Cuiaviensi [2]), Iohanne Poznaniensi episcopis, abbatibus et capitulis, nuntiis et procuratoribus Rmorum patrum dnorum Cracoviensis, Wratislaviensis, Plocensis, Vilnensis, Mednicensis episcoporum ipsoque [3]) Erasmo episcopo Plocensi, personaliter circa conclusionem sinodi eiusdem ex prorogatione celebrati interessente, post festa Epiphaniarum multisque aliis prelatis tam religiosis, quam saecularibus nostrae provinciae in Spiritu Sancto congregatis, ordinationes et statuta provincialia ad antiqua additionalia sub hoc, qui sequitur, tenore [4]) fecimus et laudavimus.

---

[1]) Ed. tenentium. — [2]) Ed. Curaniensi. — [3]) Ed. ipsosque. — [4]) Ed. terrore.

1. In primis de constitutionibus et consuetudine.

In primis statuimus, ut statuta provincialia dudum per nostros praedecessores vigore certarum litterarum apostolicarum edita et consuetudines bonae et rationabiles ab omnibus teneantur et observentur, vivendo secundum ea, hoc adicientes, ut bullam »Coene Domini« saepe, precipue feria quinta magna, et iura et statuta, quae mandantur nuncianda, populo in suis ecclesiis, quorum interest, saepius publicent et, quid in eis continetur, declarent.

2. De aetate et qualitate et ordine praeficiendorum.

Statuimus etiam, ut nullus ad aliquos ordines etiam minores recipiendos admitteretur, nisi per litteras testimoniales decani ruralis et unius aut duorum plebanorum vicinorum eiusdem decanatus, ubi degit, de vita, moribus et conversatione suis bonis et honestis doceat, circaque institutionem uniuscuiusque plebani instituendi conscientia, ne minus idoneum, seu invalentem ad tales ordines promoveat, oneretur. Statuimus praeterea, quod ad ecclesias, quibus cura imminet animarum, iuxta iurium dispositionem non instituantur, nisi in aetate legitima constituti et in morum gravitate litterarumque scientia imbuti, de quo per ordinarios inquiratur mediante examine, prout circa ordinandos ad aliquos ordines cautum est fieri. Circa quod examen nulla penitus munera exigantur aut etiam ab ultro portantibus recipiantur, prohibemus. Accipientes autem duplum danti restituent et poenam sinodalem ordinario solvent, in quo conscientiae eorum sint oneratae.

3. De officio archidiaconi.

Statuimus insuper, quod archidiaconi et illi, quibus onus visitandi imminet, si contra iuris et statutorum dispositionem rectores et alios presbiteros aggravando in suo officio excederent negligentesque essent, per diocesanos etiam ex officio poena viginti ducatorum puniantur. In sinodo diocesana de hoc esset scrutinium. In quo si diocesanus inventus fuerit negligens, poena viginti marcarum pro fabrica ecclesiae cathedralis, ubi haec negligentia evenerit, convertenda, per archiepiscopum puniendus.

4. De feriis.

Statuimus, quod festum Conceptionis beatissimae semper virginis Mariae Dei genitricis in tota provincia Gneznensi iuxta officium Rdi patris dni Leonardi Nagaroli, prothonotarii apostolici sacrae theologiae doctoris, a Romano pontifice Sixto quarto approbatum, de cetero in perpetuum cum octava suo tempore adveniens ab omnibus celebretur. Adicientes insuper et praecipientes festivitatem sancti Francisci deinceps perpetuis temporibus celebrem esse et a cunctis Christifidelibus celebrari ab omnique opere servili abstinere et sub observantia et praecepto iuxta bullam eiusdem Sixti Romani pontificis comprehendi.

5. De vita et honestate clericorum.

Et quoniam multa mala et scandala propter insolentias licentiosamque vitam eorum, qui in privatis scolis studiis incumbunt litterarum, evenire solent, ne de cetero aliquid talium contingat, statuimus, quod ad scolas cathedralium, collegiatarum et parochialium ecclesiarum rectores docti et idonei viri deinceps eligantur et assumantur per eos, quibus hoc onus incumbit, nec per tales rectores in scolis, nisi, qui studiis vacarent operam, quive tabernas non visitarent, servarentur, deinceps etiam aliunde advenientes, nisi cum litteris de vita ipsorum testimonialibus a suo rectore, priore vel plebano dandis, mores eorum declarantibus, non recipiantur, prohibemus, poena sinodali contrafacientes puniendi, quos visitatores in sinodo diocesana vel alibi deferre tenebuntur.

6. Praeterea iuribus et statutis prioribus sinodi innitentes, sub poena sinodali omnibus, cuiuscunque conditionis et eminentiae fuerint, ne vestes more saecularium laicorum, desuper praesertim hasukas, et ordini spirituali non congruentes publice aut cornuta birretha et vestes sericeas praeter thabin, hatlas, schamloth deferre audeant, [inhibemus], curiales vero veste sericea regum et principum, si voluerint, uti poterint.

7. Statuimus insuper ebrietatibus et comesationibus, ex quibus multa mala evenire solent, viam et occasionem praecludere cupientes, ne spirituales, cuiuscunque conditionis et eminentiae extiterint, etiam episcopi ad aequales potus complendos obligarent quoscunque potatores, ne etiam pro salute alicuius biberent. Contrarium facientes: episcopus poena decem ducatorum per archiepiscopum, et ipse archiepiscopus viginti ducatorum per sinodum provincialem; aliique inferiores poena trium marcarum sinodali, quotiens id fecerint, per diocesanum irremissibiliter puniendi. Adicientes, quod clerici et praesertim in sacris constituti ordinibus, si tabernas visitare aut ebrietates sectari moniti non cessaverint [1]), poena sinodali ultra alias poenas praecellantur.

8. De celebratione missarum.

Ne ex varietate, quae in pontificalibus antiquis invenitur, aliquando error committi valeat ob rubricarum defectum, statuimus, quod de cetero pontificale iuxta ritum Romanae ecclesiae tempore bonae memoriae Innocentii VIII papae impressum in conferendis ordinibus et consecrationibus episcoporum, virginum et benedictionibus officiisque divinis et aliis ceremoniis in tota provincia observetur. Salva tamen consuetudine rationabili in aliquibus ecclesiis, praesertim illa, ne concelebraretur per ordinandos sacerdotes in ordinum collatione suo episcopo ordinanti. In missa etiam ablutio manuum post praefationem fieri poterit, ac sermo post patrem et confessio in vulgari loco latini post sermonem, et tunc publicatio indulgentiarum, quas pontifex concedit, per praedicatorem fiat. Benedictiones etiam solennes

[1]) Ed. curaverint.

ante »Agnus Dei« consuetae et post missam nichilominus private et solennitates circa introductiones poenitentium publice more consueto fieri poterint.

9. Hoc etiam adicientes praecipimus, ut omnes spirituales in peragendis missis et horis canonicis Rationali divinorum, quanto magis poterint, iuxta suae diocesis ritum bonum se conforment. Quem libellum omnis curatus, et cui facultas suppetit, statuta provincialia, Sacramentale, Angelicam habere et iuxta doctrinam bonam in ipsis traditam vivere curent; missasque voce aliquantulum alta, quod ab astantibus audiri possent, praeterquam canonem maiorem, minorem et secreta legant. Poena contrarium facientes puniendi.

10. Statuimus praeterea iuri innitentes, ne clerici alienarum diocesum sine litteris commendatitiis sui episcopi ministrare permittantur aut sui vicarii generalis, transgressores poenis condignis puniendi, litteras autem tales gratis decernimus eis dandas.

11. De simonia.

Statuimus etiam, decernentes, quod si episcopi et suffraganei provinciae huius a consecrationibus quarumcunque rerum, benedictionibus, reconciliationibus aut formatis directe vel indirecte aut quolibet quaesito doli vel fraudis commento exigerent praeter procurationem a iure et statuto concessam, poena arbitrali per archiepiscopum puniendi, in quo per capitulum ecclesiae aut per vicarium accusabitur. Provideantur tamen suffraganei per suos episcopos in victu et amictu necessitatibusque aliis pro conditione eorum competentibus, quorum conscientiae praesentibus sint oneratae.

12. De hereticis.

Statuimus etiam ne hereticos, scismaticos, Thartaros, Thurcos in servitio domestico circa se spirituales, cuiuscunque status et conditionis fuerint, foveant, mediante hac sacra sinodo, inhibemus. Ordinarii autem, si apud aliquos tales invenerint, absque contradictione aliqua eosdem recipiendi facultatem habebunt, servitio vili per eosdem in bonis ecclesiae applicandos.

13. De criminosis et falsariis.

Ut falsariis via praecludatur omnis, statuimus, quod quicunque inventus fuerit instrumentum vel litteras scribendo vel subscribendo seu exequendo falsificasse aut talibus scienter usum esse, aut testimonium falsum deposuisse, si clericus fuerit, ultra poenas iuris carceri unius anni puniendus deputabitur, parti nichilominus interesse et damna in duplo resartiet; beneficiatus vero beneficio privabitur et laicus poena arbitraria punietur. §. Quod circa ecclesias collegiatas aliquae praebendae deputentur, ad quas nonnisi iurisperiti eligantur, qui in officiales foraneos constituerentur. §. Vobis igitur omnibus supradictis ea omnia et singula, ne quis per ignorantiam praemis-

sorum excusando[1]) se aliquorum transgressor (quod absit) existeret, et in notitiam deducimus, insinuamus, volentes omnino, ut universi, qui nobis sive diocesana sive metropolitana auctoritate subsunt et subesse censentur, secundum eadem statuta et alia antiqua vigore litterarum apostolicarum facta vivatis et quilibet vivat ipsaque tenentes et observantes sub poena in eis contentis et sub Dei indignatione patronorumque nostrorum in diocesibus vestris et parochiis aliisque locis provinciae nostrae publicando illa et saepe exponendo. Hoc etiam adicientes, ut nundinae et fora annualia et hebdomadalia, quae pro festis forsan ex privilegiis et mala consuetudine cum indignatione Dei solennibus solitae sunt in aliquibus locis contra Dei praecepta et ecclesiae[2]) statuta antiqua celebrari, pro die altera sequenti, ubi non celebratur festum, immediate transferantur et celebranda publicentur. Ad quod etiam saeculares, ut inducantur, curandum erit, ne indignationem Dei et canonum statutorumque poenas incurrant propter ea. Volumus autem, ut praesens processus in publico archivo post publicationem in cathedrali ecclesia reservetur, transsumptum eius sub sigillo et titulo eiusdem ecclesiae Episcopi quamprimum per diocesim mittatur[3]), ita, quod quisque copia apud se relicta ad viciniorem sibi mittere transsumptum tali sub poena sinodali curet. Datum in Pyothrkow[4]) duodecima Februarii anno Dni MDXI nostro sub sigillo.

III.

Uchwały synodu dyjecezalnego Gnieznieńskiego z r. 1512.

Statuta diocesana pro diocesi Gneznensi 1512.

Iohannes, Dei gratia de Lassko sanctae ecclesiae metropolitanae Gneznensis archiepiscopus et primas, universis et singulis per et infra diocesim nostram Gneznensem salutem in Domino. Et si multa contra transgressores sint statuta per varias constitutiones Rmorum pontificum et sanctorum patrum regulas, nichilominus episcopi quoad suas dioceses aliquid specialiter suis statutis soliti sunt aut facere aut determinare. At hi, qui bene agere velint, et a malo sese refrenare cupiant, facile modum vivendi, ab illicitis abstinendi prae manibus semper habeant. Hinc est, quod nostri praedecessores in diocesi Gneznensi ultra statuta provincialia quasdam constitutiones brevissimas et facillimas promulgaverant, quas nos in sinodis nostrae diocesis celebratas publicavimus, acceptavimusque, aliqua necessaria addentes, aliqua autem, quae non erant necessaria, tollentes, quibus igitur supradictis in virtute sanctae obedientiae et sub excommunicationis poena mandamus districte praefatas constitutiones

[1]) Ed. excusantes. — [2]) Ed. ecclesia. — [3]) Ed. missis. — [4]) Ed. Pythrkow.

habeant, et iuxta illas regere et vivere curent, ut a Deo Optimo praemium aeternum consequi valeant, et poenas in eisdem constitutas evitare possint.

1. Imprimis igitur volentes alleviare labores quadragesimales sacerdotibus diocesis nostrae, de consilio et unanimi consensu praelatorum nostrorum in sinodo diocesis Gneznensis constitutorum statuimus et ordinamus, ut quicunque ad vigilias mortuorum dicendas in quadragesima ex antiqua constitutione sanctorum patrum obligati sunt, ipsi easdem vigilias in vigiliis sanctorum privilegiatis seu omelias habentibus, per anni circulum occurrentibus, et in singulis diebus quatuor temporum dicerę possint et valeant, qui voluerint absque peccato, qui tamen noluerint, dicerent in quadragesima iuxta antiquam consuetudinem prout constituimus et ordinamus, transferendo hoc officium vigiliarum ex diebus quadragesimalibus ad praefatas vigilias sanctorum et singulos dies quatuor temporum, prout et transferimus, ita tamen, ut vespere vigiliarum, placendo domino etc. in vigiliis praefatarum vigiliarum, ipsae vero vigiliae in vigiliis sanctorum et singulis praedictis quatuor temporum diebus successive dicantur.

2. Item cum divinis cultibus mancipandi tales esse debeant, qui digne tractare possint dominica sacramenta, ideo statuimus, ut clerici habeant tonsuram competentem, ut linguam et oculos et omnia membra sub freno castitatis et modestiae coherceant, et cum mulieribus non cohabitent, nec suspectas sive iuvenes apud se foveant, exceptis duntaxat a iure concessis, scilicet matre, sorore vel amita.

3. Item nullus clericus praesumat concubinam tenere in domo vel extra domum, quod si notorius aut manifestus concubinarius extiterit, extra poenas in statutis provincialibus editas contra concubinarios, quas infringere non possumus nec debemus, si infra mensem a die publicationis praesentis statuti nostri eam non dimiserit, ipsam nunquam decetero recepturus, pro primo incarcerandus, ut sit in poenitentia taliter incarceratus per unum mensem, et si, quod absit, redierit, ut canis ad vomitum, illam dimissam vel aliam reassumendo, gravioribus carceribus per duos menses, punietur. Et si meretricia facie indutus ei adhaerere incorrigibiliter non desierit, extunc ipso facto sit beneficio privatus.

4. Item volumus, quod adulteri quicunque clerici vel laici et incestuosi manifesti, et qui eos fovent et eorum concubinas in domibus suis, non admittantur ad divina, donec a peccatis huiusmodi cessent, et a nobis mereantur beneficium absolutionis obtinere.

5. Item volumus et mandamus, ut clerici ab ingressu tabernarum et ebrietate se abstineant, nisi causa subsistat legitima, ut puta viae, peregrinationes, sub poena sinodali trium marcarum, plebani, si clericos huiusmodi fovebunt, decetero poenis condignis puniendi sunt.

6. Item quod invitati ad aggapas vulgariter stippas, expleto prandio et dicta gratiarum actione, ut moris est, tres vel quatuor haustus facient

et non ultra, et ante vesperas ad domos proprias revertantur sub poena sinodali.

7. Item ut clerici in alea non ludant nec taxillis nec ludentibus se ingerant, nec in coronis seu in crinalibus incedant, nec choreas ducant, nec huiusmodi intersint vanitatibus, nisi ex causa rationabili et honesta, sub poena sinodali volumus.

8. Item ad missas novas non mendicent, nec mendicare permittant, quia hoc canonicis constitutionibus contrarium extat.

9. Item ut clerici in suis ecclesiis personalem habeant residentiam, maxime qui habent curam animarum, sub poena privationis beneficii, et ut sacerdotes ecclesiarum in ecclesiis existentes tempore divinorum et quando baptisant vel populum communicant, vel infirmum inungunt, vel quaecunque sacramenta ministrant, superpiliciis induantur et stolas habeant. Et si extra equitant cum Corpore Christi, stolam habeant, caveantque sacramenta ministrantes, [ne] sint in peccato mortali.

10. Item corpus dominicum in civitatibus vel villis, in quibus ecclesiae fuerint, nisi manibus sacerdotis et praecedente lumine et campanula praecipimus non portari. Sacerdotes quoque corpus dominicum non ostendant de cetero extra missam, nisi tempore celebrationis sub poena trium marcarum sinodali, totiens, quotiens in contrarium fecerint, solvendarum. Et ubi poterint commode, horas suas in ecclesiis perficiant, et quod sacramenta renoventur infra octo dies et oblatas recentes habeant.

11. Item sub poena excommunicationis statuimus, ut nullus sacerdos extra ecclesiam, nisi necessitas emerserit, praesumat baptisare.

12. Item ut clerici usuras non exerceant nec mercimonia, simoniacam pravitatem omnes detestentur et fugiant, permutaciones et contractus illicitos non faciant in beneficiis, in quo peritos consulant, suosque superiores adeant, antequam contractus aliquos faciant.

13. Item quum voraginem usurarum lex divina pariter et humana sub divina maledictione Christi fidelibus prohibuit, et inter diversas exageratas poenas, contra manifestos usurarios proditas, lex canonica has expressit, quod nullus manifestorum usurariorum testamentis intersit, aut eos ad confessionem admittat sive absolvat, vel defunctos sepeliat, donec de usuris ipsis satisfecerint, vel de satisfaciendo pro suarum viribus facultatum praestent illis, quibus facienda est restitutio, caucionem, si praesentes fuerint, vel eis absentibus episcopo aut vicesgerenti sive rectori ecclesie, in cuius parochia manifestus usurarius habitat, coram fide dignis ipsius parochiae. Et si quantitas usurarum exactarum manifesta fuerit, illa semper in cautione huiusmodi exprimi debet, alioquin tam religiosi, quam saeculares, qui scienter usurarios manifestos admittere ausi fuerint, ad ecclesiasticam sepulturam, praeter alias poenas sint ipso iure sententiae excommunicationis vinculo innodati, nec etiam ad

eandem ecclesiasticam sepulturam et confessionem sunt admittendi, nisi de usuris, quas receperunt, satisfieri expressa quantitate, vel indistincte in ultima voluntate mandaverit, ac donec de usuris ipsis fuerit, prout patiuntur facultates eorum, plenarie satisfactum, vel, ut praedictum est, eo modo cautio de satisfactione sit facta.

14. Item, quia propter multitudinem sepeliendorum ecclesiae in pavimentis deformantur et homines ipsas visitantes ex fetoribus temporibus estivis, ut plurimum, inficiuntur, ut igitur talibus obvietur, statuimus, ut nullus deinceps in ecclesiis sepeliatur, nisi sit patronus vel notabilis benefactor, aut qui alias ab antiquo liberam habuerunt sepulturam, vel cui plebanus seu ille, cui interest, admiserit. Et si consuetudo est aliquid pro fabrica ecclesiae dare convertendum, observetur, dummodo id fiat post sepulturam et non ante. Et si aliquis in articulo mortis per simplicem sacerdotem a sententia excommunicationis, a qua alias non poterit absolvi, esset absolutus, tales propter creditores et alias certas causas in loco consecrato sepeliri non debet, nisi cum consensu ordinarii.

15. Item quia sunt nonnulli vagi presbiteri, in civitatibus et oppidis permorantes, quia plebanis locorum recusant obedientiam, viventes scandalose, populum seducentes, statuimus, quod plebani locorum tales sacerdotes ad divina celebranda in suis ecclesiis non admittant.

16. Item quia propter benedictionem panum seu placentarum in festo Paschae, quas presbiteri faciunt in domibus laicorum, multae negligentiae tam in divinis officiis, quam in procurando Christi fidelibus sacramento Eucharistiae committuntur, statuimus, quod de cetero nullus presbiterorum in domibus laicorum huiusmodi panes et placentas benedicere praesumat, patronis dumtaxat exceptis, et quibus commode poterit de ipsorum beneplacito voluntatis, semper adiecto, quod per hoc nulla negligentia, ut praemissum est, committatur.

17. Item ut nullus clericorum de manu laica beneficium accipiat, ita, ut in eo divina celebret officia ante episcopi confirmationem, quia nisi assensus episcopi per commendam vel commissionem affuerit, non poterit absolvere vel ligare huiusmodi intrusus.

18. Item nullus laicus praesumat aliquem intrusum ponere ad ecclesiam, qui intrusi nisi beneficia ipsa dimiserint infra unum mensem et percepta restituerint, vel pro eis satisfecerint cum effectu, sint excommunicati ipso facto, nec parochiani debent eis in aliquo obedire.

19. Item nullus permutet vel resignet beneficium, nisi in manibus nostris et resignatio fiat simpliciter, et non in personam vel in favorem alicuius, nisi in curia Romani pontificis velit quis resignare.

20. Item nullus clericus recipiat decimam de manu laici, quod debetur alteri ecclesiae de iure. Contrarium faciens scienter, sit excommunicatus ipso facto.

21. Item ut in ecclesia fons baptismi et Eucharistia sub diligenti custodia clavibus adhibitis teneantur et corporalia de subtili tela, linea tamen, vasa ministerialia, pallae et ornamenta ministrorum munda sint et nitida, et ut corporalia prius manibus sacerdotis abluantur et postea tradantur feminis ad lavandum.

22. Item hinc infra et tres menses quilibet plebanus et beneficiatus habeat stanneam vel plumbeam flascam ad conservandum vinum, et cum secundum ius unus tantum patrinus in baptismo deberet intervenire, si autem aliqui plures suscipere vellent, ternarium numerum non excedant.

23. Item ut sacerdotes, cum baptisant, sponte oblata suscipiant, sed nihil prorsus exigere presumant. Et hoc etiam in collatione aliorum sacramentorum praecipimus observari sub poena sinodali, laici tamen laudabiles consuetudines pia fidelium devotione introductas servare tenebuntur, dummodo id faciant post collationem sacramentorum et non ante.

24. Item poenitentias pecuniales poenitentibus ut non iniungant.

25. Item habentes litteras apostolicas indulgentiarum vel pro audiendis confessionibus aliorum, ne aliqua falsitas esset, pro revidendis ad nos vel ad nostrum generalem officialem remittant.

26. Item caveant sacerdotes, ne verbo signo aut facto vel quovis alio modo prodant confitentes, sed si prudentiori consilio indiguerint, illud absque ulla expressione personae requirant, alioquin contra facientes non solum a sacerdotali officio sunt deponendi, verum etiam ad peragendum poenitentiam perpetuam in artum monasterium sunt retrudendi.

27. Item quacunque hora puer baptisandus apportatus fuerit, continuo baptisetur, et si per negligentiam sacerdotis mortuus fuerit, poena sinodali irremissibiliter exigenda per superiorem puniatur. Propter quod informent presbiteri in sermonibus suos parochianos, quod in casu necessitatis non differant pueros debiles etiam sine sale in pura aqua baptisare in solita forma ecclesiae, videlicet: Ego te baptiso in nomine patris et filii et spiritus sancti amen.

28. Item homicidae voluntarii, qui interficiunt alios sine iudicio et iustitia, non admittantur ad divina, donec de eorum absolutione constiterit et emenda.

29. Item nullus sacerdos sive clericus sanguinis sententiam dictet, proferat aut vindictam exerceat, nec intersit, ubi exercetur, nec litteras scribat.

30. Item clericus trahens alium clericum ad iudicium saeculare in quacunque causa, citra causam limitationis et patrimonii sui, praeter poenas iuris sit excommunicatus ipso facto.

31. Item caveant clerici, ne tractent causas incendariorum, vel eis litteras scribant, aut eorum legationes suscipiant, prout cupiunt in beneficiis suis conservari.

32. Item procurans abortivum ad divina non admittatur, si est manifestus, si vero occultus, hortetur, ut ante poenitentiam divinis se non ingerat.

33. Item plebanus habens parochianos, quorum linguam ignorat, provideat de sacerdote de eorum idiomate, sub poena privationis beneficii.

34. Item plebani aliive superiores externis seu peregrinis in ecclesiis suis divina celebrare non permittant nec ministrare aliqua sacramenta sine litteris receptatoriis aut dimissoriis commendatitiisque, nisi fuerit notus, et constaret, quod fuerit legitime ordinatus.

35. Item clerici beneficiati non praesumant extra provinciam peregrinari nec in alienis diocesibus alias etiam in propria demorari ultra mensem absque licentia superioris, nisi quantum ius permittit, alioquin sunt a beneficio suspendendi.

36. Item clerici non intendant histrionibus, venationibus, tabernis aut taxillis, nec sint invasores aut percussores aliorum sub privatione officii et beneficii, et si clericus ex ebrietate aliquid fecerit, quod obviat honestati clericali, aut quempiam verbis turpibus aut verberibus invaserit, talis tribus marcis usualibus mulctabitur. Qui si non fuerit in solutione, per unum mensem integrum in carcerem retrudetur.

37. Item prohibemus, ne clerici iurent in aliena causa aut testimonium proferant in prophanis causis coram iudice saeculari sub poena sinodali, nisi praesentes sint et sciant certissime factum ita, et alias de consensu episcopi et ex necessitate evidenti.

38. Item quod plebani praedicent et infra annum libros habeant a die publicationis presentium, de quibus poterint praedicare, sub poena sinodali.

39. Item ut plebani in ecclesiis populum frequenter exhortentur, quod quilibet sciat dominicam orationem, angelicam salutationem et simbolum et decem praecepta, et quod singulis diebus dominicis praedicta recitent, coram parochianis suis in vulgari, et semel in anno confiteantur ad minus, et in Pascha Corpus Christi suscipiant, nisi forte abstineant de consilio sacerdotis. Transgressor huius statuti vivens ab ingressu ecclesiae arceatur, et moriens careat christiana sepultura.

40. Item nullus plebanus habeat religiosum cuiuscunque ordinis sine licentia episcopi ultra octo dies pro capellano suo in sua ecclesia, alias est suspensus ab executione ordinum.

41. Item rectores ecclesiarum in Coenae Domini die crisma habere diligenter procurent, et tunc vetus crisma in ecclesiis comburatur.

42. Item vinum corruptum et acetosum ad sacrificium non portetur, quia de vino cocto et acetoso non conficitur. Et presbiteri non celebrent in curiis saecularium, nisi de licentia Romani pontificis aut episcopi speciali, neque coram excommunicatis publice vel suspensis, qui si celebraverint, ab officiis et beneficiis sint suspensi.

43. Item sacerdos celebrans in loco interdicto scienter, irregularis efficitur et non nisi per summum pontificem potest relaxari, et si aliquis habet indultum a Romano pontifice, revideatur, an etiam tempore interdicti, auctoritate apostolica lati, possit celebrari, si autem coram excommunicato celebrat, suspensus efficitur.

44. Item qui mandatum apostolicum receperit vel ordinarium et non bene intellexerit, infra tempus monitionis veniat ad peritiorem, ut sciat debitum modum exequendi.

45. Item volumus, ut nullus aliquas personas praesertim plebeas matrimonialiter copulare debeat, nisi bannis, hoc est proclamationibus, in tribus festis praecedentibus, si ista festa in una septimana occurrerint, alias si non, tunc tribus diebus feriatis, quod de nobilibus observari non praecipimus, consulimus tamen, ut et ipsi nobiles facerent de se similiter banna premitti, quoniam qui absque bannorum praemissione contraherent, et postea detegeretur aliqua consanguineitas vel affinitas aut aliquod aliud legitimum impedimentum inter coniuges, propter quod oporteret eos divortiari, non posset proles inter eos secuta pronuntiari legitima, secus esset, quando contraherent bannis praemissis, ut notatur in c. Cum inhibitio, De clandestina desponsatione. Quod consulendum nobilibus per plebanos et alios presbiteros matrimonium contrahere volentibus praecipimus. Qui si consiliis ipsorum adhaerere noluerint, nichilominus copulari eos praecipimus absque bannorum praemissione, qui voluerint.

46. Nullus quoque parochianum alienum copulare vel aliis sacramentis procurare audeat, nec divinis interesse permittat, nisi ex causa, nec clandestina matrimonia faciat nec eis interesse praesumat, sed matrimonia contrahantur per verba de praesenti et ante quaerantur impedimenta matrimonii, quae si occurrerint, non diffiniantur, sed ad episcopum referantur, alioquin si contrarium fecerint, et inter copulatos impedimentum emerserit, vicarius de diocesi expellatur, et curatus ab officio et beneficio per annum suspendatur.

47. Nullus quoque sententiam divortii inter coniuges dictet, nisi episcopus aut officialis suus, circa quod est sciendum, quod tempore feriarum possunt contrahi sponsalia et matrimonia, sed traductio uxorum et solennitas nuptiarum prohibetur ab Adventu Domini, usque ad octavas Epiphaniae et a septuagesima usque ad octavas Paschae et deinde per octavas Penthecostes.

48. Item nullus clericus compareat coram iudice saeculari in causis ecclesiasticis, excepta causa limitationis granicierum, nisi velit comparere, iudicium declinando.

49. Item prohibemus, ne quisquam clericus ad nostrum iudicium citatus adversarium suum, pendente lite, directe vel indirecte per saecularem iudicem faciat impedire. Contrarium faciens excommunicationis sententiam noverit se incurrisse.

50. Item ut nullus obliget res ecclesiae pro suis necessitatibus et eas alienare praesumat sine consensu episcopi sub poena privationis beneficii. Aliter factum sit irritum et inane.

51. Item mandamus sub poena sinodali, quod infra annum a data presentium cimiteria sepiantur, vel fossa circumdentur.

52. Item nullus clericus praesumat mulierem vel virginem raptam raptori copulare, nec inquirere, an rapta consentiat in raptorem, sub pena trium marcarum et aliis gravissimis poenis arbitrii, quae merito transgressor poterit formidare, donec rapta restituta fuerit libertati suae.

53. Item ut quilibet debita sui antecessoris solvat, contracta pro utilitate ecclesiae.

54. Item ex speciali licentia concedimus, ut sacerdotes sibi mutuo poterint confiteri et se absolvere, exceptis casibus nobis a iure reservatis.

55. Item prohibemus, quod nullus coram excommunicatis vel interdictis divina celebret, vel ad officium ecclesiae stare ipsos permittat, vel in cimiterio, nec talibus ecclesiasticam concedat sepulturam.

56. Item ut nullus absolvat excommunicatum, nisi habeat potestatem et tenta forma ecclesiae, alias ad damnum et interesse tenebitur excommunicato et adversario vel eius heredibus.

57. Item nullus alius praeter nos et nostrum vicarium absolvat excommunicatum propter iniectionem manuum violentarum in clericum ordinatum, sive sit modica et levis, sive et levis minima, sive atrox, de qua nos et noster vicarius videbimus, sub poena sinodali, et quod huiusmodi absolutio sit irrita, prout est de iure attentata.

58. Item denuntiare debet excommunicatum iste, qui habuit mandatum a superiori suo, dum requiritur, sub poena sinodali et periurii propter inobedientiam.

59. Item rectores ecclesiarum debent excommunicatos denuntiare monasteriis, ut et ipsi pro excommunicatis eos habeant. Qui si hoc facere contemnerent, tunc debent denuntiari diocesano infra unum mensem.

60. Item caveant fratres ordinum mendicantium, ne aliquos inducant ad eligendam sepulturam apud eos, ne incurrant excommunicationis sententiam contra tales a canone promulgatam.

61. Item innitendo iuri communi statuimus, ut laici, patroni, kmethones villarum ecclesiasticarum, ecclesiastico iuri subiectarum, ad aliquos

labores, servitia seu datias non astringant, nisi hoc sibi circa villarum donationem ecclesiae factam haberent expresse reservatum.

62. Item prohibemus, quod nullus laicus sacerdotem impignorare praesumat in dote vel extra dotem, antequam fuerit convictus coram nobis. Contrarium faciens est excommunicatus ipso facto et in tribus vicinis ecclesiis parochianis debet denuntiari excommunicatus, donec satisfecerit et per nos fuerit absolutus. Et hoc sacerdos impignoratus debet vicinioribus ecclesiis denuntiare.

63. Item non tenetur nec debet pascere gregem ovium, caprarum et scrofarum. Consuetudo autem, si alicubi est in solutione pastori, servanda est.

64. Item volumus, quod nullus praeter nos aut nostrum officialem vel vicarium nostrum in spiritualibus aut specialem commissarium in contemptum clavium sanctae matris ecclesiae de iudiciis nostris, quae consistunt in causarum cognitione sive in casibus in foro spiritualiter ad nos pertinentibus, ausu temerario se intromittere praesumat. Contrarium facientes excommunicationis poenae ipso facto volumus subiacere, quam etiam ferimus in his scriptis.

65. Item mandamus, ut nullus clericus sive sacerdos in favorem cuiuscunque contra nos seu ecclesiam nostram consilium vel auxilium impendat sub poena periurii.

66. Item archidiaconi vel eorum iurisdictionem habentes a locis non visitatis ratione visitationis pro concubinis, ut clerici eas foveant, nihil recipiant, alioquin sunt excommunicati ipso facto, nec absolventur, nisi nobis triplum solvant, nec postulent charitativa subsidia, nisi de licentia nostra spirituali.

67. Item archidiaconi diligenter facultatem ecclesiarum, locorum et personarum visitandarum considerent, ne nimium visitando graventur a sacerdotibus, canonem, verba consecrationis corporis et sanguinis domini nostri Iesu Christi et baptismi audiant, et utrum sacerdotes has nostras constitutiones exequantur et habeant, diligenter inquirant.

68. Item archidiaconi nequaquam tolerent clericorum concubinas, alioquin sunt suspensi a divinis, si non revelaverint suis superioribus aut nobis.

69. Item omnes plebani et beneficiati habeant sua sigilla sub poena sinodali.

70. Item plebani et alii presbiteri, quando requiruntur in processu, reviso eo quamprimum iuxta tenorem exequantur et se subscribant manu propria, si possunt, diem et horam apponentes, quando mandatum receperunt, et qualiter mandatum sunt executi, scilicet utrum in persona propria vel in domo, et si habent testes, tunc interessentes eosdem in executione scribant.

71. Item statuimus, ut omnes rectores ecclesiarum, officialium et archidiaconorum litteris currentibus et mandata nostra continentibus perlectis, executas, si opus fuerit, statim transmittant ulterius, nec si tempus habent, per noctem apud se retineant, sub poena excommunicationis et sinodali ipsas ad proximos suos vicinos remittant.

72. Volentes etiam quibusdam malis occurrere, ne deteriora sequantur, statuimus, ut omnes, quorum interest, illum abusum antiquum malum e medio tollant et evellant, ubi videlicet in praecipuis festivitatibus et eorum octavis fraternitatum congregationes, convivia et ingurgitationes solent facere et choreas exercere, ne decetero id fiat, omnibus modis hominibus persuadeant, praesertim maioribus et rectoribus, deducentes, quanta mala ex hoc sequuntur, talibus soli etiam non intersint, praecipimus. Si autem voluerint propter rationem fiendam et aliquos tractatus licitos convenire ex huiusmodi fraternitate, id non prohibemus, immo commendamus, dummodo ibidem non fiant inebrationes et choreae aliaeve insolentiae, quae creatorem et illos sanctos, in quorum festivitatibus haec fiant, offendunt.

73. Praeterea intelleximus in nonnullis locis quandam malam et depravatam consuetudinem sub specie pietatis per longa tempora vigere, ut videlicet certas summas pecuniarum in fraternitate aliqua habentes mercatoribus aut artificibus aliisve personis ex illa solent in mutuum aliquid praestare, ac ab eo certum quod pro candelis et aliis necessitatibus ultra sortem exigere et percipere. In quo cum usuram damnabilem a lege divina et humana prohibitam committunt, ne decetero id fiat, sub poena excommunicationis prohibemus, cum etiam praetextu boni malum fieri non debet. Et quicquid per aliquos exactum est, restituendum censemus.

IV.

Uchwały synodu prowincyjonalnego Łęczyckiego z r. 1512.

Decreta et constitutiones synodi provincialis Lenciciae anno domini 1512 celebratae.

1. Ecclesiae parochiales pauperes in diocesi[bus] provinciae Gnesnensis, ne errores et negligentiae in eis de cetero essent, per eos, ad quos de iure pertinet, uniantur.

2. Praeterea statuimus, quod quilibet decimam solvens, etiam antequam frumenta conducentur, cuiuscunque generis, possessor avisabit eum, ad quem pertinet decima, ut veniat aut mittat visorem, ne in huiusmodi decimatione iniuria et dampnum [contingat], et si secus factum esset, pro rapta habeatur

debetque dari in toto aut deductionem expensarum quorumcunque laboratorum; statutumque de decimis per ordinarios contra illibertantes et impedientes observetur et publicetur.

3. Item banna circa matrimonia per omnes observentur. Si tamen nobiles noluerint, prout multi nolunt, tolerandi sunt, nichilominus talibus dicatur: si aliquod impedimentum incurrerit in eis, propter quod divortium evenerit, proles legitima, prout iure cautum est, antehac suscepta erit.

4. Praeterea intelleximus in nostra provincia incantationes, maleficia, nigromantiam aliasve superstitiones invalescere, saeculares in talibus corrigendis negligentes esse; ordinarii itaque super hoc diligentem inquisitionem faciant et cunctos publice in scalis vestitos in eorum dedecus et pileatos per aliquod tempus stare permittant et tandem iuxta arbitrium et delicti excessum in carcerem detrudant puniendos, decernimus.

5. Insuper licentiosis et discolis clericis obviare volentes, eorumque insolentiis, statuimus, quod quicunque clericus praeter voluntatem plebani aut vicesgerentis in civitate, oppido, villa, hospitio per triduum permanserit et monitus legitime ad scholas ibidem vel alibi non iverit, tanquam rebellis ad officialem ordinarium vel foranensem peremptorie per plebanum loci aut suum vicesgerentem auctoritate ex hac sinodo sibi concessa citari poterit pro termino certo sibi assignando, coram huiusmodi officiali, ubi si comparuerit, per officium puniatur poena condigna pro excessu, et si qualitas delicti vel scandali requiret, etiam corporali poena afficiatur. Si vero non comparuerit, extunc officium, executione visa legitima, excommunicabit talem pro contumacia.

6. Item constituimus festum s. Vitalis sub duplici tenendum in tota provincia ratione victoriae super Tartaros in hoc festo habitae, et ut Deus omnipotens ecclesiae universali et nobis pacem, principibus christianis concordiam concederet, omni feria quarta, aut si esset festum, tunc alio die competenti illius septimanae ad unius anni decursum supplicationes seu processiones cum letaniis missamque pro pace fieri et decantari instituimus.

7. Item festum b. Mariae virginis Nivis sub duplici non autem celebri ad populum in die s. Dominici celebrari, festum autem s. Dominici anticipandum immediate ad proximam diem volumus et decrevimus.

8. Item contributiones in synodo provinciali novissime in Piotrkow celebrata institutas decernimus exigendas ad completionem summae ad certa bona redimenda necessariae, quae exigentur a toto clero, prout erat laudatum in dicta synodo; quaequidem contributiones solvi debent pro Dominica Laetare eo modo, ut anno praecendenti solutae sunt, hoc addito, quod ubi non sunt taxata beneficia, Episcopus quilibet in sua diocesi per se, et in quantum occupatus esset, per aliquos bonos et probos viros huiusmodi beneficia iuste taxare debet. Beneficia autem, quae sunt ad magnas taxas taxata, retaxet

et diminuat taxas iuste et aequiter; et similiter ubi sunt taxae parvae, augeat eas secundum iustitiam et aequitatem, in quo conscientias eorum oneramus. Illi autem, quibus taxae augebuntur, aequo animo ferre debent.

9. Item statuimus, quod quilibet Episcopus cum capitulo contributionem per se et clerum suum solutam conservet, nec ex capitulo debet extradi, donec Episcopus ibidem etiam essentialiter solvat.

10. Praeterea Rmi dni praesules a R. Mte impetrare debebunt, quamprimum poterint, litteras, quod post exsolutionem summae pro bonorum exemptione componendae quadraginta millium ducatorum de cetero clerum ad contributiones saeculares solvendas non sollicitabunt, et dum ad expeditionem bellicam ibunt, in bonis ecclesiasticis damna facere non debebunt, sicut in aliorum nobilium bonis non faciunt.

V.

Uchwały synodu prowincyjonalnego Łęczyckiego z r. 1527.

Constitutiones sinodi Lanciciensis die Mercurii post festum Visitacionis divae virginis Mariae anno MDXXVII celebratae [1]).

1. Extirpatio [2]) heresum et sectae Lutheranae.

Decernit [3]) haec sacra sinodus, ut Rmi dni Archiepiscopi [4]) et Episcopi pro exterminio sectae Lutheranae, ex diocesibus comprovincialibus et praesertim Wratislaviensis et Cuiaviensis intendant, procedendo contra notorios et suspectos de heresi secundum decreta sacrorum canonum, statutorum provincialium veterum et novorum, omni timore postposito, solum Deum, fidem eius et religionem sanctam prae oculis habentes, non parcentes praeterea laboribus et expensis, cum ipsi sint in fidei materia positi, tanquam signum ad sagitam, et de plebe sibi commissa condignam Deo in districto examine reddituri sunt rationem, ne sanguis ovium de manibus eorum requiratur. Quam rem ut facilius et commodius aggredi valerent, suscepit haec sinodus statuta omnia provincialia cum bullis apostolicis insertis in diversisque sinodis et per Rmum in Christo patrem dnum Iohannem de Laszko Archiepiscopum Gneznensem, primatem legatumque natum tempore praesidentiae suae felicis confecta, approbata, sinodalique auctoritate et decreto cum statutis huius provinciae vetustioribus conformata, digesta, in unumque volumen redacta ac noviter impressa, et per memoratum dnum Archiepiscopum in

---

[1]) Ed. Constitutiones et articuli synodi Lanciciensis an. dni MDXXVII celebratae. — [2]) Cod. Extirpationis. — [3]) Ed. Decrevit. — [4]) Ed. Archiepiscopus.

praesenti sinodo publicata, quae eadem sinodus pro approbatis et publicatis habere voluit, decernens eisdem robur perpetuae firmitatis. Et ut dni Archiepiscopi, Episcopi aliique iudices ecclesiastici et clerus provinciae universus secundum illa vivant et gubernentur, poenis [1]) inibi contentis irremissibiliter puniendi.

2. Item decrevit eadem sinodus, prioribus statutis innitendo et eadem innovando, ut dni Archiepiscopi et Episcopi, praesertim vero Vratislaviensis et Cuiaviensis, in suis diocesibus servent inquisitores seu visitatores hereticae pravitatis, qui per singulas dioceses visitent et inquirant diligenter de suspectis et notoriis in secta Lutherana, quos dnis ordinariis deferant puniendos. Qui visitatores seu inquisitores unus ad minus esse debet in qualibet diocesi presbiter saecularis vel regularis, prout dnis Archiepiscopis et Episcopis melius et commodius [2]) videbitur faciendum. Sed quoniam visitatio [et] [3]) inquisitio quantumvis diligentissima [4]) ad extirpationem eiusdem sectae parum prodest, nisi adhiberetur fideli populo pabulum verbi Dei per viros vere catholicos valentes verbo, opere et exemplo, quorum sana doctrina scirent homines reprobare malum et eligere bonum: ideo decrevit haec sacra sinodus prioribus statutis inhaerendo, ut dni Archiepiscopi et Episcopi, praesertim vero Vratislaviensis et Cuiaviensis, in curiis, ecclesiis metropolitanis, cathedralibus et collegiatis, et illis potissimum, ubi secta Lutherana aduc pululare videtur, servent Theologos doctos, verbi divini contionatores, qui Evangelium Christi et sacram paginam per solidam scripturam, verum et approbatum intellectum Christi fidelibus tradant [5]) [et] [6]) interpretentur, obmittentes in contionibus quaestiones scholasticas et exempla somniata, quae corda fidelium distrahere potius, quam aedificare videntur.

3. Item quia rectores ecclesiarum parochialium tenentur de iure praedicare populo verbum Dei, quod absque sana sacrae scripturae intelligentia ad effectum deducere non possunt, unde quia valde periculosae existunt minae Evangelicae, quibus dicitur: si coecus coeco ducatum praestet, ambo in foveam cadunt, - statuit haec sinodus sacrosancta [7]), antiquos canones innovando: quod dni Archiepiscopi et Episcopi eorumque in spiritualibus vicarii mandent per processus generales omnibus et singulis ecclesiarum parochialium rectoribus eorumque vicariis et aliis verbi divini contionatoribus, tam saecularibus quam regularibus, ut post novum et vetus testamentum [8]) opera beatorum Cipriani, Athanasii, Gregorii Nazanzeni, Basilii, Crisostomi, Hilarii, Augustini, Ambrosii, Ieronimi, Gregorii et Leonis, qui ea haberi possent, alioquin omelias per anni circulum dominicis diebus festis [9]) singulis [10]) aptas, sacramentorum

---

[1]) Cod. prius. — [2]) Ed. melius et utilius ac commodius. — [3]) W rękopisie słowa tego brak. — [4]) Cod. diligentissime. — [5]) Cod tradent. — [6]) W rękopisie wyrazu tego brak. — [7]) Ed. sacra. — [8]) Na marginesie ta sama ręka zanotowała: »Libri qui in usu habendi sunt cleri- cis.« — [9]) Cod. festibus. — [10]) W druku wyrazu tego niema.

librum, lectionarium, antiphonarium, baptisterium, computum, canones poenitentiales, psalterium cum interpretatione sancti Ieronimi, rationale divinorum, statuta provincialia nova et vetera habeant, in eisque diligenter studeant et iuxta intelligentiam praedictorum Evangelium [1]) Christi populo tradant [2]) et interpretentur, ne ex diversis et variis contionandi formulis scolasticisque disputationibus, quae hucusque prae manibus habentur, et se ipsos in solido sacrae scripturae intellectu confundant, et auditoribus verbi Dei et erroris confusionisque de ipsis occasionem praebeant.

4. Et quoniam viam omnis [3]) virtutis et veritatis Christifidelibus ab ipsis cunabulis per magistros et praeceptores monstrari convenit, ut iuventus Christiana in scholis et triviis doctrinis sanis et melioribus imbuatur: cum referat plurimum a inventa sic vel sic asuescere, decrevit haec sinodus, ut universitas Cracoviensis et aliae scholae particulares in tota provincia non legant [4]) omnino autores neutoricos [5]) curiosos illos quidem [6]) fidem catholicam et statum sanctae matris Ecclesiae ubique vellicantes, sed in scholis trivialibus legantur libri, qui non contaminarent iuventutem illamque novam testulam coinquinarent minime. Legantur [7]) autem in eisdem scholis diligenter: libri Evangeliorum, epistolae Pauli, Catho moralis, Socrates, officia Ambrosii, decem praecepta, himni, sequentiae [8]), Ascensii officium per quadragesimam, Cicero, Vergilius, Ezopus et alii oratores et poetae non obsceni. Curentque dni Archiepiscopi, Episcopi et eorum in spiritualibus vicarii et officiales omnes scholas reformare diligenter in moribus et disciplina [9]). Et deinceps in vestibus saecularibus et laicalibus, nequaquam incedant, sed habeant habitum clericalem decentem [10]). Et ut alma Universitas Cracoviensis reformetur per commissarios apostolicos in abusionibus suis iuxta constitutionem provincialem iam dudum super hoc editam, quam sinodus haec legitimis persuasa rationibus innovavit et pro innovata habere voluit.

5. Quia fratres mendicantes [11]) et alii exempti ordines, confidentes nimium privilegiis et exemptionibus suis, ea apud sedem apostolicam privilegia obtinere non verentur, quae universae provinciae in scandalum non modicum et ingens periculum animarum vergere dinoscuntur, videlicet ne in [12]) materia heresis contra constitutiones sacras locorum ordinariis subiciantur; ideo decrevit haec sinodus [13]), ut domini Archiepiscopi et Episcopi, praesertim vero dominus Episcopus Poznaniensis [14]), in cuius diocesi hoc accidit, eiusmodi privilegiis et exemptionibus contra iura communia et licitis et extortis diligenter

---

[1]) Cod. Evangeliornm. — [2]) Cod tradent. — [3]) Ed. omnibus. — [4]) Na marginesie czytamy: »Prohibetur, ne legantur autores nectorici.« — [5]) Ed. neotericos. — [6]) Ed. illos, qui. — [7]) Na marginesie czytamy: »Qui libri in scolis legendi sunt.« — [8]) Cod. sequentias. — [9]) Na marginesie: »De scholaribus emendandis.« — [10]) Na marginesie: »Vestes clero laicae prohibendae«. — [11]) Na marginesie: »Contra mendicantes fratres.« — [12]) W druku słowa tego brak. — [13]) Na marginesie: »Sinodus dat auctoritatem episcopis contra exemptos et mendicantes«. — [14]) W druku wyrazy te umieszczone są w porządku odwrotnym.

intendant et inquirant, quae inventa auferant etiam manu potenti, si opus fuerit, illisque non obstantibus contra exemptos, suspectos et notorios de heresi procedant ad poenas iuris communis et statutorum provincialium, privilegiis et exemptionibus huiusmodi non obstantibus cuiuscunque[1]).

6. Item decrevit sinodus, ut Rmi domini Archiepiscopi et Episcopi Sacram Regiam Mtem per se vel nuntios sinodales deprecentur, ut eius Maiestas in curia regali praedicatorem doctum servare dignaretur[2]), qui singulis diebus dominicis et festis coram eius Maiestate alibi quam Cracoviae moram contingeret[3]), quod denique in conventionibus generalibus consultationes publicas senatorum et nuntiorum terrestrium praedictis diebus dominicis et festis ante prandia eius Maiestas fieri prohibeat, cum ea res in scandalum plurimorum vergere dinoscatur, verum mandet, ut senatores et nuntii terrestres divina officia diebus praedictis et contionem audiant reverenter et devote. Alioquin quilibet ex dominis Archiepiscopis et Episcopis eiusmodi praedicatorem ordinare tenentur, in cuius diocesi conventio generalis indicetur[4]), aut si Regia Maiestas ibidem constitueretur.

7. Item petenda etiam est[5]) sacra Maiestas, ut hereticos et Lutheranos, eius Maiestati per lociordinarios deferendos[6]), iuxta edictum regni puniat, et capitaneis locorum puniri faciat; et ut per suam Maiestatem dentur litterae ad omnes capitaneos, etiam et ad ducatus[7]) magnos Lithuaniae[8]), ut in extirpatione Lutheranorum ordinariis seu eorum officialibus diligenter assistant.

8. Similiter supplicandum erit sacrae Regiae Maiestati, ut in Vilnensi et Mednicensi [diocesibus] faciat ponere in exequutione privilegia Vytholth olim magni ducis Lythphaniensis de non construendis oratoriis Ruthenorum et de iam constructis[9]) contra eadem privilegia demoliendis, propter quorum abusum non modica scandala ibidem committuntur tam in censurarum vilipensione, quam in iurisdictionis episcopalis enervatione, matrimoniorum contractu et aliis plurimis, et ut restauretur officium *dzyeczyky*, videlicet familiaris et possessionatus (s) in utraque diocesi in suffragium episcopalis iuris--dictionis admodum necessarii, quod per saecularem potestatem a plerisque annis destructum et annichilatum est [in] iniuriam dominorum Episcoporum non modicam et cleri[10]).

---

[1]) Ed. quibuscunque. — [2]) Na marginesie: »Ut rex praedicatorem in curia doctum foveat«. — [3]) Ustęp ten w rękopisie i w druku pomylony; powinno brzmieć: »qui singulis diebus dominicis et festis coram eius Maiestate [praedicaret, cum eius Maiestatem trahere] alibi quam Cracoviae moram contingeret « — [4]) Ed. iudicetur. — [5]) W druku dwa te wyrazy w odmiennym umieszczone są porządku. — [6]) Na marginesie: »Legationis.« — [7]) Cod. et Edducatos. — [8]) Cod. Lythphawaniae. — [9]) Na marginesie z jednej strony: »Ut in Vilnensi et Mednicensi diocesibus non construantur sinagogae« ; z drugiej: »legationis.« — [10]) Cały ten artykuł nie znajduje się w edycyi z r. 1532.

Morum reformatio[1]).

9. Quia ex depravatis moribus et vita cleri hereses in ecclesia Dei oriri consueverunt, statuit haec sinodus sacrosancta[2]), ut domini Archiepiscopi et Episcopi ad morum reformationem in clero solenniter procedant, quam iuxta sacrorum canonum provincialium veterum[3]) et novorum[4]) constitutiones faciant in capite et in membris, ad poenas iuris et statutorum, omni timore postposito, et sine personarum acceptione contra rebelles et inobedientes procedentes[5]); et ne quis ex clero provinciali ignorantiam statutorum novorum et veterum[6]), noviter impressorum et publicatorum, morum et vitae reformationem in se continentium, praetendere possit: decrevit sinodus, ut quilibet Rmorum dominorum Archiepiscoporum et Episcoporum eadem statuta in sua diocesi toti clero faciat publicata, mandans omnibus prelatis et canonicis[7]) et plebanis eorumque vicariis et aliis presbiteris tam saecularibus, quam regularibus sub poena sinodali, ut librum eorundem statutorum quilibet habeat et secundum illa vivat et gubernetur.

10. Item quia vita et mores clericorum plus interiore quam exteriore[8]) reformatione egere videntur[9]), et pastor animarum ad[10]) instar boni medici interiora primum hominis curare tenetur, quibus perfecte sanatis morbi exteriores per se facile coalescunt[11]), ideo requirit haec sinodus in Spiritu Sancto congregata, ut domini Archiepiscopi et Episcopi visitent primo[12]) curias ecclesiasque[13]) suas metropolitanas[14]), cathedrales et collegiatas per se et alias inferiores ecclesias per archidiaconos iuxta modum et formam sacrorum canonum statutorumque provincialium; et ut iudicium et iustitia incipiat de domo domini, reforment primo se ipsos curiasque suas, deinde gradatim clerum dioecesis suae universum, ambitionem, avaritiam, cupiditatem, substantiae ecclesiasticae[15]) abusum et malam dispensationem, curam animarum et iustitiae negligentiam, quae animi vitia interiora existunt, in se ipsis et aliis reformantes; praelatos et canonicos[16]) aliosque presbiteros horas canonicas non dicentes, officia divina minime peragentes[17]), lanam ovium duntaxat tondentes, illamque in abusus diversos, fornicationem adulterorum[18]) etiam notoriorum convertentes, severitate canonica ad orandum[19]), sacrificandum et ab enormibus desistendum compellentes, providentes, ut in partem solicitudinis suae et praesertim ad officia iustitiae non praeficiant indignos, idiotas et avaros, quia plus officiunt, quam proficiunt in ecclesia

1) Cod. reformationis. — 2) Na marginesie: »articulus.« — 3) Cod. veterorum. — 4) Cod. et Ed. novarum. — 5) Na marginesie: »Morum reformatio in clericis per Episcopos facienda.« — 6) Cod. veterorum. — 7) Na marginesie: »Ut ubique statuta provincialia habeantur.« — 8) Cod. exteriore et. — 9) Ed. egent. — 10) Wyrazu tego brak w druku. — 11) Cod. calescunt. — 12) Ed. primum — 13) Ed. ecclesias curiasque. — 14) Na marginesie: »Ut curiae dominorum Archiepiscoporum et Episcoporum imprimis visitentur et reformentur.« — 15) W druku wyrazy te umieszczone są w odwrotnym porządku. — 16) Na marginesie: »De horis canonicis orandis.« — 17) W druku dwa te wyrazy umieszczone są w odwrotnym porządku. — 18) Cod. adulteriorum. — 19) Cod horandum.

Dei. Et demum ad habitum et tonsuram [1]) clericorum, quae exteriora corporis sunt, animum intendant. Et ut illa iuxta praescriptum sacrorum canonum et statutorum provincialium, praesertim novorum, in eisdem reforment, ut sic non solum habitu, verum et religione se clericos, hoc est in sortem domini vocatos esse, testificentur.

11. Decrevit etiam haec sinodus, quod domini Archiepiscopi et Episcopi archidiaconis non committant deinceps vices suas quo ad correctionem morum et poenarum exactionem, sed solum, ut iuris est, visitationem et visitationis relationem, qua facta ipsi aut eorum in spiritualibus vicarii ad morum correctionem et poenarum exactionem procedant, quas non in usum primatum, sed pro luminaribus, fabrica ecclesiarum, aut in alium pium usum convertant. Innovat etiam [2]) haec sacra [3]) sinodus et pro innovato habere decrevit decretalem [4]) Ordinarii, De officio ordinarii, Lib. VI (c. 3 in VIto I, 16) volens, ut quilibet dominorum Archiepiscoporum clericos sibi subiectos plures dignitates vel ecclesias, quibus animarum cura imminet, obtinentes seu personatum aut dignitatem cum alio beneficio, cui cura similis [5]) est annexa, districte [6]) compellant dispensationis auctoritate, quarum huiusmodi ecclesias, personatus [7]) seu dignitates canonice tenere se asserunt, infra tempus ipsorum ordinariorum arbitrio moderandum exhibere; quod si forte nullam dispensationem in termino contingerit exhiberi [8]), talia beneficia per eos, ad quos eorum collatio pertinet, libere personis idoneis conferantur [9]), alioquin si dispensatio sufficiens producetur, exhibens nequaquam in beneficiis huiusmodi molestetur. Provideant tamen ordinarii, ne cura animarum in eisdem beneficiis propter non residentiam negligatur iuxta formam et tenorem eiusdem decretalis.

12. Ut autem omnis avaritia et cupiditas ex animis ecclesiasticorum penitus evellatur, decrevit sinodus, ut census [10]) in vim reemptionis [11]), alias *na vyderkow*, pro ampliandis antiquis beneficiis in posterum non pluris emantur [12]), quam marcae quatuor census annui [13]) pro centum marcis latius salvo per omnia statuto novo sub titulo de censibus scripto, quod circa contractus eiusmodi providere videtur.

13. Et [14]) quoniam plerique domini Archiepiscopi et Episcopi, qui clericos in privilegio fori defendere deberent, ipsimet pro decimis et aliis causis ecclesiasticis coram officialibus subditos suos, cives et villanos iudi-

[1]) W druku trzy te wyrazy są umieszczone w odwrotnym porządku. Na marginesie: »De habitu, de tonsura«. — [2]) Słowa tego brak w druku. — [3]) Słowa tego brak w rękopisie. — [4]) Na marginesie: »Decretalis de officio ordinarii innovatur li. VI«. — [5]) Ed. simul. — [6]) Cod. districto. — [7]) Cod. personatas.« — [8]) Ed. exhibere. — [9]) Na marginesie: »Dispensationes in pluralitate beneficiorum curatorum indagandae. — [10]) Na marginesie: »Census in vim reemptionis novi non emendi, et quomodo emendi, modus datur. — [11]) Cod. recuperationis. — [12]) Ed. emanantur. — [13]) Cod. et Ed. anni. — [14]) Cod. Est.

care non permittunt, sed coram factoribus suis saecularibus, ne dicam capineis, presbiteros et clericos in eisdem causis iuri parere[1]) et iustitiam quaerere compellunt contra canonicas sanctiones, praebentes causam saecularibus ididem faciendi[2]), et progressu temporis clericos[3]) ad suum forum protrahendi: unde quia res haec est exemplo periculosa, statuit sinodus sacrosancta, ut eiusmodi inhibitiones et mandata domini Archiepiscopi et Episcopi in eorum diocesibus penitus relaxent, permittantque clerum uti libere iurisdictione spirituali coram vicariis in spiritualibus et officialibus in causis praedictis contra subditos eorum, tam cives quam villanos, ad quod dominus Archiepiscopus Gneznensis et reliqui domini Episcopi[4]) libere consenserunt[5]).

14. Item quia ex celebratione iudiciorum spiritualium, post prandia hactenus fieri solitorum, multa scandala provenire consueverunt, statuit sinodus, ut vicarii in spiritualibus et officiales foranei aliique iudices ecclesiastici deinceps post prandia nulla exerceant iudicia, sed iudicent de mane usque ad horam meridiei sub pena sinodi et officii privationis[6]).

15. Reverendissimi domini Episcopi, nuntii capitulorum et abbates petierunt Rmum dominum Primatem, ut sua Celsitudo deinceps sinodum provincialem Lanciciae non indiceret[7]) propter loci incommoditatem et inopiam rerum, sed Piotrkoviae vel in Lovycz, ubi hospitiorum et victualium habetur habundantia. Ad quod Rmus dnus Archiepiscopus Primas[8]) se sponte et libere summisit[9]).

16. Quoniam[10]) a plerisque temporibus ingentes discordiae, dissensiones et scandala in diocesi Mednicensi oriuntur inter dominum Episcopum, nobiles, plebem et clerum, quae nedum ad aures sacrae Mtis R. et domini Archiepiscopi, verum etiam huius et praecedentis sinodorum non sine ingenti clamore et illius viciniae scandalo pervenerunt; quibus si mature et tempestive non obviaretur, profecto timendum est, ne nova illa plantatio in peius in dies proficiat et ad novas hereses vel antiquam idolatriam revertatur. Ideo decrevit[11]) sinodus, ut Rmus dominus Archipraesul Gneznensis descendat exemplo Salvatoris ad illam diocesim, visitet et videat, utrum clamorem, qui ascendit, opere compleverunt omnesque controversias et dissensiones illius diocesis statim[12]) complanet et reformet reformanda tam in capite quam in membris, in cathedrali et aliis ecclesiis inferioribus faciens bonum ordinem tam in officiis divinis quam in iustitiae administratione. Quamquidem visitationem licebit suae Celsitudini facere per se vel per alium, unum vel

---

[1]) Ed. parcere. — [2]) Ed. faciendum. — [3]) Cod. clericis; Ed. clerici. — [4]) Cod. Episcopi reliqui. — [5]) Na marginesie: »Ut subditi Episcoporum iure citati respondeant, inhibitione non obstante«. — [6]) Na marginesie: »Iudicia non celebranda post prandium. — [7]) Ed. iudiceret. — [8]) Cod. Archipraesul. — [9]) Na marginesie: Locus sinodo provinciali celebrando deputatus. — [10]) Od tego słowa rozpoczyna się w rękopisie ta część postanowień synodu z r. 1527, która nie została uwzględnioną w edycyi z r. 1532. — [11]) Cod. decretum. — [12]) Cod. statum.

duos viros exemplares, quorum alter sit pro auctoritate maiori ex dominis Episcopis provincialibus, petendaque est sacra Maiestas Regia, ut eisdem visitatoribus auctoritatem suam regiam et domini capitanei Samagitensis impartire dignaretur, qua visitatio et reformatio illius diocesis solidius maturiusque procedere valeret, interim vero quod visitatores illuc advenient, decrevit sinodus, ut omnes controversiae inter dominum Episcopum et clerum quomodolibet exortae sint in pace, et quod super eis nichil innovetur sub poena quatuor millium florenorum [1]).

Contributionis.

17. In sinodis praecedentibus clerus provinciae, qui de iure et consuetudine contribuere tenetur, questus fuerat de inaequalitate contributionis: quapropter in sinodo Pyothrkoviensi praeterita decretum erat, ut archiepiscopatus, episcopatus, abbatiae et alia beneficia tam saecularia quam regularia ad aequalitatem contributionis reducerentur, quod ut facilius et commodius fieri posset, debeant domini Archiepiscopus et Episcopi in eorum diocesibus conscribi facere et ad praesentem sinodum deferre quantitatem et veros valores archiepiscopatus, episcopatuum, abbatiarum et omnium beneficiorum, ut in hac sinodo contributio ad aequalitatem reduceretur. Quam conscriptionem quia dominus Archiepiscopus et Episcopi iuxta decretum sinodi praecedentis non fecerunt neque ad istam afferri curarunt, protestati sunt nuntii capitulorum et abbates, quia nollent denique deinceps ad aliquam contributionem procedere, nisi conscriptio quantitatis et valoris praedictorum et reductio contributionis ad aequalitatem praecedat [2]).

18. Consenserunt itaque de novo et promiserunt sinodaliter domini Archiepiscopus et Episcopi, promissionibus et constitutionibus sinodorum praecedentium inhaerendo, et in reductionem contributionis ad aequalitatem et iustitiam, quae in sinodo provinciali futura, omni excusatione semota, effectum sortiatur, voluerunt et decreverunt, ut domini Archiepiscopus et Episcopi, quilibet cum capitulis eorum, in sua diocesi statim post collectas messes deputent ad conscribendum quantitatem et veros valores archiepiscopatus, episcopatuum, abbatiarum et aliorum beneficiorum omnium tres viros idoneos. videlicet unum de ecclesia metropolitana vel cathedrali, alium de collegiata, si in diocesi habetur, alioquin plebanum et tertium abbatem, qui taxare debent omnes census, decimas, et quicquid nomine decimae datur, maldratas et molendina. Tamen domini Archiepiscopus et Episcopi pro molendinis nequaquam consentire voluerunt suntque protestati in omnibus bonis archiepiscopatus, episcopatuum, abbatiarum et omnium aliorum bene-

[1]) Cały ten artykuł przekreślony; na marginesie: »Palea«. — [2]) Na marginesie z jednej strony: »Palea«, z drugiej: »Taxatio beneficiorum«.

ficiorum tam saecularium quam regularium; quos domini Archiepiscopus et Episcopi expensis sufficientibus providere debent[1]), easdem ex contributione[2]) futura, quae vel ob id decerni debet, recuperaturi; qui valor et quantitas hoc modo conscripta per dominos Archiepiscopum et Episcopos de singulis diocesibus afferri debet ad sinodum provincialem futuram, ex qua contributione ad aequalitatem reductio fieri debet, prout sinodo melius et utilius videbitur faciendum, alioquin nisi conscriptio et reductio praefatae praecedant, protestati sunt iterum iterumque nuntii capitulorum et abbates, quia nollent deinceps ad aliquam contributionem iuxta modum antiquum consentire[3]).

19. Nuntii nonnullorum capitulorum requisiverunt supplicantes Rmum dominum Archiepiscopum Gneznensem, ut sua Paternitas in auxilium contributionis retentae unius anni, dum sua Paternitas Romae ageret[4]), sua Paternitate allegante eosdem quingentos (?) per certam sinodum ei dimissam esse ratione impensarum pro bullis provincialibus Romae in concilio Lateranensi expeditis, quam dimissionem Rmus dnus Mathias, Episcopus Wladislaviensis, nuntii capituli Gneznensis et abbates factam fuisse testificati sunt. Voluerunt nuntii praefati, ut negotium suspenderetur ad informationem capitulorum et in futura sinodo decidetur, domino Archiepiscopo allegante, dimissos esse dictos quingentos seque obligari nolle ad solutionem eorundem. In qua re, quia tot clara testimonia militabant pro domino Archiepiscopo, suspendit eandem sinodus ad informationem omnium capitulorum, ut illa per suos nuntios super dimissione certificata mitterent ad futuram sinodum mandata sufficientia ad quittandum dominum Archiepiscopum de praedictis quingentis, ne super eis amplius controversiae oriantur[5]).

20. Sacra sinodus provincialis pro subsidio rei publicae contra Tartaros et infideles decrevit contributionem duplam cum dimidio simplae per Rmos dominos Archiepiscopum, Episcopos, abbates et universum clerum, tam saecularem quam regularem, pro festo Nativitatis Divae Mariae solvendam et conferendam, quae hac vice tantum iuxta taxam antiquam a marca argenti solvi debet secundum cuiusque diocesis consuetudinem. Item decrevit, ut in hac contributione exigenda habeatur ratio beneficiorum, quae in censibus *wyderkow* in villis nobilium fundata sunt, ut videlicet tantum eis de praesenti contributione defalcant (s), quantum per nobilitatem de eisdem censibus retentum et simul cum tributo nobilium pro publica necessitate solutum est. Si vero solutio illa ex praedicto censu contributionem praesentem excedat, hoc cum patientia beneficiati rei publicae cedere debet;

---

[1]) Wyraz ten w rękopisie dwukrotnie jest zamieszczony. — [2]) Cod. contributionis. — [3]) Na marginesie czytamy z jednej strony: »Palea«; z drugiej: »Deputandi ad conscribendum proventus ecclesiarum propter aequandam contributionem ad aequitatem. — [4]) W tem miejscu zachodzi jakiś brak, który czyni cały ten ustęp niezrozumiałym. — [5]) Na marginesie: »Palea«.

in çivitatibus vero et oppidis eundem censum pro parte cum tributo nobilium antea soluta decrevit sinodus non defalcandum[1]).

21. Item in censibus nudis, videlicet zupparum et theoloneorum, si quid iam beneficiati contribuerunt, id in solutione contributionis praesentis defalcent pari ratione et modo, ut de censibus *wyderkow* supra constitutum est[2]).

22. Vicarii perpetui, altaristae et mansionarii tam cathedralium quam collegiatarum et parochialium ecclesiarum in civitatibus, in oppidis. etiam vicarii perpetui ecclesiae cathedralis Plocensis et alii, quorum vicariae acceptentur per gratias, iuxta taxas suas, si eas habent, praesentem contributionem solvant; quibus autem taxa non est, illi a qualibet marca usuali solvant per duos grossos; annuales vero vicarii, gratialistae et alii presbiteri ecclesiis quibusque servientes per tres grossos solvant; ministri ecclesiarum, organistae, campanatores, cantores, sacristae solvant per duos grossos[3]).

23. Sed quia vicarii perpetui ecclesiae collegiatae Lovicensis his proximis temporibus fuerunt dampnificati per ignis voraginem in domibus et substantiis eorum, ideo sacra sinodus absolvit eosdem a contributione praesenti, ut nichil hac vice contribuere teneantur, tantum tres fertones, sicut consueverunt[4]).

24. Item Rmi domini Archiepiscopus et Episcopi debent quisque ad capitulum suum in manus collectorum generalium contributionem suam consuetam quamprimum reponere. Et demum praelati et canonici, abbates et clerus universus contribuat, ad quod processus et mandata sua per diocesim mittant quamprimum, et quod capitula ecclesiarum non prius contribuere teneantur, antequam contributiones dominorum Archiepiscopi et Episcoporum ad capitula mittantur et in manus collectorum reponantur in effectum.

25. Sed quoniam propter collectores generales in variis officiis constitutos non exigebatur hactenus per capitula exacta ratio contributionum transactarum, ideo sacra sinodus legitimis et rationabilibus causis mota decrevit, ut domini Archiepiscopus et Episcopi deputent duos collectores generales in officiis non constitutos circa metropolitanam et cathedrales ecclesias continue residentes, qui salarii nomine tantum habebunt, quantum olim unus habebat collector generalis, videlicet quilibet eorum per quinque marcas. In diocesi autem in oportunioribus locis deputent succollectores, quorum singuli trium marcarum salario sint contenti. Qui collectores et succollectores ex suis beneficiis integre contribuere debent et tenebuntur[5]).

---

[1]) Na marginesie: »Contributio instituta«. — [2]) Na marginesie: »palea«. — [3]) Na marginesie: »Vicarii, altaristae, mansionarii. — [4]) Na marginesie »Vicarii Lovicenses«. — [5]) Na marginesie: »Salarium«.

26. Item decrevit sinodus, ut succollectores pecunias contributionis deferant ad metropolitanam et cathedrales ecclesias in manus generalium collectorum, quibus de eadem rationem sufficientem faciant. Collectores vero generales pecuniam contributionis in capitulo metropolitanae et cathedralium ecclesiarum deponant et rationem totius contributionis illius diocesis capitulo faciant; capitula vero contributionis rationem sinodo provinciali proximae facere tenebuntur.

27. Item ut cancellarii, notarii et alii familiares Rmorum dominorum Archiepiscoporum et Episcoporum a beneficiis suis praesentem contributionem solvere teneantur, sublata quacunque libertate et consuetudine diuturna eorundem [1]).

28. Item ut collectores generalis contributionis praecedentis capitulis ecclesiarum de praecedenti contributione decem millium, quae ad manus Sacre Regiae Mtis pervenit incomplete, rationem faciant et capitula sinodo provinciali proxime venturae.

29. Item pro eadem contributione retenta de praeposituris Gneznensi et Plocensi agendum cum Rmis dominis Plocensi et Vilnensi Episcopis, ut et illi ad solutionem eiusdem sinodali auctoritate compellantur, sic videlicet, ut vel factores eorundem excommunicentur vel proventus dictarum praepositurarum, in quantum eas aduc possident, pro modo debiti arestentur.

30. Et quoniam Rmi domini Archiepiscopus Leopoliensis, Premyszlyensis, Chelmensis et Camyenyczensis Episcopi eorumque capitula et clerus ex prava quadam et irrationabili consuetudine contributiones [2]) ecclesiasticas in provincialibus sinodis pro tempore decretas solvere nolunt, parum attendentes, quod illae decernebantur et hactenus decernuntur pro unica terrarum Rusiae et Podoliae defensione, in quibus metropolis et cathedrales praedictae consistunt; iustumque et rationi consonum videtur, ut qui a vicinioribus auxilia postulant, ferant et ipsi eadem sibi ipsis, ideo haec sacra sinodus eiusmodi consuetudinem, quae coruptela potius appellanda est, penitus amputare volens, decrevit, ut deinceps praefati Rmi Archiepiscopus et Episcopi eorumque capitula et clerus Leopoliensis pro modo quantitatis et valoris archiepiscopatus, episcopatuum, abbatiarum et aliorum beneficiorum tam saecularium quam regularium contribuere teneantur, quotiens in sinodo, provinciali Gneznensi contributiones decernerentur, quod denique iuxta constitutiones praesentis sinodi et contributionem noviter decretam solvere et ad effectum reductionis eisdem ad aequalitatem tres personas similiter in qualibet diocesi eligere teneantur, qui veram quantitatem et valores archiepiscopatus, episcopatuum, abbatiarum et beneficiorum omnium Leopoliensis provinciae fideliter conscribere et demum ad sinodum provincialem Gne-

[1]) Na marginesie: »Ut cancellarii solvant contributionem.« — [2]) Cod. consuetudines

znensem futuram deferre valerent, pro qua re Sacra Mtas Regia per nuntios sinodales erit supplicanda, ut mandet domino Archiepiscopo Leopoliensi quamprimum sinodum suam provincialem congregare seque coepiscopos eius et clerum universum in contributionibus cum provincia Gneznensi primatiali iuxta vires facultatesque eorum conformare, alioquin protestatur sinodus haec, se nolle deinceps ad aliquas contributiones consentire, nisi domini Archiepiscopus et Episcopi praefati et sinodum faciant et contributionem iam decretam solvant et de eius reductione ad aequalitatem in eorum sinodo modum et originem constituant, quam protestationem commiserunt facere nuntiis sinodalibus coram Sacra Regia Mte [1]).

Legationis ad Sacram Regiam Mtem.

31. Post servitutis et orationum totius sinodi officiosam commendationem exponant Sacrae Regiae Mti benevolentiam totius congregationis sinodalis in sexquitertia contributione decernenda, quam hac vice domini Archiepiscopus et Episcopi et clerus in complacentiam suae Mtis, utpote fidei catholicae, ecclesiarum et cleri supremi defensoris, non gravatim consenserunt, volentes se conformare decreto conventionis generalis praeteritae cum protestatione tamen, quod cum bona sua semper libera subiecerunt taxationi, deinceps sinodus habere vult libertatem suam in contribuendo et per conventiones generales in sic vel sic contribuendo minime regulari.

32. Interrogetur Mtas Regia, quonam eiusmodi contributio converti debet, an in thezaurum suae Mtis vel ad palatinatus, ne exinde propter decretum conventionis generalis praeteritae dissidium in re publica oriatur. Nam domini palatini Lanciciensis, Brzestiensis et Vladislaviensis cum magna frequentia castellanorum et nobilitatum aliarum terrarum interpellarunt sinodum, ut eandem ad palatinatus reponerent. Licet autem tota congregatio sinodalis mallet eam reponere ad thezaurum suae Mtis, a quo salus et defensio cleri consistit, nichilominus, ubi eius Mtas mandaverit, ibi reponant in effectum.

33. Item roganda est Regia Mtas, ut supra in constitutione incipiente: »Et quoniam Rmi domini Archiepiscopus Leopoliensis etc.« latius continetur.

34. Item exponantur Regiae Mti iniuriae cleri [2]) videlicet decimarum illibertationes, percussiones sacerdotum violentae in domibus et stratis publicis, violentiae domesticae, torturae in pedibus et aliis membris ad effectum pecuniae extorquendae, minae et difiidationes, propter quod clerus oppressus metu mortis non audent iniurias suas praedictas iure spirituali prosequi, insordescentias et tolerantias censurarum diuturnas, contra quos capitanei locorum statuta regni extendere nolunt [3]). Petenda igitur erit Sacra Regia Mtas,

[1]) Na marginesie: »Archiepiscopus Leopoliensis cum sua provincia ut contribuant«. — [2]) *Cod. clerici.* — [3]) *Cod.* volunt.

ut attenta universi cleri in contribuendo benevolentia et quod domini Archiepiscopus et Episcopi et clerus ad taxationem bonorum suorum terrestrium non gravatim consenserunt, dare dignetur litteras ad capitaneos, ut statutum regni contra insordescentes extendant et contra fures spoliatoresque presbiterorum tam in domibus quam in via publica etiam statutum regni extendant, cum isti sint articuli capitaneorum: violentia domestica et stratae publicae [1]).

35. Item specialiter exponatur diffidatio Sokol contra dominum Episcopum et capitulum Vladislaviense et capitulum Gneznense.

36. Item diffidatio Iohannis Byelyczky plebano in Grochowo a certis nobilibus, qui in litteris diffidatoriis continentur.

37. Item domini vicarii in Glowno nocturno tempore pecunia et vestibus spoliati per quendam Glovyenszky Kozyk, quem et fama publica et testamenta afflictorum produnt.

38. Item Valentinus vicarius in Nyeborow non solum pecunia et vestibus tempore nocturno spoliatus, sed etiam in virilibus usque ad effusionem sanguinis tortus et in pedibus cruciatus, alias *ssvydry mu goleny vyerczyano.*

39. Item Iohannes commendarius in Koczyerzow de nocte omnibus spoliatus vix morte evasit.

40. Item plebanus in Crzemyencza in via publica vulneratus.

41. Item plebanus in Bednari per quatuor armatos circa medium noctis spoliatus vix mortem evasit, nec audet manere in parochiali.

42. Item in Nyeborow plebanus propter iniurias et diffidationes patronorum non audet manere in parochia.

43. Item pro fratribus s. Francisci mendicantibus de Vilna, ut per auctoritatem regiam eorum cum Lythphanis eiusdem ordinis fratribus controversiam sopiant, ne per discordiam fratrum provincia eius ordinis scindatur in detrimentum regni et magnitudinis, petantur litterae etc.

44. Rogetur etiam et requiratur Regia Mtas pro solutione viginti trium millium florenorum a clero universo mutuo acceptorum, et in quantum eius Mtas voluerit habere temporis prorogationem ad solvendum, petant, ut det litteras obligationis ad singulas cathedrales ecclesias illis similes, quae habentur in ecclesia Cracoviensi, et ut illae litterae hinc ad sinodum provincialem futuram comportentur.

---

[1]) Na marginesie: »Iniuriae clericorum et illibertationes decimarum.« Znaczniejsza późniejsza ręka na tymże marginesie zanotowała: »Nihil novi sub sole.«

45. Petatur etiam Sacra Mtas, ut Rmo domino archiepiscopo Huspalensi det litteras ad papam, ut eidem confirmationes episcopatuum in regno Sweciae commitantur, salvis annuatis etc., cum aliomodo sectam Lutheranam de partibus illis non possit extirpare, prout haec latius in eius[1]) litteris ad sinodum scriptis continentur.

46. Item petenda est Sacra Mtas, ut supra, in constitutione incipiente: »Item decrevit sinodus, ut Rmi dni Archiepiscopi etc.« et duabus sequentibus continetur.

47. Item petenda est etc. prout supra in constitutione incipiente: »Quoniam a plerisque temporibus etc.« latius continetur.

48. Item petatur Regia Mtas, ut in redditu militum mercenariorum de Russia et Podolia dignetur mandare fieri talem ordinem, ne ipsi redeuntes in domos suas damnificent bona et possessiones cleri tam saecularium quam regularium[2]).

49. Item petenda est sua Mtas, ut cmethones abbatum et aliorum[3]) regularium conserventur per factores regios in iuribus et consuetudinibus eorum, eo, quod modo [non] angariarentur ad inconsuetos labores, quod denique mensurae dationis frumentorum exigantur ab eisdem aequales, ut iuris est, et non superflue, alias *vyerzchovatho*.

50. Nuntii electi ad Regiam Mtem: venerabiles domini et religiosus frater Gregorius Myszkowsky Gneznensis, Stanislaus Bork Cracoviensis ecclesiarum canonici utriusque iuris doctores, Iohannes Naropniczky custos Vladislaviensis et magister Erasmus de Cracovia abbas Mogilnensis de diocesi Cracoviensi

Georius Myszkowsky canonicus Gneznensis curiae caursus (s) manu propria significat.

VI.

Uchwały synodu prowincyjonalnego Piotrkowskiego z r. 1530.

Sinodus Piotrkoviensis A. D. MDXXX die Lunae ante festum s. Margaretae celebrata.

1. Constitutiones perpetuae contra hereses invigilandae.

Innovantes constitutiones tam iuris communis quam statutorum provincialium anteriorum eisque addentes sacra haec sinodus decrevit arctissimeque

[1]) Cod. eis. — [2]) Na marginesie: »In reditu militum ex Podolia«. — [3]) Cod. alium.

iniunxit, ut ordinarii harum provinciarum his iniquissimis temporibus diligentius exactiusque, quam unquam antea, de heresi Luterana aliaque quapiam perversa doctrina in suis diocesibus invigilent iniungantque strictius heresium inquisitoribus, ut ubi suspicio aliqua eius heresis emerserit, illic diligenter protentent, excutiant et perquirant. Quod officium de heresi inquirenda sacra sinodus archidiaconis, ubi inquisitores non sint, voluit esse iniunctum, ut deinde hi, ubi quicpiam de hoc crimine innotuerit, citra ullam negligentiam dominis ordinariis deferant, qui mox ad hoc crimen persequendum iura communia statutaque provincialia distringant, servatis tramitibus modisque ab eis iuribus constitutis.

2. Abbates scholares in studiis fovere teneantur.

Sacra sinodus ob bonum publicum decrevit exequutioni demandandum statutum provinciale Cap. I. De conces. praeben. circa finem in novis [1]), ut scilicet abbates in generali academia suis sumptibus, quotannis scholares fovere teneantur, alioqui contrafacientes poenis [2]) statuti quotannis [3]) per dominos ordinarios puniantur secundum statuti eius dispositionem.

3. De subditis dominorum episcoporum in negotio spirituali per officiales saeculares non iudicandis.

Statutum sinodi praeteritae de tollendo quodam abusu iudiciorum saecularium in bonis ecclesiasticis, quo clerici apud officiales saeculares dominorum loci ordinariorum contra subditos eorum in re etiam mere spirituali et non in foro suo agere cogebantur: sacra sinodus illud ipsum statutum, utpote iuri aequitatique consentiens, adamussim decrevit servandum, hoc adiecto, ut prius requirant ipsi clerici extra iudicialiter ab officialibus episcoporum etiam saecularium iustitiae ministrationem summarie repentinam; qua non assecuta libere in foro ecclesiastico agatur.

4. Itemque si iidem subditi censuras ecclesiae ferre perseveraverint, ne eo turpius eas sit vilescere, quo earum contemptores potestati Pontificum subiecti sunt, ab saecularibus officialibus eiusmodi malam excommunicationis sarcinam deponere compellantur.

5. Clerici decimas rapientis poena.

Cum turpe sit et per omnia iniquum quosdam tolerare clericos, qui per rerum alienarum immoderatam cupiditatem lucris flagitiosis adeo intendunt, ut etiam quod in se ab aliis committi execrantur, in alios ipsi exerceant, prout in plerisque negotiationibus, tum vero in decimis faciunt: quippe dum suas decimas a saecularibus invadi nolint, aliorum ipsi decimas rapere

---

1) Ed. nonis. (Łaski, Statuta Nova etc. Lib. III. tit. 3.) — 2) Ed. poenas. — 3) Ed. quotennis.

temere non verentur, quod non modo in clericos (quos sanctiores laicis esse convenit) verum et in laicis detestandum crimen est. Proinde ut haec mali fomes ex clero tollatur, sacra statuit sinodus, ut quicunque clericus decimam alterius cuiuscunque rapuerit, eam cum poena triplici iustae aestimationis eius decimae, quam rapuit, reddere cogatur, cuius poenae dimidium ipso facto ecclesiae diocesanae luat fabricae applicandum; dimidium vero dampnum passo exolvat.

6. De infantibus expositis alendis.

Infantes expositos, quod plerunque evenit, sinodus sacra ad xenodochium proxime prius refectum et baptisatum deferri iubet illius xenodochii impensis alendum, alioqui, si unde alatur, paupertas xenodochii non habeat, parochia, in qua puer expositus sit, ut alimenta conferat infanti in xenodochio educando, cohortetur vel certe pietas ordinariorum alimoniae impensis infantulo, ne pereat, succurrat.

7. Laicis quomodo arces diocesanorum committi possint.

Placuit Reverendissimo sinodo capitulorum statutum huius provinciae, quo Pontifices in receptione sua iureiurando promittunt laicis arces ecclesiae non committendas cum hoc temperamento interpretari debere, ne laici ab arcium praefectura omnino excludantur, sine quorum opera arces neque stare neque defendi possunt. Sed ut laicus fidedignus, cui arx ecclesiastica credita et commissa per episcopum fuerit, iureiurando sit obstrictus et obstringatur in praesentia capituli vel eius nuntiorum, quod fideliter arcem diriget et servabit domino suo Episcopo, eidemque obediet. Morte autem Episcopi sequuta nemini arcem creditam huius iuramenti vigore tradet, nisi capitulo aut cui capitulum sede vacante [1]) mandaverit.

8. Poena abbatum ad sinodum provincialem non venientium.

Tametsi omnes pontifices item abbates provinciae, nisi legali ac probabili [2]) impedimento excusantur, ad sinodum provincialem venire iure sint obligati, cui tamen debito plerique domini abbates contravenientes ad eam sinodum venire non curant, sed neque iustam suae absentiae causam exhibent, qua constet illos venire non potuisse. Decrevit itaque eadem sinodus, ut deinceps omnes domini abbates praemoniti tamen ante ordinariorum litteris ad sinodum veniant, aut vero si omnino venire non possint, aegritudine aliave iusta ac legali necessitate impediti, procuratorem suum cum sufficienti instrumento publico, impedimentum legale, necnon iurisiurandi in animam mandantis praestandi mandatum speciale continente, cum aliquo abbate vicino mittat, alioqui excusationi locum non esse, contrafacientemque decem marcarum poena per Rmum dominum Archiepiscopum fabricae ecclesiae

[1]) Ed. vacantem. — [2]) Ed. prohabili.

Gneznensis inferenda, sumpta omni exceptione, sacra synodus mulctandum censuit.

9. De poena canonicas horas non dicentium.

Quoniam iura dicunt beneficium dari et officium ad horas denique canonicas domino Deo, veluti certum censum, quottidie persolvendas, quenque beneficii possessorem arctissimis vinculis esse obstrictum, altero nanque quod patrimonio Christi beneficio scilicet fruatur, altero quidem [quod] ordine sacro, cui horae canonicae connexae sunt, sit insignitus, plerique tamen clerici, etiam insignes, tantam de se domino Deo obligationem minime curantes in grave animarum suarum periculum, inque decoris clerici perniciem, malitiosum illum servum Evangelicum imitati, qui talentum, lucri faciendi causa a domino sibi commissum, habens in terram deffodit, nullum domino fructum, quin pocius ex negligentia damnum [1]) sibique ob hoc domini cum pernicie indignationem allaturum, tum horarum divinarum censum minime persolvere, idque preciosum talentum, a domino Deo lucrandi causa illis commissum, negligere non horrescunt. Proinde haec Reverendissima sinodus dominos ordinarios orat, cohortatur atque eorum conscientiae iniungit, [ut] diligenter in clero eos tales perquirant ac iustis ex arbitrio eorum poenis percellant, quo et hii etiam inviti in Dei nomine debitum obsequium adigantur. Aliique tantam insanam animi indulgentiam exemplo [2]) poenae diffugiant.

10. De usuris ex hiis provinciis tollendis.

Usurarum pestiferum crimen, quam longe lateque se diffudit, quamque vetera pontificum conniventia in hiis provinciis coaluerit, ut nemo est, qui non videat. Cum enim circa mutuum, quod ex benevolentiae officiique fonte profluens natura sui gratuitum esse debeat, sed nec quicquam ex eo sperandum esse, tam divinae quam humanae leges denuntiant, plurimi tamen sunt in hiis provinciis, qui mutuum quidem dant, sed non gratuito neque ex officio benevolentiae, cum ex pignore bonorum quorumcunque census proventusque a se perceptos in sortem mutui non computando, eam, quam mutuarent pecuniarum quantitatem, integram nichilominus repetunt, in grave animarum suarum detrimentum et proximi iacturam, non intelligentes in hoc acerrimum usurae crimen permanere, et quamvis tam iure communi quam statutis provinciae nostrae antiquis, quae in titulo de usuris continentur, abunde ei crimini in obvium itum sit, et quo pacto admittatur, quo etiam modo puniendum sistendumve, quaeque eius sit satisfactio, abunde prospectum, tamen quoniam eadem illa tam salutaria statuta per malam omnium rerum novercam, negligentiam, diutino sic [3]) hactenus obsoleta sunt in Christifidelium grave dispendium, ut itaque ea pernicies a Christifidelibus devitetur [4]), ex

---

[1]) Ed. dammum. — [2]) Ed. exempto. — [3]) Ed. sit. — [4]) Ed. denitetur.

hiisque provinciis nostris tollatur commodius, auctoritate praesentis provincialis concilii innovamus, eadem illa vetera de usuris statuta, decernentes, ut Reverendissimi domini Pontifices per litteras processuum suorum districte praecipiant verbi Dei contionatoribus, quod [1]) idem crimen usurae in contionibus populo annuntient detestenturque, ac quomodo committant, declarent secundum eorundem antiquorum statutorum late comprehensam doctrinam idque maxime faciant temporibus Adventus Domini et Quadragesimae. Addant insuper eos tales in futurum absolvi non posse, nisi restituant, quod hoc nomine receperunt. Sed neque in sacro loco sepeliri posse, si publice fenerarint. Hiisque, qui vel iam dederint vel daturi sunt usuram, in foro ecclesiastico ad repetitionem eiusdem iure [2]) bono competentem, dari debere actionem.

11. De evitandis excommunicatis.

Quante odio, quantaque execratione excommunicationem iura divina atque pontificia persequantur, quamquam excommunicati defugiendi sint, vel nemo est sanae mentis, qui nesciat. Et quoniam plerique ea mala contagione non ponderata excommunicatis conversari non verentur, quod plerumque etiam maioribus usu venit. Quo fit, ut et excommunicati nullo eius mali fastidio pertesi, eam excommunicationem, quae alioqui vilifacienda non est, contemnatur, absolvique se non procurant et ceteri hoc exemplo eam non admodum exhorrescant. Quam consuetudinem (quae his Lutheranae insaniae temporibus eo periculosius inolevit, quo multorum insolentes animi ad illam pestem contingentem sint promptiores) tollere penitus cupientes eius synodi auctoritate decernimus excommunicatos, in omnibus actionibus maxime cibo et potu arctius esse ab omnibus Christifidelibus praesertim vero a praelatis devitandos.

12. De honestate clerici a diocesanis arctius custodienda.

Censemus auctoritate praesentis sacrae sinodi mores vitamque universi cleri exacta non perfunctoria opera a Reverendissimis Pontificibus custodiri delictaque, undecunque apparuerint, competentibus ex republica ecclesiae persecutionibus purgari, ut omni ex parte honestas cleri, quam sacri canones abundanter erudiunt, lumine veritatis omni populo luceat, quo bonis exemplis populus et dominum Deum colaudet, et ipse hiis cleri vestigiis in celos gradiatur.

13. De statutis provincialibus executioni mandandis.

Quoniam non modo frustra sed etiam inutile ac plane ridiculum esset leges condere salutares, si eaedem nullam accipiant executionem. Proinde

[1]) Ed. quo — [2]) Ed. ure.

auctoritate praesentis provincialis concilii omnibus dominis loci ordinariis eorumque vicariis ac officialibus iniungimus eosque in domino obsecramus, ut eadem praesentia necnon anteriora omnia et singula statuta provinciae nostrae diligentius vigilantiusque quam unquam antea observent, observarique contendant ab eis, ne lato quidem digito, ut dicitur, discedentes, efficiantque, ut quod ab omni clero auctoritate sinodi sacrae sanccitum est, ad [1]) omnium et disciplinam et utilitatem proveniat.

14. De modo solvendae contributionis. In solutione contributionum futurarum per dominos diocesanos quid excipiendum.

In ea vero retaxatione Sinodus rationem haberi voluit ad feuda. Itemque ad ea bona vel decimas, quae in gratiam cuiquam a quopiam datae sunt aut dabuntur, ut in solutione contributionis quandocunque eam laudari contingat, eadem feuda et quaecunque gratiae pro portione sua defalcentur, teneanturque eorum feudorum vel gratiarum possessores ad solvendum eandem contributionem, ita, ut eam solvant ad valorem proventuum illorum feudorum et gratiarum secundum rataxationem praesentem aestimandarum.

15. Quomodo in exactione contributionis procedendum contra beneficiatos vel episcopos vel absentes.

Decrevit etiam sinodus, ut cum durum sit pro exsolvenda contributione cum his agere, qui vel dignitate episcopali praediti beneficia possident vel alioquin procul absunt contra eorum beneficiorum quoscunque factores per censuras procedere, ut id, quod [2]) contributionis nomine debetur, integre ad collectores perveniat.

VII.

Uchwały synodu prowincyjonalnego Piotrkowskiego z r. 1532.

Articuli sinodi Piotrkoviensis A. Dni Millesimi quingentesimi tricesimi secundi.

1. Vigilantia pastorum grex omnis integer conservatur. Sacra igitur sinodus, sacris canonibus et institutionibus inhaerendo, admonitos esse voluit Rmos dnos Archiepiscopum et Episcopos huius provinciae, ut dioceses suas non modo per archidiaconos, sed etiam per se ipsos frequentius visitent ac errores populi et cleri sine personarum acceptione discreta correctione emendent, domibus et curiis suis ante omnia prius emendatis, ne trabs oculum

---

[1]) Ed. ad ab. — [2]) Ed. quidem.

obumbrans festucatum oculum praetereat: hoc enim modo sacrae religionis integritati sufficienter providebitur, cleri vita et morum honestas disciplina congruenti adhibita conservabitur et a populo omne scandalum, quo sanctae religioni detraheretur et in animarum piarum discrimen tenderet, ope Dei facilius providebitur, tunc et libri apocriphi vel heretici facilius explodi possint et ut explodantur, nec invehi permittantur, immo verius ut neque legantur alicubi et legi prohibeantur, Sinodus Reverendissimis dominis ordinariis curam hanc, ut provideant mature, ingerit, maxime si fieri potest, ut severitati, quae in regno Hispaniae sanctissime adversus praevaricantes vel suspectos in religione observatur, inhaereatur.

2. Praelati tam saeculares quam religiosi, qua vita vivunt, tali ceteros vivere informant. Ideo sancta Sinodus admonere dignata est praelatos cuiuslibet status et conditionis, ut sacras et canonicas scripturas legant, novos authores, qui ambiguam religionem simplicibus relinquunt, in usu non habendo, easdemque scripturas sacras et canones aliis legi praecipiant, ac circa mensas potius, quam dicteria histrionum vel fabulas insolentium audiant. Sic etiam verbi Dei contionatores informent, ut populum Dei ex probratorum authorum ab Ecclesia libris praedicent Evangelio sancto innitentes et scrupulosos doctores evitantes, ut populus sacris doctrinis munitus constanter domino Deo in religione iam sibi usitata et hereditaria firmius inserviat.

3. Quam damnosae sint arendationes bonorum ecclesiasticorum et decimarum et quam perniciosae existant, experientia rerum magistra est. Ideoque sancta Sinodus priores recensens constitutiones, ne huiusmodi bonorum ecclesiasticorum ex quacunque causa sub poenis dudum ob eam ream constitutis arendationes praesertim saecularibus fierent, constitutione hac providet et obfirmat, poenas in tales, qui praevaricarentur et contrarium facerent, duplicando.

4. Praelatorum officium sancta Sinodus et abbatum debitum esse magna ratione censens et existimans., ut in republica ecclesiastica viros eruditos, maxime in sacra pagina et canonibus, habeant, in sinodo existentium suasit omnium sententia, ut primores praelati pauperes studere volentes in studiis foveant, vel ex pietate expensis iuvent, et abbates ut pro debito suo monachos aptos ad studia in gimnasiis studere faciant, ut sanctae religioni et statui ecclesiastico nunquam desint operarii praesumptissimi et protectores praestantissimi.

5. Iure canonico cautum sufficienter est, et statuto provinciali poenaliter saepius constitutum, ut plebani curam animarum et populi habentes circa suas parochiales ecclesias resideant aut, alibi moram ex congruenti causa habentes, illas crebrius intra decursum anni visitent et illis, quantum opus est, ex debito sibi iniuncto provideant, negligentias perimendo. Verum enim vero, canonum et statutorum ordinatione posthabita, lanam dumtaxat ovium tondere curant et oves deglubendas lupis relinquunt in ecclesiis non

residentes neque illis providentes, immo verius neque ipsas visitantes cum maximo scandalo Christifidelium, et nonnullos esse, qui se duabus vel tribus parochialibus ecclesiis, dubium an ex dispensatione apostolica, onerant, nec uni earum satisfacientes. Sinodus itaque Reverendissimos dominos loci ordinarios commonefaciens rogavit, obsecravit, ut pro suo debito mature provideant, ne fraudentur ecclesiae debito suo, quodque plebanos ad residentiam, quantum de iure fieri potest, compellant. Atque eorum dispensare videant praesertim eorum, qui se pluribus parochiis tenendis implicarunt, et comperto, quod dispensationes legitimas non habeant, quod iuris est, de eis determinate faciant, conscientiam suam purificantes.

6. Facilitate partum est, quod multi clerici, nec literati neque bonis moribus imbuti, ordinari se a suffraganeis cathedralium ecclesiarum procurant, indulta seu dimissorias ab ordinariis quomodolibet et per importunas intercessiones obtinentes [1]), et suffraganei, litteris dimissoriis innitentes, tales, etiam non probe de scientia et articulis legalibus examinatos et certos titulos beneficiorum non habentes, ad ordines sacros, ex charitate seu spe questus, promovent et ordinant in maximum scandalum status ecclesiastici. Sinodus itaque sancta pro evitandis periculis et scandalis statuit et a Reverendissimis dominis Episcopis impetravit, ut suffraganeis suarum ecclesiarum eam licentiam ordinandi restringant, ut nonnisi sacerdotio aptos et bene de scientia literarum examinatos, necnon bene conservatos atque bonis moribus ex bona conservatione imbutos, ac, quod circa cathedrales ecclesias vel collegiatas iuxta dispositionem veterum provinciae statutorum annum integrum morantes in scholis expleverint et ad certum titulum vel sufficiens patrimonium seu etiam ad eorum provisionem, qui beneficiorum [collationem] habent, praesentati ordinentur, et quod suffraganei simoniae labem vitando, nichil pro ordinatione facta ab ordinatis exigant. Reverendissimi itaque domini ordinarii sinodus petitionem approbarunt, dicentes: placet.

7. Honestas status clericalis et ordinis requirit, ut tam clerici, quam etiam studentes gymnasiorum et scholares, in scholis particularibus manentes, habitum conformem honestum statui clericali congruentem, non crispatum neque brevem, coloratumque colore de iure permisso [2]), portent praeter peregrinantes, quibus licitum sit, dum in itinere sunt, uti vestibus itineri aptis. Statuit itaque sancta Sinodus, ut deinceps sub poenis de iure institutis, nec clerici neque studentes habitum portent ad instar sacerdotum, poenas vero a contra facientibus archidiaconi exigent.

8. Ecclesia sancta charitatem communem omnibus clericis esse volens ac discordiarum fomitem removens, distinxit statum ecclesiasticum per diversos ordines, ita, ut alter in alterius messem falcem suam non mitteret; quia tum religiosi, praesertim mendicantes seu observantes, norma contemplationis

[1]) Ed. indulto seu dimissoria.... obtinenti. — [2]) Ed. permissum.

et praedicationis non contenta iura plebanorum curatorum plerumque praeripiunt[1]) in sacramentis populo suae curae non subiecto ministrandis, in casibus reservatis absolvendis. Decrevit itaque sancta Sinodus, ut quilibet sui ordinis officia et non alieni administret, in aliena officia praeter ordinarii admissionem se non inmiscendo, sub poena excommunicationis.

9. Sacrosanctae sinodi apostolicae mandata reverenter et obedienter exequenda semper sunt. Verum enim vero, quia nonnunquam accidit, quod litterae seu processus manu incognita et sigillo fracto ac incognito ac stilo Curiae Romanae non convenienti a suspectis et incognitis personis afferuntur, sacra Sinodus decrevit, ut tales processus seu litterae, antequam ad fulminandum seu ad exequendum exhibeantur, prius ordinariis seu capitulis et officialibus ostendantur. Cumque cogniti fuerint legitime nullique fraudi obnoxii, libere exequutioni decernantur cum subscriptione notarii.

VIII.

Okólnik arcybiskupa Macieja Drzewickiego, umieszczony na czele zbioru statutów prowincyjonalnych z r. 1532.

Mathias de Drzewicza, Dei et apostolicae sedis gratia Archiepiscopus Gneznensis, primas et legatus natus, universis et singulis per et infra provinciae nostrae dioceses status et conditionis cuiuslibet clericis et ecclesiasticis salutem in Domino, manifestumque ad futuram memoriam facimus, ignorantiae et vanis excusationibus viam praecludendo, quomodo in novissima Piotrkoviensi sinodo gratia Spiritus sancti congregata ac vigesima quarta die mensis Augusti foeliciter celebrata cum Reverendissimis in Christo patribus dominis, videlicet Petro Thomyczki Cracoviensi et Regni Vicecancellario, Iohanne Carnkowski Vladislaviensi, Andrea Critio Plocensi, eadem gratia Episcopis, atque cum nuntio Reverendissimi dni Iohannis de Lathalice Episcopi Poznaniensis, aliisque capitulorum praelatis et nuntiis atque sub praesentia nostrae provinciae, abbatibus et absentium nuntiis pro sacrae religionis integritate ac sinceritate iuxta sanctae Romanae universalis ecclesiae observationem consuleremus et motus sanctam ecclesiam et sacram religionem hereticorum perniciosis dogmatibus impugnatam recenseremus, visum est nobis communiter omnibus hoc salutare remedium amplecti, ut primum Dei omnipotentis, cuius arbitrio omnia diriguntur, devotis orationibus et assiduis iram placaremus clerumque ad vitae honestatem et probis moribus exorbitantem congrua et canonica severitate iuxta sacrorum canonum dispositionem ad vitae honestatem et proborum morum usum vigilanti cura duceremus, clementiam divinam nobis restituentes. Decrevit itaque sacra sinodus omnium patrum unanimi sententia, ut vetus statutum provinciale

[1]) Ed. praeripit.

cum certis bullis apostolicis insertis et in libellum redactis, tum etiam statuta Lanciciensis sinodi anno domini MDXXVII, necnon statuta in Piotrkoviensi sinodo anno domini MDXXX praesidente bonae memoriae Reverendissimo olim domino Iohanne de Lasko, Archiepiscopo Gneznensi nostro praedecessore, in favorem sacrae religionis et sanctae Ecclesiae pacem ad abigendum hereses edita observentur. Quae quidem statuta diligenter collecta in lucem, ut omnibus pateant, depromenda, ut sequitur, duximus, mandantes in virtute sanctae obedientiae omnibus et singulis nostrae provinciae clericis sub poenis in sacris canónibus adversus inobedientes constitutis, ut in omnibus ecclesiis cathedralibus collegiatisque ac parochialibus necnon et religiosorum domibus et conventibus habeantur et legantur ac diligenter exequutive observentur.

IX.

Uchwały synodu prowincyjonalnego Piotrkowskiego z r. 1542.

Decreta et constitutiones sinodales tempore felicis praesidentiae Reverendissimi in Cristo patris et domini domini Petri, Dei gratia archiepiscopi Gneznensis et episcopi Cracoviensis, legati nati et primatis regni Poloniae, editis et factis, Piotrkoviae anno Domini MDXLII.

Sacrosancta sinodus provincialis Piotrkoviae anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo secundo, die Martis, decima septima mensis Octobris, in crastino sancti Galli, solenniter de more celebrata, praesidente Reverendissimo in Christo patre domino Petro a Gamrathis, Dei gratia sanctae metropolitanae Gneznensis ecclesiae archiepiscopo, sedis apostolicae legato nato et regni Poloniae primate, eodemque episcopo Cracoviensi, praesentibus Reverendissimo, Reverendis et venerabilibus dominis Sebastiano Braniczki eadem gratia episcopo Poznaniensi, Adamo Mniszkowski canonico Leopoliensi nomine Reverendissimi domini Petri archiepiscopi Leopoliensis, Martino Schlap Dambrowski decano Wladislaviensi Reverendissimi domini Lucae comitis a Gorka episcopi Wladislaviensis, Stanislao Wolski cantore, Alberto Staroszrzebski canonico Plocensibus, Reverendissimi domini Samuelis Macieiewski episcopi Plocensis, regni Poloniae vicecancellarii, Mathia Dobraticzski artium baccalaureo, canonico Wilnensi, Reverendissimi et illustris domini Pauli episcopi Wilnensis et ducis Olschanensis, Georgio Albinio iuris utriusque doctore archidiacono Luceoriensi, Reverendissimi domini Georgii Chwalczewski episcopi Luceoriensis, Paulo a Soleczniki canonico Mednicensi Reverendissimi domini Venceslai episcopi Mednicensis, nuntiis et legatis, cum plenis mandatis Reverendissimarum suarum Paternitatum, Reverendis vero dominis Balthazare Wratislaviensi et Tydemanno Culmensi episcopis per litteras sese excusantibus et ad praesentem sinodum legitime impeditis, venire et illi interesse non valentibus, necnon venerabilium capitulorum nuntiis et legatis Davide Poniatowski custode, Stanislao Kilewski canonico ecclesiae

Gneznensis, Benedicto Isdbienski cancellario Gneznensi, cantore et in spiritualibus vicario generali, et Bartholomaeo Ganthkowski canonico Cracoviensi, Felice Rilski et Stanislao Szczawinski iuris utriusque doctoribus, canonicis Wladislaviensibus, Andrea Grodzicki artium et medicinae doctore, Felice Gomolinski canonicis Poznaniensibus, Nicolao Brolinski, Dei gratia episcopo Lacedaemoniensi, suffraganeo Plocensi, archidiacono Pultoviensi et Adamo Wozniczki canonico Plocensi, praeterea Reverendis patribus dominis abbatibus Stanislao Trzemesznensi, Erasmo Mogilensi, Salomone Suleioviensi, Alberto Andrzeioviensi, Mathia Vittoviensi, Iohanne Levicio Czervinensi et Iohanne Plocensi, necnon . . . . [1]) electo Wagroviecensi, reliquis dominis abbatibus et praepositis, qui propter legitimas causas interesse huic sinodo non poterant, per suos nuntios cum plenis mandatis missos se excusantibus et ad omnia se per expressum consentientibus ad laudem et honorem omnipotentis Dei, domini nostri Ihesu Christi, proque fidei orthodoxae stabilimento ac libertatis ecclesiasticae conservatione morumque cleri sui reformatione, has infrascriptas laudabiles constitutiones et decreta, futuris perpetuis temporibus observanda, invocata in primis ad id Spiritus sancti gratia, de omnium suprascriptorum unanimi consensu et voluntate fecit, sancivit, constituit et decrevit.

1. Inquisitores constituendi.

Inprimis haec sacra sinodus de omnium suprascriptorum in praesenti sacrosancta sinodo congregatorum unanimi consensu statuta provincialia vetera et nova necnon constitutiones et decreta praeteritarum sinodorum, rationabilia et usu recepta in suo robore conservando, eisdem statutis provincialibus innitendo et eadem in parte innovando, constituit, decrevit et ordinavit, ut Reverendissimi domini archiepiscopi Gneznensis et Leopoliensis et episcopi in suis diocesibus sub poena centum marcarum in negligentes Reverendissimos dominos archiepiscopos et episcopos pro fabrica illius ecclesiae, in qua praesenti constitutioni non fuerit satisfactum, applicanda et per sinodum exigenda infra sex menses a publicatione praesentium computandos constituant et servent inquisitores haereticae pravitatis, qui suorum episcoporum dioceses visitent et inquirant diligenter de haereticis et illos iuxta sacrorum canonum dispositionem puniant aut ordinariis deferant puniendos, quorum unus in qualibet diocesi presbiter saecularis vel regularis, ex commissione et authoritate speciali dominorum episcoporum et eorum capituli et non aliter deputetur.

2. Haereses extirpandae.

Quiquidem inquisitores haereticae pravitatis in omnibus ecclesiis, praesertim parochialibus, super verbi divini contionatores diligentius in primis

[1]) Luka w edycyi.

superintendere debent, ut praedicent populo verbum Dei secundum scripturam solidam et per ecclesiam Romanum approbatam, nihil penitus de novis doctrinis et haeresibus, quae nunc passim pullulant, in contionibus suis admiscendo.

3. Libri in parochiis tenendi.

Quod ut facilius ad effectum deducere possint, statuit haec sinodus sacrosancta antiquos canones innovando, quod domini archiepiscopi et episcopi eorumque in spiritualibus vicarii, mandent per processus generales, omnibus et singulis ecclesiarum parochialium rectoribus eorumque vicariis et aliis verbi divini contionatoribus, tam saecularibus quam regularibus, exemptis et non exemptis, ut post novum et vetus testamentum, quod unusquisque habere sit astrictus, opera beatorum Cipriani, Athanasii, Gregorii Nasianseni, Origenis, Basilii, Chrisostomi, Hilarii, Augustini, Ambrosii, Hieronimi et Leonis, qui ea habere possint, alioquin omelias per anni circulum dominicis diebus et singulis festivitatibus aptas, sacramentorum librum, lectionarium, antiphonarium, baptisterium, computum, canonesque poenitentionales, psalterium cum interpretatione divi Ieronimi, vitam Christi, expositionem missae, rationale divinorum, statuta provincialia nova et vetera, Theophilactum, Iohannem Roffensem et Fabrum contra Lutherum et sermones Iohannis Ecckii habeant in eisdemque diligenter studeant et iuxta intelligentiam eorundem librorum Evangelium Christi populo tradant et interpretentur, ne ex diversis contionandi formulis disputationibusque scholasticis et se ipsos in solido sacrae scripturae intellectu confundant et auditoribus errorisque confusionisque de se ipsis occasionem praebeant. Quiquidem suprascripti libri emantur per plebanos, sive praesentes sive absentes, ditiores, pauperiores vero saltim bibliam et omelias habeant, qui libri semper maneant circa ecclesias. Et nihilominus efficiant Reverendissimi domini, ut alicuius docti et probati doctoris sermones colligantur et imprimantur propter imperitiores sacerdotes. Ex quorum exemplaris plebani imperitiores praedicare verbum Dei teneantur, quod facere sint astricti sub poena sinodali trium marcarum.

4. Scholae visitandae.

Quia vero viam omnis virtutis et veritatis Christi fidelibus ab ipsis cunabulis instituendis et recte educandis per magistros et praeceptores monstrari convenit, ut iuventus christiana in scholis triviis, et doctrinis sanis et melioribus imbuantur praeceptis, cum plurimum referat a iuventa sic vel sic institui, decrevit haec sacrosancta sinodus, ut omnes scholae particulares in tota provincia in civitatibus et oppidis visitentur diligenter per suos plebanos, bis adminus annis singulis, et ubi plebani in eiusmodi visitatione fuerint negligentes, archidiaconi seu alii, ad quos visitatio pertinet, in suis visitationibus de hoc inquirant, et si quid erroris negligentia pleba-

norum in scholis admissi deprehensum fuerit, id totum in plebanos redundabit, per ordinarios pro qualitate ac quantitate erroris poena condigna puniendos.

5. Quid in scholis legendum.

In quibus quidem scholis non legantur omnino libri Martini Lutheri, Melanchtonis et sequacium, ne ex eorum lectione iuventus ab ipsis incunabulis inficiatur, verum legantur in eisdem scholis et triviis diligenter libri Evangeliorum, epistolae Pauli, Catho moralis, Isocrates, officia beati Ambrosii, decem praecepta, himni, sequentiae, Ascensii officium per quadragesimam, Cicero, Vergilius, Esopus, opera Senecae et alii oratores et poetae approbati et in fide catholica minime suspecti.

6. Vestitus scholarium.

Curentque archiepiscopi et episcopi, eorumque in spiritualibus vicarii, omnes scholas reformare diligenter, praesertim universitatem studii Cracoviensis velut matrem et alumnam omnium studiosorum in moribus et disciplina, et ut deinceps in vestibus saecularibus et laicalibus non incedant, sed gerant habitum decentem, clericalem, et rectores scholae sub poena trium marcarum suscipere aut servare non praesumant scholares, solum in vestitu clericali. Rector vero universitatis studii Cracoviensis sub poena simili trium marcarum loci ordinario solvenda, scholares studii Cracoviensis ad idem servandum coherceat.

7. De inquirendis pedagogis.

Inquirantur etiam diligenter per archidiaconos et inquisitores de pedagogis in domibus nobilium et civium, ne aliquos libros suspectos legant pueris eorundem, et eos in sacra fide corrumpant.

8. Bibliothecae revidendae.

Decrevit etiam haec sinodus sacrosancta, ut in singulis diocesibus adminus semel in anno per dominos lociordinarios, aut eorum delegatos bibliothecae ac libri venales in eis contenti visitentur, et diligentius revideantur, quod si qui libri suspecti aut haeretici in eis reperientur, cremari debent, et bibliopolae puniri poena arbitrio loci ordinarii imponenda, alias iuxta statuta regni et constitutiones Regiae Magestatis.

9. De impressoribus.

Impressores autem librorum novos libros, neque alia quaecunque etiam minima exemplaria imprimere non audeant, nisi exemplaria primum revideantur per lociordinarios, vel eorum delegatos, sub poena graviori arbitraria, etiam per loci ordinarios imponenda.

10. Scholares a Vitenberga revocandi.

Et quia multorum nobilium et plebeorum filii contra edictum regni publicum, Vitenbergam et ad alias universitates Germaniae haeresi infectas studiorum gratia hactenus proficiscuntur et ibidem commorantur, decrevit haec sancta sinodus contra tales monitorium speciale et generale, ut infra certum tempus, arbitrio domini archiepiscopi et episcoporum moderandum universitates praedictas deserant sub poena privationis beneficiorum, si beneficiati existunt, si autem non beneficiati, poena arbitraria per dominos loci ordinarios imponenda, decrevit etiam monitorium, contra parentes, tutores et alios eisdem in praemissis sumptus et impensas probabiliter facientes, ne id de cetero faciant, sub poena in Regiae Maiestatis edicto expressa, rogandaque Sacra Regia Maiestas est per nuntios sinodales, ut contra tales edicta in prioribus comitiis facta exequi, et omnes ex universitatibus praedictis poenis gravioribus revocare dignaretur.

11. Statutum contra insordescentes.

Et quia ex contemptu censurarum, haereses ut plurimum etiam suboriri consueverunt, capitanei vero locorum, licet aegre et negligenter contra nobiles censuras ultra annum legalem sustinentes, iuxta statuta divorum Ladislai et Casimiri Poloniae regum [1]), exequutionem faciunt, tamen contra cives et plebeios illam facere minime volunt, quamvis statutis praedictis indistincte cautum sit, quod eandem exequutionem, contra cuiuscunque status et conditionis homines facere teneantur, quod etiam statutis provincialibus ante cautum est, ut contra dominos subditos suos insordescentes ad purgandum censuras cogere volentes, secundum eiusdem statuti regni et statuti provincialis dispositionem procedatur, agendum tamen erit apud sacram Maiestatem regiam in comitiis regni proxime futuris, ut sacra Maiestas regia et eius Maiestatis capitanei, ceterique officiales efficiant et exequantur. Si dominus per excommunicatorem requisitus subditum suum insordescentem cogere noluerit ad purgandum censuras, quod lapso mense post requisitionem, capitaneus loci, contra dominum insordescentis statutum regni extendat, tanquam ipse solus insordesceret, ut statutum praedictum quod indistincte omnes afficit, in omnibus exequatur, debent tamen Reverendissimi domini archiepiscopus et episcopi officiales suos cohercere, ne quavis facili causa ad fulminationem censurarum praesertim ad interdicti procedant.

12. Iudeorum numerus restringendus.

Sacrosancta sinodus secum expendens, quae et quanta discrimina Christianis et ecclesiis ex frequentia Iudeorum undequaque ex regnis et vicinis dominiis pulsorum, in regnum Poloniae receptorum, imminent, qui sacra profanis miscere non verentur, ne quid deterius ex illorum frequentia eveniat,

---

[1]) Edykt Władysława Jagiełły z r. 1433 potwierdzony przez Kazimierza Jagiell. w r. 1458; Bandtkie, Jus Polon. p. 246.

quod formidandum est, decrevit agendum esse apud Sacram Maiestatem Regiam, ut numerum et multitudinem Iudeorum in provincia Gneznensi et praesertim in civitate Cracoviensi ad numerum certum, quem locus illis designatus caperet, dignetur redigere. In aliis quoque locis, ubi prius non fuerunt, illis incolatum prohibere, efficereque, ut domos a Christianis non emant, et quas emerunt, rursus revendant Christianis infra certum tempus, quas nisi revenderent, infra certum tempus illis per Maiestatem Regiam praefixum, illis sint privati, sinagogas novas ubique etiam Cracoviae muro extructas destrui facere mandet, licet enim in memoriam passionis salvatoris nostri Iudei ab ecclesia tolerentur, tamen numerus eorum augeri debet minime, qui iuxta sacrorum canonum dispositionem veteres synagogas reformare novas autem praesertim ex muro minime construere possunt. Et ne christianae nutrices ablactent foetus eorum, vel econtra, id omnino districtius sub poenis gravissimis inhibeatur auctoritate sacrae regiae Maiestatis, quamvis et ordinarii habeant potestatem, a iure illis permissam talia inhibendi [1]). Praeterea ne in foris publicis civitatum aut oppidorum in ponticis aut mercimoniis, res venales exponant, sed illas in domibus eorum duntaxat vendant, praeterea habitum a Christianis distinctum, ut olim hic fuit et passim in omnibus aliis provinciis observatur, deferant. Servitores et mancipia christiana habere prohibeantur, et si quae habeant, dimittere et libertate donare adigantur. In civitate etiam Cracoviensi praeter sex testitudines pro rebus eorum conservandis, deinceps apud Christianos non habeant, iuxta compactata inter Reverendissimum in Christo patrem et Magnificum dominos episcopum et palatinum Cracoviensem desuper facta et per sacram Maiestatem Regiam confirmata.

13. Ne Iudei, scismatici suo ritu abutantur.

Iudei et scismatici ex auctoritate et admissione dominorum temporalium in plerisque locis publica gerunt officia, et qui Christianis subiecti sunt, in Christianos ratione huiusmodi officiorum habent imperium et exercent iurisdictionem. Ruteni etiam ad fidem Romanae ecclesiae conversi ad ritum suum veterem impune redeunt, ut rebaptisantur, matrimonia cum orthodoxis contrahunt, et cum illis cohabitant, dum interdictum ecclesiasticum ab illis, uti merito debet, servatur, illi campanas pulsant, processiones suas et ceremonias publice faciunt et exercent, wladica Leopoliensis, qui antea non erat, de novo est institutus, Iudei diebus sacris labores suos publice exercent et negotiantur, contra sacrorum canonum et iuris publici sanctiones, in scandalum multorum atque oppressionem et contemptum Christianae libertatis; agendum erit apud Maiestatem Sacram Regiam, ut ne id [fiat], prohibeat, atque huic rei edicto suo regio caveat. Nihilominus ordinarii locorum poenas a sacris canonibus et statutis ecclesiae, tam contra scismaticos quam orthodoxae fidei utriusque sexus homines extendant.

[1]) Ed. premissam talia inhibuendi.

14. Libelli haereticorum.

Delatum est ad sinodum sacrosanctam ultra libellos sermonum, lingua Polono per Iacobum Ilza conscriptos, et per regnum ad loca diversa missos, item Samuelem, monachum ordinis Praedicatorum, apostatam et Lutheri sequacem, libellos quosdam erroris Lutherani plenos sermone Polono imprimi fecisse et in regnum Poloniae transmisisse, qui etiam in locis plerisque visi sunt. Decrevit sacrosancta sinodus contra tales esse procedendum per dominos loci ordinarios secundum canonicas sanctiones et edicta contra Lutheranos et illius sequaces dudum promulgata, ut ordinarius quilibet in sua diocesi per se et per locorum capitaneos et civitatum ac oppidorum praefectos extendi et exequi faciat, contra huiusmodi libellorum venditores, emptores et illos legentes, habentes et quoquomodo observantes quodque archidiaconi in suis visitationibus de talibus inquirant et dominis loci ordinariis puniendos deferant.

15. Libertates ecclesiasticae manutenendae.

Si in comitiis regni publicis quandocunque instaretur, ut clerus privilegia libertatum suarum, praesertim de non eundo ad bellum, publice monstrare debeat temere et absque causa, id domini archiepiscopus et episcopi non faciant, nisi subesset causa urgens et legitima, praesertim, ex quo privilegia libertatis ecclesiasticae in ecclesiis cathedralibus desuper clara habeantur. Idem de privilegiis scultetorum intelligendum est, ad quod Reverendissimus dominus archiepiscopus et episcopi liberaliter consenserunt et nihil ea in re absque sinodi provincialis consensu innovare promiserunt et ne sculteti ecclesiasticorum ad bellum proficiscantur, id se graviter et strenue defensuros polliciti sunt. Cum instaret clerus et facilitatem domini archiepiscopi et episcoporum argueret, quod in comitiis publicis facile consenserunt in sinodum provincialem celebrandam propter contributiones et alia onera in clerum imponenda; quod denique in spem contributionis futurae pecuniam mutuo dare consueverunt, eorum celsitudines extra casum inevitabilis et desperatae necessitatis, sed in deinceps non facturos promiserunt, quinimo in tali casu, etiam absque sinodi provincialis, vel adminus capitulorum suorum, expresso consensu, se nihil innovaturos polliciti sunt.

16. Privilegia ecclesiastica manutenenda.

Agendum et diligentissime observandum per Reverendissimos dnos loci ordinarios et eorum officiales ex decreto sinodi praesentis, ut privilegium serenissimi domini Wladislai regis de libertate et immunitate bonorum et personarum ecclesiasticarum, quo de violentiis et iniuriis personis et bonis ecclesiasticis illatis iure ecclesiastico experiri permittit, nullo modo intermittatur, sed pro more veteri se eundem illius tenorem exequatur et practicetur. Et quod non dentur inhibitiones Regiae Maiestatis ad tribunalia ecclesiastica contra praedicti privilegii dispositionem. Quandoquidem iudices ecclesiastici

sciunt causas specificatas ad suum iudicium pertinentes inferius descriptas et poenas in se statutas, si ultra illas ad aliarum cognitionem sese ingererent, apud suam Regiam Maiestatem agendum. Reverendissimi vero domini episcopi in aula suae Maiestatis praesentes privilegium praedictum diligentius manu teneant et teneantur. Cum vero illius privilegii vigore super violentia aut spolio possessionis bonorum terrestrium vel partis alicuius eorum, videlicet silvarum, pratorum, agrorum et id genus aliorum, in foro ecclesiastico actio instituitur et rei citati, actionem impedire volentes, actionem limitum, expost in foro saeculari intentatam vel quippiam simile opponunt, in tali casu probata possessione et spolio, spoliatus ante omnia per iudicem ecclesiasticum restituatur, salva nihilominus actione in foro competenti super limitibus vel proprietate bonorum praedictorum. Reverendissimi autem domini archiepiscocopus et episcopi, velut ecclesiasticae libertatis defensores, id nedum non prohibere, verum omni suo conatu promovere debent et polliciti sunt.

17. Abbatum electio.

Admoniti diligenter per clerum Reverendissimi domini archiepiscopus et episcopi promiserunt, se deinceps in comitiis publicis in nova statuta, libertatem ecclesiasticam tollentia, absque consensu sinodi provincialis non consentire, prout praedecesssores eorum consenserunt in statutum novum contra liberam canonicamque electionem abbatum in monasteriis et ut soli nobiles monachi abbatiis praeficerentur, quod statutum novum, utpote regulas et modum vivendi omnium ordinum et religionum enervans, est ipso iure nullum, statum monachalem obligans minime, conditoresque eius nec non facientes et consentientes, a sacris canonibus et statutis provincialibus sunt excommunicati ipso facto. Et licet hoc ipsum statutum abrogatione non indigeat, cum sit ipso iure nullum ex defectu potestatis et iurisdictionis, nihilominus Reverendissimi domini archiepiscopus et episcopi in regni comitiis futuris, ut illud statutum, in quantum aliquid sit, penitus abrogetur et electus Wągrovicensis confirmetur, agere et curare pro sua virili debent. Decrevit etiam sacrosancta sinodus, ne de cetero saeculares et alii in abbates eligantur, praeterquam monachi probati et professi secundum singulorum ordinum regulares sanctiones et antiquam consuetudinem [1]).

18. Causae mere spirituales.

Sacrosancta sinodus satisfaciendo votis et desideriis status saecularis et instantiae eorum in comitiis praeteritis desuper factis, causas omnes ad forum et iudicium ecclesiasticum pertinentes, in corpore iuris canonici clausas, quae communiter in iudiciis ecclesiasticis practicantur, quas causas pro more veteri Reverendissimi domini archiepiscopus et episcopi se defensuros strenue promiserunt, sinodaliter descripsit. Causae autem mere spirituales sunt hae:

[1]) Por. konstytucye sejmowe z r. 1538 i 1539. (Vol. Leg. I. p. 257 i 209).

fides catholica, haeresis, scisma, blasphemia in Deum et sanctos eius, apostasia, decimarum, septem sacramentorum ecclesiae, beneficiales, simoniae, usurarum, presbitericidii, sacrilegii, cuiuslibet etiam confugientis ad aedes sacras, exceptis tamen quinque casibus: videlicet nocturni depopulatoris, agrorum agressoris, itinerum publici et proclamati furis, incendiarii et immunitatis ecclesiasticae violatoris, quibus forum et immunitas ecclesiastica propter immanitatem criminum non suffragantur: qui de ecclesiis et locis sacris extrahantur et iudicio suo saeculari restituantur. Item causae mere spirituales sunt: maleficia, incantationes, sortilegia, raptus et violentiae ecclesiasticae cuiuscunque censuum perpetuorum, qui terreni terragii, et condicionalium, qui *widerkoffi* vulgo appellantur, ac dotium sive agrorum plebanalium et aliorum sacerdotiorum, qui vulgo *poświątne* nominantur, praesertim in quorum possessione ecclesiae et ecclesiasticae personae fuerunt, a tempore diuturno et praescripto, necnon miserabilium et destitutarum personarum, quae labore et usu manuum suarum victum quaerere non possunt, et legitimitatis seu natalium.

Sortitur etiam quis forum seu iudicium ecclesiasticum ratione contractus vel obligationis in iudicio ecclesiastico factae et ratione delicti in ecclesiasticas personas et res ecclesiasticas commissi.

19. Causae spirituali annexae et mixti fori.

Causae autem iudicio spirituali annexae sunt: iuris patronatus et dotis post divortium restituendae et repetendae, causae autem mixti fori sunt testamentorum et ultimarum voluntatum seu ordinationum; quodque huiusmodi testamenta facilius executioni demandentur, liberum erit unicuique pro legatis et aliis omnibus in testamento contentis iure experiri coram iudicio, quo velit, sive ecclesiastico, sive saeculari. Et ubi causam inceperit, ibidem iure praeventionis eandem finire teneatur, exceptis tamen legatis ad pias causas, quae inter causas mere spirituales computantur. Spirituales autem pro bonorum suorum terrestrium, iuri communi regni subiectorum, dominio et proprietate ac provinciis suprascriptis, in statuto regni expressis, iure terrestri regni experiantur. Iniuriae autem sunt iuxta statutum Iohannis Alberti et Alexandri regum: super limitibus, colonis, fugitivis, capite occisi et vulneribus [1]), si autem persona ecclesiastica saecularem in casu aliquo ex quatuor proxime suprascriptis ad iudicium spirituale citaverit, poena quatuordecim marcarum per ordinarium suum irremissibiliter puniatur.

20. Citationes ad banniendum.

Supplicent etiam nuntii praedicti S. R. Mti nomine totius congregationis sinodalis, ne dentur deinceps citationes ad banniendum contra clerum extra casus statutorum regni divorum Iohannis Adalberti et Alexandri ac Sigis-

---

1) Vol. Leg. I. p. 127 (De inhibitionibus eccles. ad iudicia), oraz p. 138 (De iniuriis spiritualium iure terrestri diffiniendis).

mundi [1]) feliciter moderni regum, quae iam sunt per sedem apostolicam partim confirmata. Quae citationes non dentur, nisi in casu iurispatronatus regii vel laicorum.

21. Plebeos ad cathedrales non admittendos.

Et quoniam Leo X. pontifex maximus per bullam specialem confirmavit eadem statuta pro novalibus contra plebeos, ne recipiantur ad quinque ecclesias cathedrales maiores cum deputatione iudicum perpetuorum, qui facta, sententias et censuras iudicum quorumcunque, etiam sacri auditorii rotae, contra statuta et bullam easdem emanatas, penitus tollerent et annihilarent, et Reverendissimus in Christo pater dominus Bernardinus, Dei gratia archiepiscopus Leopoliensis, iudex perpetuus apostolicus per eandem bullam deputatus, anno et die certis, sententiam sacri auditorii rotae, simul cum censuris in favorem doctoris Michaelis de Paczanow plebei et contra venerabilem dominum Benedictum Isdbienski, canonicum Cracoviensem, secretarium regium, ex utroque parente nobilem, occasione canonicatus et praebendae Cracoviensis, instante S. R. Mte, per certos commissarios suos, videlicet Clarae tumbae et Chebdoviensem abbates, retractaverit, nullas et irritas pronuntiaverit ac eundem dominum Benedictum Isdbienski a censuris praedictis per sacrum auditorium rotae fulminatis absolverit, sacra provincialis sinodus sententiam et absolutionem praedictam ratas et gratas habendo, eisdem adhaesit et adhaeret firmiter. Et ut deinceps perpetuis futuris temporibus talis processus observetur pro nobilibus contra plebeos, in ecclesias quinque cathedrales praedictas se intrudentes [2]), decrevit et constituit.

22. Canonicatus designandi pro doctoribus.

Ut autem bulla praedicta Leonis X., huic regno inclito et nobilitati eius in vim privilegii perpetui concessa, in omnibus debitae executioni demandetur, decrevit haec sinodus, ut capitula quinque ecclesiarum cathedralium praedictarum singula de consilio et assensu suorum Reverendissimorum dominorum archiepiscopi et episcoporum deputent duos canonicatus et totidem praebendas, ad quas futuris temporibus perpetuis duo doctores, etiam plebei, recipi possint et debeant, videlicet unus in theologia et alius in utroque vel altero iure, ultra duos canonicatus et praebendas antiquitus pro aliis duobus doctoribus deputatas, sic, ut in singulis quinque ecclesiis cathedralibus praedictis sint duo doctores in theologia et duo in utroque vel altero iurium. Ad quas doctores huiusmodi, nedum nobiles verum etiam plebei, recipi possint et debeant iuxta dispositionem bullae praedictae, quod facere teneantur ante unius anni decursum.

23. Doctores in collegiatis non ponendi.

Consenserunt etiam domini archiepiscopus et episcopi ponere in executionem statutum provinciale et bullam aliam Leonis X. in novis statutis

[1]) Vol. L. I. p. 175, 250. — [2]) Ed. intendentes.

sub titulo »De officiis archidiaconi« contentam, quibus cavetur, quod in singulis ecclesiis collegiatis provinciae Gneznensis debent poni duo doctores actu residentes, videlicet unus in theologia et alius in utroque vel altero iurium, quod tamen statutum et bullam pro hac vice in uno doctore tantum in executionem ponere et quilibet dominorum episcoporum ad primam vacantem praebendam in eisdem ecclesiis unum doctorem, ut praemittitur, instituere, aut illi providere promiserunt. Qui quidem doctores circa ecclesias illas residere et onus praedicationis habere debent.

24. A cohertione non provocandum.

Decrevit etiam sacrosancta sinodus, ut praelati et canonici ecclesiarum Reverendissimis dominis archiepiscopis et episcopis reverentiam et honorem debitum diligenter exhibeant et impendant, Reverendissimi vero domini archiepiscopi et episcopi praelatis et canonicis ecclesiarum suarum etiam debitum honorem deferant, ut fratribus et membris suis immediatis, neque verbis asperis illos exacerbent aut iurisdictionem illorum capitularem, iuramentis suis firmatam, quoquo modo impediant. Ubi vero pro demerito aut excessu cuiuspiam praelati vel canonici aut ex delatione episcopi in eorum quempiam per confratres capitulariter animadversum fuerit rationabiliter statutis capitularibus aut provincialibus dispositionibus vel consuetudine approbata suadente, ab huiusmodi cohertione capitulari fraterna, nisi modus excedatur, provocare non liceat. Si tamen sic punitus crederet modum poena excessum esse, eius rei cognitio ad dominum archiepiscopum vel episcopum suum deferri debebit immediate. Quicquid vero archiepiscopus vel episcopus approbaverit seu decreverit, huiusmodi decreto stare tenebitur, in quem animadversum fuerit, ad quod observandum etiam gravioribus poenis iuxta temeritatis exigentiam adhibitis et multiplicatis, appellatione ulteriori cessante, compelli debet.

25. Iurisdictio legationis.

Promisit etiam Reverendissimus dominus archiepiscopus Gneznensis iurisdictione legationis natae in commissionibus et citationibus decernendis uti, prout communia iura disponunt, ne, quod datum est in suffragium, vergere posset in oppressionem multorum.

26. Funus dominorum episcoporum.

Quoniam propter diuturnam conservationem funerum et tardam sepulturam Reverendissimorum dominorum archiepiscoporum et episcoporum defunctorum bona episcopatuum sede vacante multifariam damnificantur, decrevit haec sancta sinodus, ut executores dominorum archiepiscoporum et episcoporum defunctorum seu illi, ad quos pertinebit, a die mortis in octo diebus ad minus et ad summum in quindecim diebus funera illorum sepelire procurent, si in eorum diocesi eos mortem obire contigerit. Si vero extra diocesim, tunc duplum eius temporis habeant, alioquin lapsis diebus prae-

dictis capitula ecclesiarum et administratorem eligere et bona episcopalia in eorum dispositionem recipere debebunt et tenebuntur.

27. Monasteriorum bona.

Cum plerique abbates, praepositi et abbatissae villas et bona monasteriorum suorum et ius patronatus ecclesiarum hactenus alienarunt seu ad firmam vel emphiteosim concesserunt, extra casum evidentis utilitatis et absque consensu episcopi loci, decrevit haec sinodus, ut domini ordinarii auctoritate eiusdem sinodi citra omnem moram, quae periculosa est, decernant monitoria contra tales abbates, praepositos et abbatissas, ut infra terminum unius anni totaliter alienata omnia recuperent. Quod si lapso termino non recuperaverint, auctoritate praesentis sinodi per ordinarios a praelaturis et officiis suis deponantur, et nichilominus ordinarii compellant detentorem ad restituendum male alienata. Et si deinceps quispiam ipsorum huiusmodi alienationes facere praesumpserit, statim ab officio et praelatura deponatur, talisque alienatio sit nulla ipso iure.

28. Monastici in studio tenendi.

Decrevit haec sancta sinodus, ut abbates et praelati religiosi iuxta statuta provincialia et constitutiones sinodales servent fratres ordinum suorum in studio generali Cracoviensi, alii vero de Maiori Polonia in studio Poznaniensi praeter Thrzemessnensem et Wagroviecensem, qui [in] Cracoviensi suos fratres tenere debent. Quod facere teneantur abbates praedicti hinc ad sex menses decursum sub poena decem marcarum pecuniarum annis singulis per loci ordinarios repetenda et studio Cracoviensi applicanda.

29. Subditi dominorum abbatum, praesertim Suleioviensis et Vitoviensis, gravantur novis et inconsuetis laboribus et angariis per factores regales et ab oppidis nonnullorum abbatum exiguntur currus bellici, qui prius nunquam dabantur, aliqui etiam remoti compelluntur ferre stationes pecunias Cracoviam ad thesaurum S. Mtis Regiae. Petatur eadem S. R. Mtas per nuntios sinodales, ut inconsuetos labores et angarias tolleret et circa usitatos et antiquos conservaret, factoribusque suis et capitaneis, ne ultra privilegia eorum et veterem consuetudinem illos pergravent, benigne iniungere dignaretur.

30. Reformationes morum et vitae.

Quia ex depravatis moribus et vita cleri haereses in ecclesia Dei, ut plurimum, suboriri consueverunt, statuit haec sancta sinodus, ut dominus archiepiscopus et episcopi ad morum reformationem in clero, tam in capitibus, quam in membris diligenter procedant iuxta sacrorum canonum statutorumque provincialium veterum et novorum vim, formam et tenorem, puniendo et emendando clericos notorie excessivos, simoniacos, adulteros, usurarios et concubinarios publicos, saecularibus negotiis se immiscentes, in vestibus laicalibus incedentes, tonsuram debitam non deferentes, verum loco

tonsurae barbas nutrientes. Et quod praelati et canonici ecclesiarum metropolitanae, cathedralium et collegiatarum barbas nutrientes ab ingressu capituli et perceptione refectionum arceantur, reliqui vero clerici barbati poena sinodali per loci ordinarios puniantur, ceterisque criminibus irretitos debite puniant. De qua reformatione plurima verba facere non expedit, quandoquidem de illa pleni sunt libri sacrorum canonum, statutorum provincialium novorum et veterum; modo ut domini loci ordinarii non oscitanter aut negligenter desuper executionem faciant, ne sanguis ovium de manibus eorum requiratur.

31. Curiae dominorum episcoporum.

Ut autem reformationem praedictam commodius facere valeant, decrevit sancta sinodus, ut domini loci ordinarii in curiis et officiis suis servent viros doctos, Deum timentes, et praesertim in officiis cancellariae suae, unum ex praelatis vel canonicis ecclesiarum suarum cathedralium, qui vice illorum, qui alioquin negociis publicis sunt occupati, et extirpationibus haeresum et executionibus decretorum sinodalium superintendere possint et valeant.

32. Reverendissimi domini archiepiscopi specimen et exemplum optimi odoris virtutum et bonae famae clero sibi subiecto de se praebeant, lectiones ex sacra scriptura in mensa sua post solennem orationem seu benedicite adhibeant, cantilenas prophanas et saeculares non admittant, familiaresque ecclesiasticos et saeculares in curiis suis reforment diligenter, ne ceteris offendiculo existant, ad quod eorum celsitudines consenserunt non gravatim.

33. Poenae pecuniariae clericorum.

Decrevit etiam haec sinodus, ut poenae pecuniariae clericorum excessivorum, non in rem privatam officialium praedictorum, sed pro luminaribus ecclesiarum vel ad elemosinas pauperum de mandato et consensu ordinariorum convertantur, quod disponunt canonicae et provinciales sanctiones.

34. Ne clerici in iudiciis secularibus.

Decrevit etiam sinodus sancta, ut clerici in placitis et iudiciis saecularibus deinceps non procurent, exceptis causis ecclesiarum suarum, miserabilium personarum, suis et consanguineorum, confratrum et subditorum suorum, quod denique in iudiciis prophanis seu factoriis saecularibus non serviant sub poenis, in iure communi desuper expressis.

35. De archidiaconis.

Cogant etiam Reverendissimi domini archiepiscopi et episcopi auctoritate huius sinodi et iuris communis, ut archidiaconi per se nisi legitima causa excusentur, in quo casu per doctores aut magistros artium in sacris ordinibus constitutos probatae virtutis et de consensu ordinariorum suorum diligenter visitent parochias suas statutis a iure temporibus, quorum visita-

tiones soli ordinarii per se vel delegatos suos exequantur, quodque archidiaconi ad residentiam circa ecclesias suas iuxta bullae dispositionem compellantur, alioquin poena in bulla expressa puniantur.

Qui vero archidiaconatus electivos sine electione legitima occuparunt, illos ad sex menses resignare et capitula ecclesiarum illarum alios, eligibiles ad ipsos, lapsis sex mensibus eligere teneantur. Qui autem archidiaconatus legitime assecutos, tamen non promoti in doctores contra bullae tenorem obtinent, hinc ad unius anni cum dimidio decursum se promoveri in doctores curent sub privatione eorundem archidiaconatuum suorum. Ubi autem ordinarii vel capitula in praemissis exequendis remissiores fuerint aut negligentes, Reverendissimus dominus archiepiscopus, velut regni primas, illorum negligentiam supplere et praemissis opportune providere ac de huiusmodi archidiaconatibus disponere debebit.

36. Ecclesiae Ruthenicae.

Ecclesiae Ruthenicae novae in civitate vel diocesi Vilnensi multiplicantur in dies et aedificantur contra sacros canones et vilipendium fidei sacrosanctae Romanae ecclesiae; petatur S. R. Mtas per nuntios sinodales, ut id fieri non patiatur, et loci illius episcopus, quantum in ipso est, prohibeat.

37. Universitas studii Cracoviensis.

Pro reformanda universitate Cracoviensi, matre nostra, et proventibus lectorum augendis et aliunde vocandis legista et duobus litterarum humanarum professoribus Reverendissimus dominus archiepiscopus Gneznensis, inhaerendo deliberationi in proxime praeterita sinodo factae, promisit in hac sacra sinodo se daturum centum ducatos auri in auro ratione ecclesiae Gneznensis. Ratione vero ecclesiae Cracoviensis similiter centum auri in auro ducatos, Kuiaviensis centum florenos in moneta per mediam sexagenam et Plocensis similiter etiam centum, Poznaniensis similiter centum per mediam sexagenam ex decreto et ordinatione sinodi, Reverendissimo domino Poznaniensi et reliquorum dominorum episcoporum nuntiis consentientibus, dare et solvere debebunt. Ad quod capitula ecclesiarum praedictarum consensus suos praestare polliciti sunt, attento, quod hoc sanctum propositum in totius regni utilitatem publicam vergere dinoscatur et quod absentes domini episcopi admoneantur vigore praesentis sinodi, ut decretum praesens exequatur et capitulorum consensus obtineant sub poena centum aureorum Ungaricalium per sinodum seu alias Reverendissimum dominum archiepiscopum a singulis exigenda ad unius anni decursum.

Domini vero abbates in eadem sinodo praesentes propter absentiam aliorum abbatum et religiosorum, et quod ea de re cum fratribus suis tractatus et consilia non habuerunt, distulerunt hoc negotium in aliam deliberationem et responsionem. Debent autem domini archiepiscopus et episcopi precibus supplicibus diligenter instare apud S. R. Mtem, ut et eius Maiestas

ad tam sanctum et laudabile ac necessarium opus de suis proventibus aliquem censum perpetuum praedictae universitati constituat.

38. Contra exemptos.

Et quia fratres mendicantes et alii religiosi praetextu exemptionum et privilegiorum suorum multa committere solent in contemptum fidei, cultus divini et iurisdictionis ordinariae enervationem, nam excommunicatos per ordinarios vel eorum officialem ad divina et sacramenta ecclesiae in ecclesiis suis admittunt, processus ordinariorum flocci faciunt et multis aliis criminibus et scandalis sunt obnoxii, vivuntque dissolute in ecclesiis et monasteriis suis, tam virorum quam feminarum. Propter hoc decrevit haec sinodus sacrosancta, ut Archiepiscopus et Episcopi curent obtinere facultatem apud sedem Apostolicam ad cohercendum personas et monasteria fratrum praedictorum sorores et illorum reformationes, tam in capite quam in membris, et ne deinceps contraveniant his, quae iuris communis sunt, praesertim, quae ad morum correctionem et scandala tollenda pertinent, quae deinceps absque offendiculo plurimorum tolerari non possunt nec debent.

39. Exemptorum scandala.

Ut exemptorum monachorum licentia cohercéatur, qui prater alia quam plurima scandala absque licentia parochorum ad contionandum sese ingerunt, alienos parochianos ad confessiones et alia sacramenta percipienda admittunt, Christifideles a quantumvis enormibus criminibus et peccatis, etiam casibus ordinariae et apostolicae sedi reservatis, passim absolvunt, unde haereses augentur et in effrenis ad delinquendum audacia fit. Decrevit haec sancta sinodus, ut ultra praemissa sedes Apostolica vel concilium consulatur.

40. Canonicatus Plocensis Gumnino.

Reverendissimus olim dominus Andreas Cricius episcopus Plocensis, canonicatum et praebendam Plocensem fundi Gumnino, pro theologo praedicatore a multis saeculis designatam providerat nepoti suo venerabili domino Andreae Zebrzydowski canonico Cracoviensi. Iniunctum est sinodaliter Reverendissimo episcopo Plocensi moderno, ut eandem praebendam repetat modis quibuscunque et pro more veteri de eadem praebenda alicui theologo insigni, qui in eadem ecclesia legere et verbum Dei proponere possit et valeat, [provideat], quod ut faciat sua Dominatio Reverendissima ad unius anni decursum, auctoritate praesentis sinodi requirenda erit. Petendaque est S. R. Mtas per nuntios sinodales, ut auctoritatem suam regiam interponat apud dominum episcopum Plocensem pro huius rei executione.

41. Episcopus Culmensis.

Reverendissimus dominus episcopus Culmensis moderni cum capitulo suo citati non comparuerunt contra morem veterem in hac sacra sinodo

servatum, praetendens suos antecessores ad sinodum provinciae Gneznensis venire non obligari. Decrevit sacrosancta sinodus, ut Reverendissimus dominus archiepiscopus Gneznensis decernat contra ipsum dominum episcopum et capitulum, nec non abbates diocesis illius citationem ad declarandam propter inobedientiam, attendens, quod Episcopus ille fuit et est de corpore provinciae Gneznensis, utpote ex parte bonorum episcopatus Plocensis fundatus. Petendaque S. R. Mtas per nuntios sinodales, ut huic episcopo et capitulo omnino iniungat, cum sit subditus regis [1]) et regni, ne a corpore provinciae Gneznensis se dismembret. Nihilominus tamen decrevit haec sacra sinodus, ut tam ipsi terrarum Prussiae quam etiam terrarum Russiae episcopi et clerus universus provinciae Gneznensis et dominorum regni Poloniae ad ferenda et solvenda onera et tributa, quaecunque clerus in se laudaverit aequaliter obeant [2]), praesentis sinodus vigore.

42. Ut statutum de insordescentibus exequatur.

Quoniam capitanei locorum magnam committunt negligentiam in exequendo statuto regni contra sustinentes censuras ecclesiasticas ultra annum edicto, statuit haec sancta sinodus, ut Reverendissimus dominus archiepiscopus et episcopi ac illorum in spiritualibus vicarii et officiales, censuras et poenas contra tales negligentes capitaneos sancitas extendant et ad faciendam executionem illos compel'ant. Quod ubi Reverendissimi domini archiepiscopus et episcopi facere neglexerint, poena quingentorum florenorum mulctentur. Roganda praeterea est per nuntios sinodales Regia Mtas, quod huiusmodi statuta contra insordescentes manutenere atque etiam contra plebeos insordescentes extendere mandare dignetur, et ut in capitaneos negligentes poenam statutam ultra praemissa extendere non obmittat.

43. In collegiatis capitulum celebretur.

Statuit etiam sacra sinodus, ut praelati et canonici ecclesiarum collegiatarum provinciae Gneznensis capitulum circa huiusmodi ecclesias celebrent, saltem semel in anno, super rebus et necessitatibus ecclesiarum suarum consulturi iuxta statutum provinciale desuper editum, et hoc sub poena decem marcarum pecuniarum per negligentia capitula luenda et pro fabrica earundem ecclesiarum convertenda.

44. Citatio per edictum.

Quia in exequendis processibus Reverendissimorum dominorum archiepiscopi et episcoporum ac eorum officialium clerus nimium gravatur et nonnunquam ab insolenti nobilitate indignis modis tractatur, decrevit haec sancta sinodus, ut constituto summarie de non tuto vel difficili accessu nobiles

[1]) Ed. regnis. — [2]) Ed. abeant.

tales per publicum edictum die Dominico aut festo in eorum parochiis citentur et huiusmodi processus contra illos exequantur, qui sic illos afficere debet non minus, acsi personaliter fuissent apprehensi.

45. Contra praedicatores.

Cum non licet alicui, nisi vocato, et de speciali consensu Reverendissimi domini archiepiscopi, episcoporum et rectorum parochialium ac illorum, quorum interest, ad praedicandum verbum Dei accedere, plerique tamen his turbulentis temporibus ad contionandum sese temere ingerunt et, quod deterius est, suggesta nova sibi erigunt extra parochias in locis, ubi antea nunquam extiterunt, decrevit haec sancta sinodus, ut de cetero tales ab huiusmodi contionibus omnes abstineant et non nisi vocati per habentes potestatem iuxta doctrinam Pauli accedant. Suggesta vero, ad quos ea res pertinet, fieri non patiantur et facta demoliantur.

46. De salariis vicariorum parochialium.

Quia nonnulli rectores parochialium ecclesiarum salaria vicariis eorum ab antiquo constituta diminuere, ut augeant sua commoda, consueverunt, et cum presbiteros curam animarum ad exercendum idoneos minori pretio habere non possunt, minus idoneos, et quales possunt, constituunt, unde ultra notam avaritiae, qua arguuntur, multa alia scandala proveniunt et negligentia in cura animarum admittitur. Statuit haec sancta sinodus nihil praeter antiquam consuetudinem ab ipsis rectoribus esse innovandum et salaria huiusmodi vicariis suis et ministris ecclesiarum iuxta morem veterem libere fore dimittenda.

47. Officiales foranei.

Statuit etiam sancta sinodus, ut officiales foranei iudicandis causis et cognoscendis negotiis diligenter intendant, in locis suis personaliter resideant. Qui vero beneficia, quibus iudicandi et officialatus officium huiusmodi annexum est, obtinent, si non resident vel minus idonei ad exercendum officium existunt, huiusmodi beneficia omnino dimittant, alias Reverendissimus dominus archiepiscopus et episcopi tales ammoveant et in illorum locum idoneos, qui resideant, sufficiant.

48. Collectores contributionum.

Decrevit insuper haec sacra sinodus, decreto praecedentis sinodi inhaerendo, ut collectores praecedentis contributionis in capitulis metropolitanae Gneznensis et cathedralium ecclesiarum de contributionibus collectis rationem debitam faciant. Capitula vero huiusmodi rationem contributionis a collectoribus susceptam sinodo provinciali proxime futurae repraesentabunt. Quiquidem collectores diligenter curent, ut ab omnibus beneficiatis maiori-

bus et minoribus contributionem integre exigant et negligentes ad solvendum censuris ecclesiasticis compellant, ipsique de suis sacerdotiis solvant, salario in praeterita sinodo illis assignato dumtaxat contenti. Nisi enim docuerint de diligentiis suis et negligentes solvere censuris ecclesiasticis procuraverint innodari, ipsimet absque omni excusatione retenta solvere integre compellentur.

49. Beneficiorum retaxatio.

Et quamvis ex decreto priorum sinodorum propter inaequalitatem taxae veteris, beneficiis nonnullis auctis, aliis vero diminutis, sacerdotia universa provinciae Gneznensis debuerunt retaxari, prout in plerisque locis retaxata sunt. Quia tamen passim omnes queruntur inaequalitatem retaxationis huiusmodi, decrevit haec sacrosancta sinodus, ut rursus capitula metropolitanae et cathedralium ecclesiarum cum consilio Reverendissimorum dominorum archiepiscopi et episcoporum suorum deligant viros probos et maturos, qui retaxas prius factas revideant et, ubi opus fuerit, retaxam denuo faciant fructuum universorum ac rursus archiepiscopatus, episcopatuum et sacerdotiorum omnium. In quam retaxam includi debent universi fructus et proventus sacerdotiorum etiam molendina Reverendissimorum dominorum et aliorum beneficiatorum iuxta decretum sinodi praecedentis, ut in omnibus aequalitas observetur, solis praediis, quae labore et impendio magno coluntur et in eis certi proventus extimari nequeunt, exceptis. Singuli vero beneficiorum possessores mediis eorum corporalibus iuramentis valorem proventuum suorum coram retaxatoribus declarent. Reverendissimi tamen domini archiepiscopus et episcopi per suos capitaneos seu fructuum suorum collectores id praestabunt, ut proventus ipsi, aequalitate bonae crescentiae ad malam crescentiam collata et eius ratione habita, per taxatores etiam iuratos cum moderatione taxentur, quatenus ex aequo et iusto omnes omnium proventus sunt taxati.

50. Poena canonicas horas non dicentium.

Quoniam iura dicunt, beneficium dari propter officium et ad horas canonicas domino Deo, velut certum pensum quotidie persolvendum, quemque beneficii possessorem arctissimis vinculis esse obstrictum, altero namque ordine sacro, cui horae canonicae annexae sunt, sit insignitus, plerique tamen clerici etiam insignes, huiusmodi obligatione sua non attenta, horas canonicas orare negligunt et contemnunt. Proinde sacrosancta sinodus dominos loci ordinarios hortatur atque eorum conscientiis iniungit, ut diligenter super clericos diocesum suarum intendant et vigilantissime scrutentur, quod si quem negligentem repererint in diocesi et curiis suis, ut iuste ex arbitrio eorum poenis percellant et inviti debitum obsequium domino Deo reddere adigantur, ne aliis tantam animi indulgentiam exemplo suo praebeant.

51. De usuris.

Usurarum pestiferum crimen, quam longe lateque se diffudit, quamque vetere pontificum comminentia in his provinciis coaluerit, vel nemo est, qui non videat. Et quamvis tam iure communi, quam statutis provincialibus ei crimini obviam itum sit, et quo pacto admittatur, quo etiam modo puniendum, sistendumve, quaeque eius sit satisfactio, abunde prospectum est, sed per omnium rerum novercam negligentiam et ius commune et statuta ipsa saluberrima prorsus negliguntur in Christifidelium grave dispendium. Ut itaque haec pernicies ex provinciis nostris tollatur, statuta vetera de usuris edita innovando, haec sacrosancta sinodus decrevit, ut Reverendissimi domini ordinarii per litteras processuum suorum districte praecipiant ecclesiasticis rectoribus ceterisque verbi Dei contionatoribus et ecclesiarum poenitentiariis, ut hoc ipsum usurarum crimen in contionibus et confessionibus increpent et arguant. Illudque puniendum fore irremissibiliter annuntient detestenturque coram populo et quomodo committatur, declarent, addentes insuper tales in futurum absolvi non posse, nisi restituant, quod hoc nomine receperint. Sed neque in sacro loco illos sepeliri posse, si publice in hoc deprehendantur. Eos insuper, qui vel iam usuram perceperunt vel percepturi sunt, ad restitutionem illius in re ecclesiastica compelli posse, et insuper poenis a iure statutis subiacere ac in eos per loci ordinarios irremissibiliter extendendas [1]) fore.

X.

Mowa Piotra Myszkowskiego kanonika krakowskiego na synodzie prowincyjonalnym Piotrkowskim z r. 1544.

Oratio domini Mischkowski habita in sinodo provinciali Petricoviae 1544.

Vellem amplissime praesul, vosque ornatissimi viri, cuivis vestrum, pocius quam michi, primae haec meaque sententia gravissimae sinodi partes obtigissent, neque enim tantum michi tribuo, ut existimem me in tanto ac tam celebri sapientissimorum hominum conventu posse commode aliquid aut graviter dicere. Nam ut in me summa essent omnia, quaequidem sentio, quam sint exigua, usum certe et exercitationem dicendi tam michi deesse scio, ut nemo sit in hac tanta frequentia, qui non maiori cum dignitate munus istud obire possit, huc accedit summus pudor, quem michi natura mea et huius frequentissimae nichilque antea insolitae contionis conspectus attribuit. Vereor enim, ne quod declamatori cuidam inepto occidisse fertur, domestico praeconio plurimos meae infantiae testes colligam, sed in hac tanta animi perturbatione vestra me, viri amplissimi, humanitas, vestra prudentia

[1]) Cod. extendas.

recreat atque reficit, neque enim vos plura, quam ego, praestare possim, in me requiritis, neque pro vestra summa prudentia non intelligitis, nulla ratione me munus hoc praeterfugere potuisse, quod michi sit ab optimo principe meo huiusque nostri in Polonia ordinis summo antistite impositum. Cuius apud me tanta est auctoritas, ut ea nichil prius nichil antiquius habeam. Est praeterea causae, de qua dicturus sum, ea maiestas, ea amplitudo, in qua nemini, quantumvis infanti, oratio deesse potest. Quamobrem magna me spes tenet nostram quoque orationem non omnino vobis ingratam aut iniocundam futuram. Sed ne diutius oratione mea suspensa expectatio vestra teneatur, aggrediar ad causam, vosque oro, ut me sic, uti instituistis, benigneque ac attente audiatis.

Primum autem michi dicendum videtur, quoniam apud sacerdotes habetur oratio de sacerdotali ordine eiusque officio, deinde de hac nostra sinodo, et quam recto nunc habeatur, ut intelligatis nullum unquam fuisse tempus, quo magis nobis elaborandum sit, magis de summa rerum omnium consultandum, quam his turbulentissimis temporibus, in quibus omnia plena timoris, plena sollicitudinis impendere videntur. Primum illud igitur est, ex quo intelligi potest, quanta sit nostri ordinis praestantia, quanta dignitas, quod non ab hominibus sed a Deo institutus est, non quovis sed omnium maximo et gravissimo fungitur munere, tum quod eam habent authoritatem, qua nichil maius, nichil praestantius dici aut excogitari potest; neque enim nunc sermo institutus est de magis Egiptiorum, qui miris prestigiis mentes hominum irretitas tenebant, non de misteriis Cereris, Apolinis, Triphonii aut aliorum idolorum falsis vatibus, non de Saliis, Potitiis(s), Fetialibus, sacrificulis aut id genus vanis P. R. religionum interpretibus, quos superstitio, metus et avaritia quorundam innexerat, nos auctorem et propagatorem nostri ordinis habemus summum illum ac perpetuum sacerdotem Iesum Christum, qui confectis ex sententia rebus omnibus, ob quas a Deo patre celitus dimissus fuerat, ut ostenderet, quantae sibi curae genus humanum esset, non prius decedere atque ad patrem redire voluit, quam sibi, cum esset pastor bonus, eos vicarios substitueret, qui et gregis vitiis mederi et luporum impetus propulsari et fructus tempestivos supremo illi patri familias repraesentare possint. O singulare Dei erga nos beneficium et praeter hoc unum post hominum memoriam inauditum, o summam benignitatem, o amorem incredibilem, non satisfuisse nos ex nihilo ad imaginem suam procreasse, supeditasse nobis omnia ad bene et beate vivendum, non denique morte sua vitam nobis comparasse, nisi etiam beneficiis beneficia cumularet, nisi nobis eos praeficeret, quorum praesidio et meliores et tutiores esse possimus.

Ac auctorem quidem nostri ordinis, qui fuerit et quo consilio sacerdotium instituerit, audivistis nunc, qua nos auctoritate esse voluerit, cognoscite. Ego ad auctoritatem comparandam illud vehementer pertinere arbitror, quid sapientes, quid magni viri de nobis existiment, summae enim semper laudis fuit summis viris placere, tum etiam quae sit virtutis nostrae, aut

alicuius recte facti vulgo apud homines opinio, qui plerumque, ut nobis auctoritatem tribuant, non minus opinione famae, quam certa aliqua ratione ducuntur. Quod igitur testimonium unquam in orbe terrarum maius aut clarius fuit, quam Iesu Christi Dei et Servatoris nostri de sacerdotibus, qui eos oculum corporis, salem terrae, lucernam ardentem, amicos, fratresque suos appellaverit, omnibus suis bonis praefecerit, greges illis charissimos crediderit, claves denique tradiderit regni coelorum omniaque, quae illi decrevissent, rata, quae vetuissent, irrita habenda duxerit. Et quisquam dubitabit, quin eos habuerit charissimos, quin de eorum fide et integritate optime fuerit persuasus, quibus solis tantam provinciam delegaverit. Sexcenta sunt praeterea, quibus enumerandis dies me prius deficeret, quam singula recenserem. Itaque ne plura dicam de locupletissimo Christi testimonio, illa res, quantam declarat nostri ordinis auctoritatem, quod illius opera brevi temporis spatio universus plane orbis terrarum veram religionem, Deique optimi maximi cultum et cognitionem sit amplexus. An vero ullam esse oram tam desertam putatis, ullas gentes tam barbaras tam longinquas, quae non sacerdotum rerumque ab eis gestarum pro religione Christi fama persuaserit neque iniuria. Quid enim magis admirandum dici fingivi potest, quam homines expertes mundanae sapientiae, inermes, imbelles, reique militaris omnino imperitos potuisse sapientissimos viros, potentissimos reges, numerosissimos ac fortissimos exercitus in potestatem Iesu Christi sine ullo negotio redigere, michi credite, non mediocri auctoritate tot ac tantas res confici potuisse. At enim dixerit quispiam: non eadem tum erat rerum et temporum ratio, magis fortasse abundabant opibus, quibus sibi tantam auctoritatem comparabant, liberalitate, ambitione, donis, conviviis et id genus aliis largitionibus mentes sibi hominum devinciebant. Minime vero, erant enim rerum omnium inopes, paupertatem amplectebantur, rem familiarem, si quae illis fuerat, aut omnino negligebant aut conferebant in medium. At faccionibus et amicis erant potentes. Ne id quidem, nam una cum re familiari parentes, uxores, liberos, patriam denique ipsam plurimum reliquisse ob religionem Christi accepimus. Quid igitur, quo ingenio, quibus artibus tantam auctoritatem consequebantur? Erat viri amplissimi in illis hominibus religio, summa continentia, fides, constantia, quibus rebus efficiebatur, ut ea, quae opinione vulgi magna et admiranda videntur, opes, facciones, clientelam, pompas, comessationes, apparatus mensarum et omnem voluptatum cetum contemnerent ac pro nihilo ducerent, sequerentur autem id solum, quod rectum et honestum esset, in eoque persequendo omnes cruciatus corporis, omnia vitae pericula negligerent, ut non homines, sed terrestria quaedam numina fuisse viderentur. Quamobrem videte, quaeso, ne opes istae, quas nos possidemus, ne ea, quae tanto studio consectamur, magno sint impedimento, quominus recte fungi possimus nostro tam gravi nobis a Iesu Christo delegato munere, de quo dum breviter dico, vos quaeso, ut me attente bonaque cum venia audiatis. Sustulimus viri amplissimi, sustulimus profecto

plus oneris, quam ut fere possimus, profitemur nos esse pastores gregis Domini, vigiles atque custodes, quos episcopos vocamus, doctores ac moderatores vitae, sequestres et conciliatores hominum cum Deo, multaque praeterea, quae vel firmissimos vel integerrimos quosque possint opprimere. Splendidi sane ac magnifici tituli; sed ineat, quaeso, quisque vestrum secum rationem ac cogitet, num titulis, quos habeat, cetera respondeant, quo loco ego nolo disputare, neque de episcoporum officio, nec enim id est mei ingenii, nec huius temporis neque pastoribus quidquam exprobrare. Sed vereor, ne plerique vestrum, quod quidem pace omnium dixerim, non solum tondamus lanam, verum etiam pecus ipsum deglubemus, neque doctores docere, video tamen plerosque vix ultra prima litterarum elementa progressos hanc personam sustinere, at quomodo Dii immortales mihi profecto nonnulli misericordiam, aliis indignationem, plerisque etiam risum concitant, usque adeo degressi sumus a recto itinere, ut magnum sit periculum, ne viam illam spatiosam ingrediamur, quae ducit ad interitum. Quare nemini mirum videri debet, si negligimur, si contemnimur, si irridemur, si iniuriis et contumeliis afficimur, si denique nova dogmata, novae religiones inducuntur aliique in nostrum dicendi et praecipiendi munus, quasi in alienas possessiones temere irruent, neque vero hoc dico, quo mihi persuadeam nullos esse, qui suo fungantur munere. Dii meliora! Quanquam enim durissima sit haec provincia, quamquam iam pridem navis ista fluctuet, et plerique gubernatores dormitent, alii clavum tenere nesciant, alii vim ventorum ferre nequeant, non tantam tamen esse nostrorum temporum calamitatem arbitror, ut non existimem, et hic inter vos et extra hunc cetum esse plurimos, qui religione ac morum castitate possint cum veteribus comparari. Nonne accipimus illum etiam peritissimum gubernatorem, Iesum Christum, quandoque obdormivisse, Petrum dubitasse, naviculam adeo periclitasse, ut pene obrueretur fluctibus? Quamobrem spero, aliquando fore aliquem his quoque malis finem, bono oportet simus animo, servabit nos Deus, quemadmodum Petrum iam succumbentem fluctibus servaverat, modo ne deficiamus ab eius religione, et si quando labi aut errari contigerit, homines enim sumus, ne diffidiamus eius misericordiae ipsumque, qui auctor est omnium bonorum, precibus assiduis fatigemus, velit nobis adesse propitius suaeque ecclesiae in tantis periculis constitutae. Ac de sacerdotibus quidem, eorum auctoritate et officio, quae prima erat pars orationis nostrae, hactenus; reliqua mihi perpauca sunt de huius sinodi ratione dicenda, vos quaeso, ut adhuc fecistis, benignam michi date operam.

Utinam viri amplissimi, Deus nobis eam mentem tribuat, ut velimus ex animo religionem tueri, subvenire infamiae nostri ordinis, qua iam pridem laborat, auctoritatem nostram, libertatem ecclesiae magna ex parte oppressam sublevari, et quantum in nobis sit, opem ferri afflictae multisque periculis expositae Reipublicae: hoc enim scitis esse quatuor capita, quorum causa hic conventus agitur adeo necessarius, ut nichil prius, nichil nobis fuerit potius faciendum. Quis enim est, qui non aperte videat, in quibus nunc

versemur calamitatibus, quae nobis imminent pericula. Exoriuntur nova quaedam dogmata, novae res affectantur, videmus apud finitimas nationes religionem perturbatam, apud quasdam prostratam penitus, atque hoc malum ita in dies gliscere, usque adeo serpere videtur, ut verendum magnopere sit, ne nostros quoque homines infitiat, ne auctoritati nostri ordinis a Deo Optimo Maximo datae multisque postea praeclare factis a maioribus nostris illustratae officiat, ne opprimat libertatem ecclesiae, pro qua maiores nostri maxima pericula adire, plurimos labores, gravissimas contentiones suscipere non dubitabant. Est hoc profecto magnum periculum. Quid illud, num nobis levius videtur, quod superioribus annis atrocissimus et infestissimus nostrae religionis hostis, Daciam provinciam nobis finitimam, quae erat contra barbaros instar propugnaculi, in conspectu plane nostri exercitus universam occupavit et diripuit, quod nuper florentissimum atque opulentissimum quondam Pannoniae regnum nobis vicinum de sanctissima iam pridem societate coniunctum specie amicitiae et societatis in servitutem et potestatem suam redegit; quod ex tot ac tantis victoriis eo praevenit barbarus insolentiae, ut nisi nobis prospiciamus, nisi sumamus ex aliis periculum, nisi celerem aliquam et expeditam propulsandi belli rationem reperiamus, vereor, quod Deus avertat, ne nos quoque vicinorum nostrorum maneat calamitas, neque enim rex barbarus obscure ferre potest, quid cogitet, quid animi erga nos habeat, quem iam adeo insolentem fortuna reddidit, ut minime ferendus esse videatur, ut plane nichil dissimulet, viam sibi his victoriis in Poloniam munisse, ultroque minitari audeat, cum illi commodum fuerit, velle in nos impetum facere. Nec vero quisquam haec ita invito aut repugnante Deo putet accidere, cuius divinum nomen offensum nostris vitiis manifesta irae suae erga nos argumenta ostendit, nam illa superioris anni pestilentia, quae per universam fere Poloniam grassata est, cui non planum facit eam plagam nos a Deo accepisse? Fames praeterea, quae est in Lithwania subsecuta diluvia superiorum annorum, conflagrationes urbium, grandines frequentes, tonitrua valida, vermium novae quaedam species, fremitus bellorum, odia denique magnorum virorum, inimicitiae ordinum, quid portendant, quem statum Reipublicae promittant, malo in opinione vestra relinquere, quam in his, quae michi magnum dolorem faciunt, velle disertus videri, quae si quem non movent, hunc ego plane omni sensu carere existimo. Omitto Gedanensium ceterorumque Prutenorum tumultus, qui fortasse indigne ferunt nostrum imperium; omitto totius Germaniae in nos odium inexplebile ob ereptam sibi Prussiam, ob tot ac tantas clades a maioribus nostris acceptas; omitto Moscos, Scitas aliasque gentes, quibus hoc est unum et perpetuum studium, haec malitia, ut nobis fortunisque nostris continue insidias faciant; omitto plurima mala, plurima incommoda alia, quorum singula tanta sunt, ut maximis etiam et firmissimis rebus publicis non mediocre possent facessere negotium. Pericula, quae sint, videtis; nunc, quod agendum sit, considerate; primum equidem iram Dei placandam esse censeo, pacem et veniam ab eo exposcendum, crimina deprecanda,

quod ita fiet facillime, si religionem purumque eius numinis cultum rite amplectemur, si animum ab omnibus vitiis abdicabimus, si vita et mores nostros ad eius praecepta conformabimus, non hac externa specie, ut quibusdam placere audio, qui promissa veste, rasa barba, exterminata ac hypocritica facie probitatem volunt prae se ferre. Longe aliud nobis spectandum est, si recte Christiani appellari volumus; interior homo nobis est exornandus, pravae cupiditates, inanes sollicitudines delendae ex animo, renuntiandum ambitioni, largitioni, luxui, libidini, avaritiae atque id genus furiis, quae nunquam animum conquiescere sinunt, expellenda socordia, ignavia, omnes denique ex animo morbi penitus extirpandi, dandaque opera, ne pro Christis Antichristi, pro luce mundi fex hominum, pro sale terrae quisquiliae appellemur: ita fiet, ut pater ille coelestis, qui corda non vultum, opera non barbam intueri solet, agnoscat prolem legitimam, nec illam sinat periclitari. Primum igitur ac praecipuum id nos facere oportere arbitror, proximum illud est, nos quoque, quantum in nobis sit, demus operam, ne quid religio, ne Respublica detrimenti capiat, serius quidem quam tempus Reipublicae postulabat, sed aliquando tamen aliqua est ratio ineunda, qua nobis vitae saluti dignitatique nostrae prospectum sit, ut non tum demum quaeramus consilium, cum hostis cervicibus immineat. Et quoniam ad eam rem conficiendam, concordia inprimis ordinum, summoque omnium consensu opus est, summa ope niti debemus, ut honestissimum ornatissimumque ordinem equestrem, in quo omnia sunt et pacis et belli ornamenta, nobis adiungamus, quiquidem superioribus temporibus non solum infensus erat nostro ordini, verum etiam infestus, inveteraverat enim opinio falsa illa quidem, sed admodum nobis atque adeo universae Reipublicae perniciosa, nos solos ex omnibus ordinibus immunes esse omnium Reipublicae onerum, solos otiosam, segnem et inertem vitam velle agere, quod genus hominum censet Plato ex civitate bene instituta expelli oportere. Quamobrem delenda vobis est viri amplissimi haec macula, sedanda invidia vestri ordinis, praesertim cum conventus anni superioris omnia consilia, omnia decreta eo spectare videbantur, ut omnes pro habitu pecuniae belli munia subirent[1]). Ostendite vos quoque in curandis Reipublicae commodis nihilo aliis esse segniores, ostendite maiori vobis esse

[1]) Myszkowski ma na myśli sejm styczniowy z r. 1544 (Vol. Leg. I. p. 285), co do którego w IV księdze Kap. Krak. pod dniem 16 Maja czytamy co następuje: »Exhibitae erant in medium duorum patentes litterae universales R. Mtis super contributione ducillorum in conventione Piotrcoviensi gener. prox. praeterita laudata et constituta, item et aliae litterae missiles Rmi dni nostri, quibus Rma Dnatio adhortari dignata est dnos, ut iuxta earundem litterarum universalium tenorem exactionem huiusmodi contributionis simul et exactores in bonis et praefecturis suis ita constituant et ordinent, ut ex parte bonorum spiritualium nulla Reipublicae et communi thezauro committatur in solvendo negligentia et infidelitas. Et dni diligenter perlectis et auscultatis eisdem utrisque litteris censuerunt: ut quilibet dnorum habeat et accipiat sibi earundem litterarum transsumptum exactionemque praefatam iuxta tenorem eiusdem in bonis suis et praefecturis, ita, ut mandatur, constituat et ordinet, [illegible]«

curae publicam omnium salutem quam vestrum privatum commodum, cuiusquidem iacturam praestat facere, quam una cum hac interire, neque enim dubium est, quin hic pertinax ac perpetuus Christiani nominis hostis, cum illi fuerit commodum, bellum nobis eiusmodi inferat, in quo non modo dignitas, non salus, non libertas aut fortunae tantum vestrae agantur, sed de vita ac de capite uniuscuiusque vestrum de aris denique istis, et de summa rerum omnium futura sit dimicatio, ut non pecunia tantum, verum etiam vitam ipsam profundere nemo bonus, nemo generosi aut vere Poloni animi dubitare debuerit.

Sed iam satis ac multa fortasse etiam mihi dicta sunt, nam de sacerdotali ordine, de ratione huius sinodi, de calamitate nostrorum temporum et quemadmodum partim ope divina, partim etiam consiliis, opera industriaque nostra avertendae sint, satis superque disputavimus, reliquum est, ut vos omnes et singulos orem ac per salutem, vitam fortunasque vestras obsecrem atque obtester: velitis aliquando expergisci, velitis tandem honestatis dignitatisque vestrae rationem habere, quae si vobis chara est, quemadmodum esse debet, providete, quaeso, providete, nolite committere, ut regnum florentissimum virtute maiorum vestrorum auctum, saepe magnis eorum periculis a plerisque hostibus defensum, multis victoriis, magnis triumphis exornatum, vobisque per manus traditum turpiter barbaris atque ab omni humanitate alienis hostibus prodatur, pro quo quis est tam parvi tam angusti animi, tam denique degener a virtute maiorum, qui dubitet, si opus fuerit, mortem oppetere. Verum ego nolo vos hortari pluribus, ne vestris praestantibus ac vere generosis animis diffidere videar, ad te nunc vir amplissime ac omni laude dignissime antistes, qui huic sacrae sinodo praesides, mea reddit oratio. Te enim praeclara tua in hanc Rempublicam merita, te virtus ac dignitas in eo honoris gradu collocavit, ad quem antea nemini unquam Polonorum praeter stirpem regiam aspirare licebat, tu gratia apud principes, tu auctoritate apud omnes tu integritatis, sinceritatis fama, tu liberalitate et opibus tantum potes, ut in te maximum huius Reipublicae praesidium constitutum esse videatur. Quas ob res non ego a te petam, ut in hanc curam toto pectore incumbas, quo perturbatum rerum praesentium statum, quantum intersit, constituas, quandoquidem id iam pridem tua sponte facias in eoque omnes cogitationes, omnia studia, omnes curae consumantur, non contendam, ut probitatis, dignitatis, eruditionis, integritatis rationem habeas contra inertes, ignavos, improbos negligas, viamque eis ad gubernacula Reipublicae, quae nunc peritos gubernatores maxime requirit, praecludas, neque enim te praeterit his duabus potissimum rebus, praemio scilicet et poena, omnes respublicae contineri. Non inquam: haec a te petam, quid enim attinet currenti calcar addere, tantum pro mea in te fide et observantia, pro meo officio et incredibili quodam amore in patriam te admonebo: pergas, ut coepisti. Hoc enim, mihi crede, unicum tibi iter est maximeque compendiarium ad immortalitatem comparandam. Etenim honores, opes, facultates, quae vulgus

hominum admiratur, caduca sunt nimis et fragilia bona; paulo post relictis his decedendum nobis erit, sola virtutis et recte factorum gloria manet, etiam nobis extinctis, ad posteritatis memoriam. Veniat tibi in mentem maiorum tuorum Stanislai et Adalberti, qui suis divinis facinoribus id sunt assecuti, ut etiam in numerum divorum referentur. Veniat in mentem multorum aliorum, quorum tu nunc locum tenes, quorum tam recens est etiam memoria, ut adhuc inter vivos versari videantur; tibique persuade nunc esse animum tuum in his compagibus corporis tanquam in aliquo frequentissimo teatro, cui plausum posteritas sit datura, illamque demum vitam dicendam esse tuam, quae vigebit memoria saeculorum omnium, ad quam te omnia studia, omnes curas et cogitationes tuas oportet componere. Sed ego longius provectus sum, quam praeclara tua natura postulat. Quare finem faciam a teque petam, ne me hanc totam orationem, tam gravem nec fortasse satis meae aetati aptam, alia de causa suscepisse putes, quam ut officio perpetuaeque vitae observantiae aliqua ex parte satisfecisse videar.

XI.

Uchwały synodu dyjecezalnego Wiślickiego z r. 1547.

Conclusiones sinodi diocesanae Visliciae [anno 1547 in Septembri habitae] [1]).

Ad primum articulum placuit Sacrae Sinodo, ut rogetur Rmus dnus Archiepiscopus et alii Episcopi in sinodo provinciali congregati, ad quos cura ovium et luporum arcendorum pertinet, ut diligentius et maiori cura, quam hactenus, sint solliciti de cohercendis haereticis et fautoribus eorum, non modo obscuris et contemptis hominibus, verumetiam potentibus, qui magis incommodant et exemplo suo ac impunitate multos depravant, quorum nonnulli in querelis sunt nominati, et ut provideatur, ne libelli haeretici passim circumferantur aut etiam importentur.

Ad secundum articulum, hoc quoque proprie ad Rmos dnos Episcopos pertinere dictum est, in quo maxime totus clerus queritur de Episcoporum negligentia et archidiaconorum avaritia, qui vel visitationes vendunt vel ipsi crumenas magis quam mores visitant.

Ad tertium articulum visum est Sacrae Sinodo non esse reprehendendum, quidquid ad disciplinam ecclesiasticam addi possit, modo sine incommodo et pressura id fiat, et id relinquitur arbitrio Rmi dni nostri.

---

[1]) Wyrazy w klamrach dodane z ręk. Bibl. Jagiell. N° 2716.

Ad quartum articulum introspiciant Rmi dni Episcopi in decreta ultimae sinodi provincialis atque adeo crebrius revolvant omnia statuta provincialia et canones, ibi invenient, quibus rebus exequendis opus est.

Ad quintum articulum de hoc rogandi sunt Rmi dni Episcopi, ut officium suum faciant, et ne sinant constitutiones sacras aranearum telis esse similes, sed a se ipsis primum ordiantur et sint ceteris exemplo non solum ad beate sed etiam ad bene vivendum, ad modestiam, temperantiam et mutuam benevolentiam, neque existiment esse alienas constitutiones, quae ab antecessoribus eorum vel ipsis absentibus conditae sunt, videretur autem esse ex republica Christiana hiis depravatis temporibus, ut Rmi dni Episcopi provideant summa cura, ne indignis beneficia ecclesiastica conferantur vel rudes homines ad sacros ordines admittantur, et serio examinari curent non solum ordinantes sed etiam ad beneficia ecclesiastica instituentes in minoribus ordinibus constitutos.

Ad sextum articulum sit in arbitrio Rmorum dnorum Episcoporum, qui secundum iuramenta sua et constitutiones ecclesiasticas per se ipsi interesse comitiis generalibus tenentur, aut si legitimis causis impediantur, suo sumptu mittant, quos volent.

Ad octavum articulum visum est Sacrae Sinodo orandos esse Rmos dnos Episcopos, ne iugum hoc imponant ordini ecclesiastico, a quo iure divino et humano exemptus est, curent potius, ut nobilitas suum, nos nostrum officium faciamus, neque ea nos reprehendat, si minus facimus, quod est nostri muneris, quando neque nos eam reprehendimus. Sed tamen, si quod absit, aliqua urgeat necessitas, non recusat, quominus id sit in arbitrio Rmi dni unacum tota provinciali sinodo, ita tamen, si prior equestris ordo ultra debitum suum aliquid de suo proprio praestet Reipublicae, sed videndum tamen erit, ne in legem et consuetudinem hoc transeat, et ut moderatum hoc sit subsidium, omnesque summos pariter et infimos ex aequo attingat.

Ad nonum articulum rogat Sacra Sinodus Rmum dnum Episcopum suum et universam sinodum provincialem: velit miseris oppressis esse auxilio, et non modo clementia, sed etiam severitate sacerdotalem ordinem defendat neque racionem potentium, propinquorum et clientium tantum habeat, quantum iustitiae et officii sui. Habent autem arma ex canonibus, ex privilegiis et statutis regni, quibus utriusque ordinis iura et libertates continentur, ut si nostri ordinis iura neglecta fuerint, necesse esset equestris quoque ordinis iura ruere; existiment autem Rmi Dni Episcopi suam rem agi, quando tenuiorum sacerdotum res agitur, procul dubio enim ab eis ad illos quoque malum serpet.

Ad ultimum articulum videat Rmus dnus Archiepiscopus, quid facto opus sit, et iura sua et suae provinciae tueatur.

Praeterea queritur tota sinodus nuntios esse electos absentes ante sinodum diocesanam praeter morem et consuetudinem a venerabili capitulo, existimat enim Sacra Sinodus se ludibrio haberi, quando hoc pacto placita

sua et decreta atque etiam querimonias privatorum non facile ad notitiam provincialis sinodi perventuras esse putant.

Queritur praeterea Sacra Sinodus, quod Sacra Sinodus indicta sit alieno tempore, quando rei familiari et colligendis fructibus vacandum sit sit petitque, ne id in posterum fiat.

Conclusiones suprascriptae ex mandato Rdi patris dni Petri Miskowski custodis Kielcensis, canonici et vicarii in Spiritualibus generalis Crac., sinodo diocesanae praesidentis, per me Casparum Iacobi de Nova Smigrod notarium publicum sunt scriptae, de quo facio fidem indubiam manu mea propria.

XII.

Instrukcyja dla posłów kapituły Krakowskiej na synod prowincyjonalny Piotrkowski z r. 1547.

Articuli pro sinodo provinciali feria quinta post festum s. Crucis A. D. 1547 celebranda Piotrcoviae.

Ad articulos per Rmum in Christo patrem et dnum Archiepiscopum Gnezn. ad sinodum provinciae suae Piotrcoviae proxime indictam propositos nomine vener. capituli ecclesiae cathedr. Crac. per dnos deputatos ad eandem sinodum disserendum, respondendum et tractandum in eum, qui sequitur, modum.

Circa articulum primum, qui incipit: »Quoniam in omnibus fere etc.« domini deputati primum omnium declarent gratum esse vener. capitulo Rmi dni Archiepiscopi de exterminandis ex hac provincia sua heresibus sanctum et laudabile institutum, quod quibus modis prosequendum et ad optatum finem perducendum sit, declarant abunde constitutiones sacrorum canonum, legum, statutorum provincialium ac regni, hoc autem amplius litterae et mandata Serenissimi principis et dni Sigismundi moderni regis, super hoc saepenumero antea edita et promulgata. Revera haec tanta licentia legendi libros et damnata dogmata non aliunde inolevit magis in hominibus, quam ex conniventia et neglectu Archiepiscopi et Episcoporum provinciae, qui pulchre et sancte propositis, edictis et constitutionibus contra impia eiusmodi dogmata exequendis defuerunt, quae utinam executione non carerent.

Circa secundum articulum incipientem: »Quum autem tales etc.« dicant dni deputati: non opus esse ad hoc nova aliqua consultatione, quandoquidem de archidiaconorum officio et eorum negligentia ius commune et statuta provincialia abunde disponant, quae videantur et exequantur.

Ad tertium articulum incipientem: »Praedecessores etiam nostri etc.« dicendum: eius articuli negotium ad Rmos dnos Episcopos magis pertinere alias contentum esse capitulum, ut ita faciat Rmus dnus Archiepiscopus, dummodo regulae et canones iuris communis in hoc non excedantur.

Ad quartum articulum, qui incipit: »Post ultimo loco etc.« dicatur: nunquam dnos de capitulo recusare velle declarare et exhibere Rmo dno Episcopo suo eorum, quae decreta et constituta sunt in sinodis prioribus, dummodo Dnatio illius Rma perquirere de hiis aliquando velit et consilia sua cum dominis in talibus conferre.

Quinto articulo incipiente: »In correctionibus et reformationibus religionis etc.« dicatur: vener. capitulum contentum esse, ut sit reformatio et correctio, dummodo a capite edenda ratio proponatur atque utinam apud capita reperiantur aliorum generum bibliotecae, quam illae, quae apparere consueverant paulo ante circa mensas seu tabulas, nempe cantilenarum, scacorum et cartarum, quas tractari ab ecclesiasticis videntes, saeculares homines ipsi ad legendos in theologia heretica libros recurrunt.

Sexto articulo incipiente: »Praeterea mature deliberandum est etc.« dicatur: vener. capitulum ante omnia expectare sententias Rmorum dnorum Archiepiscopi et Episcoporum, qui nominare et designare dignabuntur personas ex dignitate ordinis et utilitate religionis mittendas, et posteaquam nominaverint, tum demum inter capitula de illis deliberandum; quod autem viaticum attinet, de hoc ad Rmos dnos Archiepiscopum et Episcopos, non autem ad clerum pertinere. Non enim clerus, sed Dnationes eorum Rmae vocantur ad consilium, quod si Rmis dnis Archiepiscopo et Episcopis videretur secus, constitutionem vel exemplum aliquod de hoc ostendere dignarentur.

Septimus articulus ad Rmos dnos Episcopos pertinet.

Circa octavum articulum incipientem: »Iam certo certius sperare possumus etc.« dicendum: vener. capitulum expectare velle decreta et constituta conventus regni generalis prox. futuri; in quo si quidem aliquod contributum pro defensione Reipublicae fuerit constitutum, tum demum consilium futurae sinodi expectabit, in qua si ita visum fuerit Rmis dnis Archiepiscopo et Episcopis ac clero provinciae, subsidium caritativum ferre non recusabit, habita tamen ratione divini cultus ecclesiarum ac onerum earundem, quae ex proventibus ecclesiasticorum subsistunt.

Ad nonum articulum incipientem: »Ab omnibus enim speratur etc.« dicatur: vener. capitulum expetere hoc ipsum votis omnibus, verum tum demum consultandum de negotio, quando inchoatum fuerit.

Decimo articulo incipiente: »Insuper quia etc.« dicatur: quemadmodum tuitionem cleri incumbere Rmis dnis Archiepiscopo et Episcopis, ita oppressionem eiusdem non alteri cuipiam, praeterquam Dnationibus illorum Rmis imputari oportere, atque ideo rogentur Dnationes illorum Rmae, ut ne pa-

tiantur clerum suum decimulasque et bona ecclesiae rapi, illibertari misereque distrahi, siquidem propter hoc maxime per Serenissimos olim Poloniae reges catholicos maioresque nostros episcopatus fundati dotatique abunde sunt, ut violatores et oppressores iurium, libertatum immunitatumque et personarum ecclesiae vindicare eosque coercere commode possint ac sufficiant, non autem ut facultates suas et ecclesiae aut in suos ditandos vel parasitos alendos aut alios inutiles usus convertant. Dicatur subinde illud quoque miserrimo clero dolere maxime, quod illi ipsi, a quibus opprimitur maxime, a Rmis dnis complectuntur et gratia .... eis valent maxime, tantum abest, ut de oppressionibus, quibus afficiunt clerum, vel minimo supercilio notentur.

Ad ultimum articulum incipientem: »Postremo cum sciamus etc.« domini deputati petant exhiberi sibi privilegia, quibus visis, lectis vel legi auditis, communicato cum aliis capitulis consilio, quae viderint oportuna fore et necessaria, Rmo dno Archiepiscopo suggerant et exponant. Illud vero praesentissimum consilium videri dicant ad hoc, ut Episcopus Culmensis metropolitanum suum Gneznensem recognoscat, Rmi dni Archiepiscopus et Episcopi Regiae Mti suggerant, quod deinceps Polonae et non Theutonicae nationis Culmensi ecclesiae praeficiat Episcopum.

Postremo domini deputati rogabunt Rmum dnum Archiepiscopum, ut de cetero, quoties sinodum provinciae suae instituet, articulos unacum processus litteris iuxta morem veterem ad capitula dimittat, in praesentia namque, dum oblati fuerunt nobis processus litterae, articuli, super quibus tractandum et nuntii deputandi fuerant, desiderabantur.

Cetera dominorum deputatorum prudentiae et solertiae committuntur, qui praemissis addere, quae oportuna et necessaria, iuxta subiectam materiam viderint, et etiam detrahere plenam atque omnimodam habere vult vener. capitulum potestatem [1]).

[1]) W związku z ogłoszoną przez nas instrukcyją pozostaje następujący list w rękopisie bezpośrednio po nim umieszczony:

Rde domine etc. Habemus Dnationi vestrae Rdae gratias ingentes, quod nobis articulos hoc in sinodo proxima provinciali tractandos miserit, quos eidem rursus unacum instructione quadam brevi per nos iuxta temporis angustiam et nostram paucitatem conscripta remittimus. Item mittimus litteras fidei triplices in ea forma, quemadmodum Dnatio V. Rda postulavit, rogamus tamen illam obnixe, quatinus non dignetur se excusare ab hoc onere, ad quod est designata, sed illud cum dno Cantore obire et absolvere dignetur. Ceterum litteras ad alias duos confratres nostros scribendas non videbatur fore necesse, quandoquidem liberum erit omnibus praelatis et canonicis omnium ecclesiarum, quicunque tunc congregabuntur, eidem sinodo interesse atque promovere sententias suas iuxta ac nuntiis ipsis capitularibus, ultimo tamen post illos loco, docere et explicare.

Adressatem jest niewątpliwie Jan Przerembski, proboszcz kapituły Krakowskiej, który d. 21 lipca wraz z Padniewskim, kantorem kapitulnym, wyznaczonym został na reprezentanta kapituły na synod prowincyjonalny. Autorem listu jest prawdopodobnie Hozyjusz, bawiący wówczas tj. w końcu sierpnia lub początkach września w Piotrkowie.

XIII.

Instrukcyja dla posłów kapituły Krakowskiej na synod prowincyjonalny zwołany na d. 6 listopada 1554 r.

Ad annum Domini 1554 indicta fuit sinodus provincialis per Nicolaum Dzirgowski, archiepiscopum Gneznensem, Piotrcoviae pro feria tertia ante Martini *(die 6 Novembris)*. Ad quam designati fuerunt nuntii a capitulo Cracoviensi Mathaeus Lanczki doctor iuris et Albertus Kyewski, canonici Cracovienses. Quibus subscripta memoria agendorum in ipsa sinodo data fuit.

Abusus infrascripti corrigendi.

. Rmi dni Episcopi confessionem fidei in praeterita sinodo provinciali Piotrcoviensi anno 1551 decretam non exequuntur.

Rmi dni Episcopi circa ecclesias eorum cathedrales non resident nec ad festa et solennitates magnas veniunt, et si quando ad eas accedunt, mox ab eis recedunt, et clerus sub eorum absentia non curat esse melior. Monendi sunt dni Episcopi, ut pro diebus Adventus Dni, et Quadragesimae, in festis Natalis Dni, Pascatis, Pentecostes, Corporis Christi, Patronorum circa ecclesias maneant, quandoquidem plebs omnis ex eorum absentia offenditur ac scandalisatur.

Episcopi in villis et praediis degunt, rem dumtaxat familiarem curantes, et regestra rationum ac rei rusticae tractantes.

Episcopi non sunt Deo devoti ac religiosi, missas raro celebrant, idque ita inepte et absque decoro, ut tum primum primam missam facere videantur, sine meditatione ac praeparatione praevia.

Episcopi sacros libros non legunt, ius pontificium non discunt, nec libros huiusmodi domi habent.

Episcopi ecclesias cathedrales non reparant, fabricam sufficienter dare tergiversantur, dolent enim Domino Deo dare aliquid ex bonis ab ipso Dno Deo eis collatis. Ecclesia cathedralis Crac. valde est destructa et tota undique perpluit ac labescit, canonicorum impensa non sufficiente.

Episcopi calices aureos circa suam receptionem promissos et debitos ac iuratos dare ecclesiis non curant.

Episcopi non sunt elemosinarii, elemosinas monasteriis et hospitalibus pauperum, scholis item ecclesiarum cathedralium et presbiteris pauperibus non dant, cum tamen bona ecclesiarum sunt panis pauperum.

Episcopi ex bonis ecclesiae et ex elemosina fratres et consanguineos ditant suos, villas, bona et possessiones amplas eisdem coemunt, et eosdem faciunt pessimos homines.

Episcopi praedicatores bonos non curant habere, nec salaria dignis adaugere.

Episcopi non habent, nec habere volunt cancellarios veros, probos et practicos, ac iurisperitos ac doctores.

Episcopi non tenent penes se presbiteros probos, honestos et laudatae vitae, qui testes essent vitae episcoporum.

Episcopi non orant horas canonicas, et proinde eorum capellani examinentur, num scilicet eorum episcopi, quibus serviunt, horas canonicas orant.

Episcopi subditos ecclesiae gravant novis laboribus, novis collectis, cogunt eos ducturas facere rerum gravium ad loca remota, cogunt eos aedificare curias, arces, munitiones, sumptu ac impensa colonorum, et piscinas fodere, adimunt eis agros ab antiquo possessos, adimunt piscinulas, census maiores augent, incarcerant, poenis afficiunt ac mulctis ob id, quod ad capitula accedunt questum contra episcopos suos, et iam in episcopatu Crac. multi coloni propter tirannidem episcopi discesserunt ex bonis et villis episcopalibus, plurimi eorum vagantur ac degunt in silvis, metuentes tirannidem ac sevitiam factorum episcopi.

Episcopi archidiaconatus conferunt hominibus plerumque indignis, pigris et ad id officium exercendum insufficientibus, aut hiis, qui in curiis principum degunt, sacerdotia dumtaxat aucupantes et in fidei articulis vacillantes.

Episcopi decanos et officiales rurales creant homines non valentes ad hoc officium et plerumque accepta ab eis pecunia; exemplo est officialis Lublinensis, qui in arce Lublinensi agit in servitio castri, ubi homines citati, aut non admittuntur, aut misere a curiensibus vexantur. Similiter officialis Radomiensis, hommo arrogans, mendax et existens in censuris, sacras missas celebrat sciens ac volens.

Episcopi tenent in curiis suis servitores beneficiatos, qui habitum clericalem non deferunt, nec horas canonicas orant, nec ad sacros ordines promoventur.

Episcopi instituunt ad ecclesias parochiales, ac ad alia sacerdotia homines non idoneos, pueros, ignorantes, non facto prius illorum examine, (nec ad sacros ordines promotos [1]).

Episcopi non cogunt plebanos residere circa eorum ecclesias.

Episcopi non animadvertunt in eos, qui plura simul beneficia incompatibilia occupant sine dispensatione.

Episcopi villas et decimas episcopales, bonaque ecclesiastica dant saecularibus utenda, ex quo difficultates et alienationes bonorum ecclesiae eveniunt et odia in clerum et episcopos, dum per eos a saecularibus haec auferuntur.

Episcopi bona arendant avaris conductoribus, qui subditos ecclesiae premunt, spoliant, angariant, exhauriunt.

---

[1]) Wyrazy w nawiasie przekreślone.

Prioribus saeculis episcopi prisci nunquam bona ecclesiarum suarum arendabant, nunc passim arendant episcopi bona sua propter avaritiam et pecuniae congregandae cupiditatem.

Episcopi fratres et consanguineos suos faciunt capitaneos in bonis ecclesiae, qui in spem cognationis suae cum episcopis misere exhauriunt subditos et premunt ac spoliant.

Episcopi non faciunt iurare capitaneos arcium suarum ecclesiasticarum in manibus capitulorum, de fideliter servandis et reddendis castris in manus capitulorum post mortem episcoporum.

Episcopi contractuum et promissorum fidem non servant, facile et non deliberati promittunt et dant bona saecularibus, ea rursus auferunt et exinde accenditur odium saecularium in episcopos ac in reliquum ordinem ecclesiasticum.

Episcopi sacrosanctam ac venerabilem pontificalem dignitatem levem efficiunt et contemptibilem hac re, eo, quod servitores suos a praedio ad praedium duci faciunt in bobus, currus trahentibus, ad villas vero venientes tanquam mendici faciunt kmethones suos [mendicare], ut eis dent victualia per unum coclear pultium, pisi, butiri, lardi, carnium, etiam aliquid, per parum feni, straminum etc. Qua eorum mendicatione, plusquam monachali, dignitas ac veneratio episcopalis pluma levior effecta est. De qua re tam indigna saeculares homines miranda ac ridenda loquuntur [1]).

Episcopi abbatias aut laicis aut non professis conferunt et electionem monasticam sustulerunt.

Episcopi non visitant abbates nec a monasteriorum emendam attendunt.

Episcopi monasteria virginum religiosarum non curant reformare, quae de fornicatione et stupris pessime audiunt et bona monastica arendant et alienant.

Episcopi non faciunt visitationes diocesum suarum.

Episcopi non habent inquisitores haereticae pravitatis et salaria usitata nolunt eis dare.

Episcopi contra haereticos silent et non procedunt adversum illos animose, sed connivent, quia non audent, et quia dolent aliquid impensae in id facere.

Episcopi presbiteros, citationes eorum exequentes, violatos ac percussos a nobilibus non defendunt, non pro eorum ac sua iniuria agunt.

Episcopi suffraganeis dotem eorum ademerunt, exemplo est suffraganeus Crac. vir dignus ac bonus, cui episcopus Crac. villam Maczieiowicze ademit.

---

[1]) Ten i poprzedni artykuł przekreślone.

Episcopi litterarum studiosis non impendunt ad studia eorum prosequenda, ex quibus fierent viri digni et doctores pro ecclesiis et pro universitate gymnasii Cracoviensis.

Episcopi fundationes altarium in bonis eorum ecclesiasticis sustulerunt et census ademerunt. Id fecit episcopus Cracoviensis, nam in Syewior, in Cozieglowy, altaria sua dote sunt privata, hospitale S. Valentini Crac. censum suum consequi ab episcopo non potest.

Organista in Slawkow salario suo est privatus.

Organistae ecclesiae cathedralis Crac. alii episcopi dabant annuatim pecuniae aliquid, tunicam ac pelliceam vulpinam, modernus episcopus nihil ei dat, nec dare vult.

Idem episcopus Crac. plebanatus et alia beneficia suis servitoribus dat titulo tenutae, solus ipse fructus percipit [1]).

Episcopi ecclesias parochiales per hereticos desolatas non instaurant, ubi altaria sunt fracta, eiectae imagines, ciboria destructa, templa pecori stabulum facta sunt. Hanc Dei iniuriam episcopi non vindicant.

Episcopi homicidia, periuria, falsa iudicia etc. in hominibus saecularibus negligunt, nec ad poenitentiam publicam adigunt, neque de salute illorum sunt solliciti.

Episcopi libros missales, breviaria, agendas, gradualia, antiphonarios, psalterios non curant pro ecclesiis parochialibus et pro presbiteris imprimi.

Episcopi non curant imprimi sinodorum constitutiones, quas dum clerus eorum ignorat, nescit vitam mores et facta sua regulare.

Episcopi non curant statum ecclesiasticum, collapsam disciplinam, vitam, mores reformare ac restituere.

Episcopi testamenta mortuorum et ultimas voluntates impediunt, nec sinunt executionem testamentorum fieri, sed testamenta scripta supprimi per officiales suos faciunt.

Res etiam ab intestatis relictas non ad pios usus, sed ad suas cupiditates convertunt.

Executores etiam legitime constitutos minis ac terrore ab executione repellunt.

Res etiam et pecunias mortuorum clericorum apud depositarios ad fidele depositum datas, invadunt, eripiunt per vim, etiam eas, quae ad eosdem episcopos non pertinent. Sicut id nuper accidit post Felicem monachum suffraganeum olim Vilnensem, qui pecuniam suam in Lithuania collectam, apud dnum doctorem Wieliczka deposuerat, episcopus Crac. citatis ad se depositariis, et altero horum excommunicato, altero vero in carcere detento, et clavibus scriniorum ab eo acceptis, pecuniam omnem defuncti ex deposito

[1]) Ten i trzy poprzedzające artykuły przekreślone.

sustulit. Id quod fecit per Schlomowski vicarium [1]) suum et doctorem Crokerum surrogatum et per Paczinski ac Pabyanowski cancellarios suos et per eorum decisiones. Quae res magnum motum fecerat in civitate Crac., in curia regia et ubique inter nobiles de avara cupiditate et violentia episcopi Cracoviensis.

Episcopi et eorum factores decimas cleri in boni episcoporum indifficultant, illibertant, ac rapiunt, et saecularibus ad huiusmodi raptus patrandos maiorem audaciam addunt.

Decimas saeculares homines nolunt conducere ad horrea neque conducunt, asserentes se ipsos aurigas non esse secerdotum, dni Episcopi id non curant. Cavendum certe est, ne id privilegium conducendi decimas clerus amittat.

Sacerdotes et clerici, qui iure ecclesiastico causas suas prosequuntur in causis beneficialibus, ad instantiam saecularium proscribuntur et captivantur per capitaneos, rege ad id assentiente, tametsi nulla causa subsit bannitionis, dilatant sese bannitiones et libertas cleri coarctatur ac violatur. Et dni Episcopi sese non opponunt contra huiusmodi iniquas ac iniustas bannitiones, quae paulo post in ipsos episcopos, Deo permittente, redundabunt. Excitandi sunt Episcopi, ut tandem ex hoc veterno expergiscantur, ut libertatem ecclesiasticam salvam conservent et posteris relinquant.

Episcopi non ferunt admoneri se de erratis et exorbitantiis suis, reputantque fratres suos canonicos pro inimicis ac hostibus, dum eos de aliquo huiusmodi admonent.

Episcopi in comitiis regni, si quid per saeculares proponitur ac decernitur ad subvertendam ecclesiasticam libertatem, aut silent, aut non deliberati respondent et assentiunt, non capto prius cum ecclesiasticis personis consilio, quorum multi in comitiis adesse solent.

Episcoporum funera dudum teneantur insepulta, donec consanguinei conveniant ad sepulturam, quae mora valde est noxia, fit enim, quod intra illud tempus factores defunctorum episcoporum subditos ecclesiae impie spoliant et exhauriunt, frumenta ex horreis educunt, praedia expilant, pecora etiam minuta expellunt, sepes, acervos, columnas, caldaria, vasa, cados, rhetia et reliquam omnem suppellectilem educunt, fores, fenestras, clausuras, seracula, cathenas et armariola effringunt et asportant, bona ecclesiae prius quam Tartari devastant, solam dumtaxat maledictionem in mortuos derelinquunt. Et exinde eveniunt multae difficultates capitulis in adeundis bonis ac dissolvendis defunctorum episcoporum debitis.

Praeterea sub hoc interregno vacantium diu episcopatuum homines saeculares, qui inhiant bona ecclesiastica, ponunt citationes de graniciebus etc. super bona episcopalia, sic vacantia, cum praefixione termini paucorum die-

---

[1]) Dwa te wyrazy zamazane.

rum, de quibus capitulum scientiam non habet. Et sic terminus ex ignorantia non attentatur ex parte ecclesiae, et ob id bona ecclesia ammittit, quemadmodum id in episcopatu Crac., in clave Cunow accidit, sede Crac. vacante per mortem Gamrati episcopi, cuius cadaver ad usque putredinem ac fetorem praeter omnem necessitatem diu asservabatur insepultum.

Proinde statuendum est, ut funus asservetur quidem, donec amici ad sepulturam veniant, ceterum castra et praedia accipiant capitula in suam curam mox a morte episcopi defuncti, et fructus omnes tam defuncto, quam successori episcopo servientes, conservent et bonorum integritati intendant.

Contra insordescentes.

Executio brachii regalis et statuti contra insordescentes non fit per capitaneos locorum etc.

Instent et agant domini Episcopi apud Regiam Maiestatem, ut Maiestas eius mandet severe capitaneis suis sub poena mille ducatorum auri et sub privatione officii, ut ad delationem per episcopos fiendam ut capitanei contra insordescentes statutum exequantur, non attentis insordescentium disputationibus super invaliditate censurarum, motionibus item et ceteris quibusvis in contrarium allegatis causis.

De captivandis haereticorum sacerdotibus.

Obtineatur per dnos Episcopos apud sacram Regiam Maiestatem mandatum severum ad capitaneos locorum, ut quoties dni Episcopi, aut eorum officiales vellent captivare presbiteros haereticos ubicunque, etiam in domibus nobilium delitescentes, iidem capitanei ad requisitionem per episcopos factam, vel soli ipsi eant, vel vicecapitaneos suos cum satellitibus in magno comitatu mittant, et unacum episcoporum famulis coniuncti capiant eosdem haereticos presbiteros, et episcopis vinctos tradant, apponatur etiam poena contra nobiles, eosdem presbiteros haereticos defendentes, aut eos denegantes et extradere nolentes.

Contributionem dedit clerus Regi, in spem defensionis ecclesiarum et ad exterminium haereticorum, et tamen Rex nihil fecit. Episcopi vero Regem non urgent, non sollicitant crebro crebrius opportune importune.

Quod extremum est, Episcopi faciant executionem constitutionum sinodalium, quarum hactenus nullam sunt executi, libertatem ecclesiasticam defendant, clerum protegant, contra haereticos insurgant, vitam suam iuxta canones dirigant, ac vivant. Alioqui sine ulterioribus procrastinacionibus sedi Apostolicae deferendi et accusandi. Nec eorum blandis ac falsis promissis, quibus clerum ducunt, amplius credendum [1]).

---

[1]) Na wszystkich kartach rękopisu zawierających tekst dotychczas ogłoszony notarjusz napisał na boku: »Abusus episcoporum«; tak samo przy artykułach dotyczących archidyakonów kanoników i plebanów na boku czytamy: »Abusus archidiaconorum, Abusus canonicorum, Abusus plebanorum«.

Haeretici nobiles personae saeculares, episcopos iam creant et manus eis imponunt, qui sacerdotes deinde creant, in quo regiae et episcoporum superioritati derogatur.

Haeretici contrahunt matrimonia incesta cum sororibus et consanguineis eorum, etiam absque dispensatione Apostolica, et presbiteri Luterani dant eis sponsalia, ut nuper hic Cracoviae accidit in sorore Iosti et Glinski etc., quae sponsalia facta sunt clandestine extra ecclesiam, non servatis bannis. Statuatur, ut sponsalia more antiquo fiant in ecclesiis publice cum bannis, alioqui matrimonium nullum esse censeatur, uxores dotalitium amittant et filii talium pro spuriis habeantur.

Archidiaconi officia eorum non exercent, sed nec degunt in diocesi sua, manent autem in curia regum et dominorum, sacerdotia opima aucupantes rebusque ad eorum officium non pertinentibus intenti magis, quam negotiis ecclesiasticis.

Alii vero pluribus simul officiis occupati ac distenti curisque mundanis dediti obliviscuntur officii sui.

Quod si quando faciunt visitationem parochiarum, faciunt magis quaestus gratia, quam aut correctionis morum aut religionis instaurandae, connivent enim ad vitia sacerdotum, accepta ab eis pecunia.

Archidiaconi in persona sua non obeunt omnes parochias sed mittunt notarios suos ad plebanos et ab eis accipiunt depositiones contra alios eorum vicinos plebanos, et sic fiunt plerumque testimonia falsa, dum alter in alterum ex odio deponit et testificatur, praecipue contra ditiorem. Itaque mulctantur plerique innocentes et poenae capiuntur, plerique id questi sunt de Gandkowski archidiacono, quod absque demerito mulctati sunt pecunia.

Archidiaconi facientes visitationes parochiarum dicuntur non facere inquisitionem in vitam, in mores et facta et scelera parochianorum personarum saecularium, scilicet de hiis vitiis eorum: homicidiis, periuriis, falsis testimoniis, falsis inscriptionibus, de iniquis ac iniustis iudicum sententiis, adulteriis subditorum, viduarum, pauperum oppressionibus, preterea an confiteantur annis singulis, an communicent, an poenitentiam agant publicam et privatam, an sciant decalogum, factisque impleant, an articulos fidei recte credant, num ieiunent, diesque festos observent.

Canonici simoniaca pactione et permutationibus simoniam olentibus, compositionibusque duris, largitione, emptione, lenocinio, sanguine intrant ad ecclesias.

Canonici dicti cum sint a canonum scientia, ignorant tamen egregie canones, sed nec libros iuris pontificii habent, neque in sacra scriptura, neque vitam suam ad praescriptum canonum instituunt.

Decani, praepositi, custodes et alii praelati non degunt circa ecclesias et praelaturas suas, nec officia de iure debita exequuntur.

Canonici doctores circa ecclesias cathedrales ad lectiones clero faciendas obligati nichil legunt publice, intermissa est vel potius abolita haec optima ac necessaria constitutio in ecclesiis cathedralibus.

Canonici remissi sunt ac pussilanimes, non audent episcopos suos monere de eorum vitiis, erratis et exorbitantiis, et de cessatione officii eorum episcopalis.

Abbates et monasteria emendanda.

Abbates deposito habitu regulari saecularem induerunt, iam ut olim cuculas deferre pudescunt, vestes sericeas contra eorum regulas et definiciones [portant], per quod apud saeculares magnam contraxerunt invidiam, in monasteriis enim vivunt ipsi cum multa familia et ipsa indisciplinata, in magno luxu, cum scortis etc. turpiter abligurientes bona monasterii, in ebrietate, ludum cartarum et alearum exercentes cum magno scandalo, pauperes vero tres vel quatuor monachi fame moriuntur laceri et pannosi.

Sunt etiam plerique, qui per praedia sua plus vagantur, et in illis demorantur scandalosissime vivendo, quam in monasteriis cum fratribus.

Plebanorum permulti sunt pueri atque iuvenes per episcopos ad parochiales ecclesias instituti, quorum patres decimas et fructus omnes percipiunt et circa ecclesias vix unum sacerdotem pauperem ignorantem tenent, duabus marcis in annum salariatum. Qui non sunt sufficientes ad curam animarum habendam pro plebanis suis, quorum vices obeunt.

Item plebani iuvenes flagitiosi sunt plerumque, aleatores, potatores, amatores, male morati, malis malorum dominorum obsequiis dediti, lenones inter saeculares versantes.

Plebanorum multi laici sunt, et ad sacros ordines non promoti.

Plebani questibus, lucris, mercaturis sunt dediti, apud saeculares homines factoratus et notariatus exercentes.

Plebani non solum iuvenes, sed etiam aetatis provectioris, non sunt litterati, non docti, latinae linguae prorsus ignari, libros non habent, non legunt sacros scriptores, et idcirco verbum Dei praedicare nesciunt, et idcirco status ecclesiasticus contemptibilis est.

Plebanorum vicarii et commendarii seu arendarii cum ex una marca aut duabus serviant pro plebanis eorum absentibus, sintque egentes, no habent, unde libros necessarios coemant, quandoquidem salarium hoc non sufficiat eis ad victum et amictum. Idcirco compellantur plebani habere libros circa eorum ecclesias, nam vix liber missalis et agenda invenitur circa parochiales etc.

Plebani et ceteri sacerdotes non agunt vitam solitariam, sed in tabernis dies ac noctes desident inter laicos compotores, ebriosos, inter scurriles collocutiones, hiidem ex tabernis prodeuntes, non exhalata crapula, ad sacrificium altaris aecedunt, plerumque non confessi neque dictis horis canonicis.

Plebani plures simul ecclesias parochiales tenent, absque dispensatione sedis Apostolicae, qui tamen ex usu non sunt rei ecclesiasticae.

Plebanorum plerique sunt haeretici et tamen episcopi in eos non animadvertunt.

Plebani matrimonia sacrilega contrahunt.

Plebani et ceteri clerici non deferunt tonsuram et habitum clericalem.

Plebani quamvis habeant opimas parochiales, tamen non habent libros, antependia, pallas, mantilia et ceteras vestes sacras in eorum ecclesiis, non ornatus, cappas, turribula, non ciboria ad honorem Dei pulcre exornata.

Pavimenta ecclesiarum non sunt coaequata et complanata et plerumque arenosa et pulverulenta.

Plebani et presbiteri in oppidis et villis in vino evaporato et vappa consecrant calicem.

Plebani et alii presbiteri in peragendis sacris tam celeriter verba volvunt, ut a circumstantibus vix centesimum verbum articulate prolatum audiatur.

Sacerdotes in sacrificio missae, cruces, signa et gestus celeriter ac prodigiose faciunt, geniculantur manusque tollunt in altum sine tanti sacrificii decoro, ut appareat eos absque omni mentis elevatione rem divinam facere.

Nonnulli plebanorum et sacerdotum confessiones eis factas propalant et produnt.

Plerique sunt male morati, rixosi, contentiosi, qui post huiusmodi rixas, convitia et pugnos ac verbera ad sacrificium altaris accedunt, non facta prius cum laeso reconciliatione, sed nec de eo conscientiam habent.

Ad extremum excutiantur et evolvantur statuta praeteritarum sinodorum et annotentur, quae executionem non habent, agendumque, ut per episcopos exequantur.

Gymnasium Cracoviense anichilatur ac vanescit eo, quod non hisdem artibus, quibus partum est, retinetur. Non praeleguntur iuventuti boni scriptores authoresque veteres solidae doctrinae, sed gramaticae ac dialecticae fantasmatum Germanicorum.

Lectores non meditati, non instructi veniunt ad lectionem, itaque frigide legunt, leviter docent, et nonnisi glossemata auditoribus ex vetustis quodlibetis tradunt, non artem, non artificium auditoribus aperiunt.

Praeterea doctores ac magistri seniores promovent ad magisterium et baccalariatum servitores ac filios suos indoctos, personas contemptibiles, et eos ad collegium induxerunt et collegiaturas, ac prima loca eis conferunt, nobiles vero viros idoneos ac doctos ad collegiaturas non admittunt, oderunt eos, obtrectant eos, praesertim, qui magnitudine animi praediti sunt et gratiosi notique apud homines nobiles, a collegiaturis repellunt.

Hinc est, quod et studia litterarum et negotia collegii sunt in pessimo statu, villae collegii et possessiones, a nobilibus violantur et occupantur,

census non solvuntur. Et collegiati haec non repetunt, non defendunt, non recuperant, quia non habent cor audax, ac generosum, cum sint ex humili genere nati, et ad actiones coram magistratibus et potestatibus mundanis agendas, quae multae et graves hoc tempore ex parte eorum collegii acciderunt, ineptissimi sunt reperti, non valent, nesciunt, non audent ius gymnasii defendere. Et subinde scolares eos contempserunt et nolunt eorum imperio parere.

Agendum, ut restituatur vetus disciplina, restituantur viri nobiles ad collegium etc. Quorum etiam, si non magna sit doctrina, auctoritas tamen et nomen nobile magno est collegio adiumento.

Scholares etiam seu studentes sunt dissolutissimi, temerarii, tabernatores, ebriosi, voluptatibus turpibus dediti, percussores, homicidae, ad caedem propensi, dantes occasionem civibus Crac. et ceteris saecularibus contra se odiorum. Hinc fit, quod hiidem studentes a saecularibus ac rusticis percutiuntur, vulnerantur, occiduntur.

Hiidem studentes pecunias a parentibus studii gratia eis datas turpiter consumunt, et eas non in libros, sed aut in vestes garbatkas, in camisias florisatas et sericis pictas, aut in turpes voluptates, aut in arma convertunt.

Rectori universitatis, rectoribus ac senioribus bursarum non obediunt, non parent imperio, sic, ut aliquoties in seniores bursarum suarum conspirarint ad eos caedendos.

Non deferunt habitum studiosorum etiam hi, qui sunt beneficiati, sed incedunt, veluti essent Turci, Rasciani et Serbii.

Hinc fit, quod sunt male morati, aggrestes, feri, indocti, ignorantes omnis bonae litteraturae.

Parentes tamen atque amici putant, eos esse doctos, et studiis litterarum deditos. In quibus contrarium verum est.

Articuli venerabilis capituli Cracoviensis dnis nuntiis ad sinodum dati 1554, 26 Octobris [1]).

Primum omnium dni nuntii habita mutua intelligentia et consultatione cum aliis dominis capitulorum nuntiis contendent modis omnibus ac summis etiam precibus efflagitabunt a Rmis dnis Archiepiscopo et Episcopis in sinodo praedicta affuturis, ut quando quidem in retroactorum annorum sinodis tot et tam multa extent sanctissime sapientissimeque constituta, ea omnia iam tandem aliquando ad debitam executionem deducantur, ut scilicet Rmi dni Archiepiscopus et Episcopi omnia illa, quae ad manus et officium suarum Dnationum Rmarum tam coniunctim quam divisim tamque publice quam privatim eidem constitutionibus pertinere descripta sunt, diligenter et sedulo exequantur.

---

[1]) Artykuły te uzupełniające podaną powyżej instrukcyją przechowały się w ręk. Bibl. Jagiell. N⁰ 2710 p. 124—126.

Quoniam vero potestas ecclesiastica sine saeculari in hac praesertim temporum malignitate parum vel nichil potissimum in executionibus proficere potest, contendere debebunt dni nuntii, ut Rmi dni Archiepiscopus et Episcopi concordibus animis, omni simultate et affectionibus privatis postpositis, Sacram Regiam Maiestatem dnum nostrum clementissimum (qui alioqui universorum iura ex aequo servare iuravit) ad executionem faciendam tam contra haereticos quam in censuris ecclesiasticis insordescentes et alios ecclesiasticorum bonorum raptores sollicitent, stimulent atque precibus urgeant incessanter.

Quarum rerum et conatuum suorum testimonia dicti dni nuntii refferre debent ad capitula sua: notas scilicet et inscriptiones eorundem dnorum Rmorum Archiepiscopi et Episcoporum titulis et sigillis munitas ac manibus ipsorum subscriptas, quibus bona fide polliceantur seque in forma camerae Apostolicae sub certis pecuniariis poenis eidem camerae Apostolicae applicandis et persolvendis inscribant et obligent, quod iam tandem suo officio facient satis, neque deinceps constitutiones eiusmodi sinodales ac etiam regni pro ecclesiis editas ita negligi aut inexecutas manere, quantum sua intererit, patientur. Quod quidem ubi non praestiterint, sed pro more suo ita segnes et incurabiles reperti fuerint, extunc liberum et licitum esse debebit dnis praelatis, canonicis et capitulis ecclesiarum Dnationes suas Rmas de ipsorum negligentia ad Sedem Apostolicam deferendi et accusandi in poenis obligatis transgressis mulctandas et puniendas.

Postremo quoniam neque in processu Rmi dni Archipraesulis nostri, quo ea ipsa sinodus indicta est, neque in secretioribus illius litteris ulla mentio contributionis facta est, proinde ad nullam contributionem dni nuntii consentire debent neque consentient, alioquin irritum et inane id apud nos futurum testamur, ex eo, vel maxime quod clerum ipsum et redditibus suis spoliatum et illa etiam proxime praeterita contributione plane intolerabili vehementer gravatum videamus, immo vero quamdiu executionem ipsam negligi, quamdiu bona ecclesiastica ex oppressionibus in libertatem vindicare non viderimus, tamdiu ad nullam contributionem nos consensuros exnunc iam, prout extunc solenniter protestamur.

XIV.

Uchwały synodu prowincyjonalnego Łowickiego z r. 1556.

Decreta et constitutiones sinodales praesidentibus Rmis dnis Aloysio Lippomano, Dei gratia episcopo Weronensi, Sanctae sedis Apostolicae legato, et Nicolao Dziergowski, eadem gratia sanctae ecclesiae metropolitanae Gneznensis archiepiscopo, legato nato et primate etc., una cum Rmis

dnis suae provinciae episcopis et capitulorum nuntiis in sinodo Loviciensi anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto, die XI mensis Septembris sinodaliter congregatis edita.

Cum Rmus in Christo pater et dnus dnus Nicolaus, Dei gratia sanctae ecclesiae metropolitanae Gneznensis archiepiscopus, legatus natus, primas, ex consilio et mandato Illustris et Rmi in Christo patris et dni dni Aloysii Lippomani, eadem gratia episcopi Weronensis et sanctae sedis Apostolicae ad Serenissimum principem et dnum dnum Sigismundum Augustum, eadem gratia regem Poloniae, Magnum ducem Lithwaniae, Russiae, totiusque Prussiae et Mazoviae etc. dnum et heredem, nuntii seu legati, exigentibus id gravissimis ecclesiasticis et religionis negotiis, conventum seu sinodum provincialem et primatialem anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto, pro die sexta mensis Septembris indixisset, eidemque sua Paternitas Rma unacum memorato Illustri et Rmo dno legato apostolico praesideret, certam formulam infrascriptam christianae et catholicae fidei, divino inprimis invocato auxilio, unacum Rmis dnis provinciae suae episcopis et absentium episcoporum ac capitulorum metropolitanarum et cathedralium ecclesiarum suae provinciae nuntiis, sinodum provincialem repraesentantibus, sinodaliter ad laudem et gloriam Omnipotentis Dei ecclesiaeque catholicae corroborationem tradidit, constitutionesque et ordinationes ac statuta infrascripta, pro morum depravatorum correctione et reformatione, condidit, sanccivit et ordinavit in hunc, qui sequitur, modum.

1. De Summa Trinitate et fide catholica.

Formula christianae et catholicae fidei tradita in sacra sinodo provinciali Lovicii celebrata anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto, die undecima mensis Septembris, praesidentibus in ea Rmo dno Aloysio Lippomano, episcopo Weronensi nuntio Apostolico, et Rmo dno Nicolao Dziergowski, archiepiscopo Gneznensi legato nato, primate, quae omnibus ecclesiis provinciae eiusdem inviolabiliter servanda et tenenda mandatur.

Articulus 1. Principio simbolum Apostolorum Nicenum et Constantinopolitanum, simbolum etiam divi Athanasii recipimus, veneramur et amplectimur, omnibus recipiendum, venerandum et amplectendum mandamus.

2. Iuxta quae symbola certa et firma fide credimus Sanctam Trinitatem, id est Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, unum Deum Omnipotentem, unius essentiae, unius potestatis, creatorem omnium creaturarum, a quo omnia, per quem omnia, in quo omnia.

3. Eadem fide credimus Patrem a semetipso esse, non ab alio, Filium a Patre genitum, Deum verum de Deo vero, lumen verum de lumine vero, non tamen duo lumina, sed unum lumen.

4. Eadem pariter fide credimus Spiritum Sanctum a Patre et Filio aequaliter procedere, consubstantialemque Patri et Filio ac coaeternum esse,

qui super apostolos in linguis igneis descendit et a quo totum corpus ecclesiae sanctificatur, vivificatur et regitur, atque in ea manet in aeternum.

5. Simul et illud credimus et confitemur aeque Filio et Spiritui Sancto atque Deo Patri cultum latriae praestari debere, aeque Filium et Spiritum Sanctum atque Patrem adorandum et glorificandum esse, quandoquidem tres personae Deus unus est, ac per Christum nos quidem accessum ad Deum Patrem habere, esse illum advocatum et mediatorem nostrum secundum humanam naturam, qua minor est Patre, secundum divinam vero aequalem esse Patri, et eodem cum illo et Spiritu Sancto honore afficiendum.

6. Credendumque est septem esse ecclesiae sacramenta a Christo instituta, quae sunt: Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Poenitentia, Extrema unctio, Ordo et Matrimonium, per quae quamvis externa et corporalia signa Deus invisibiliter sive per bonos, sive per malos ministros nostram salutem operatur.

7. Baptismus omnibus est ad salutem necessarius etiam infantibus, per quem peccata plene tolluntur et fiunt filii Dei et heredes vitae aeternae, nec unquam est iterandus.

8. Poenitentiae sacramentum, quod post baptismum omnibus relapsis est ad salutem necessarium, complectitur contritionem, confessionem et satisfactionem.

9. Contritio est dolor de peccatis propter Dei offensam susceptus cum proposito confitendi et satisfaciendi, non autem (ut quidam hoc saeculo perniciose docent) terror conscientiae propter apprehensum gehennae supplicium peccatis debitum, praeparat tamen hic terror et gehennae metus ad veram animi contritionem.

10. Confessurus diligentiam legitimam adhibere debet, quo sacerdoti iudici suo manifestet omnia peccata sua mortalia, etiam occulta cordis, ut ab eis per illum absolvatur, cuius absolutionis minister est solus sacerdos secundum ecclesiae ritum consecratus.

11. Satisfactio est persolutio poenae plerumque adhuc debitae, remissa iam culpa, nam omnem poenam peccato debitam semper condonari culpa remissa erroneum est et scripturis sacris adversatur.

12. Certa fide tenendum est hominem habere liberum arbitrium, quo potest male et cum gratia Dei bene agere, et post mortale peccatum admissum Deo adiuvante poenitere et peccatorum remissionem consequi.

13. Ad iustificationem ante omnia necessaria est in adultis fides, qua certo credimus Christum Iesum Dei filium nobis propitiatorem a Patre propositum esse pro peccatis nostris in sanguine ipsius, sine qua nullis nostris operibus nullaque poenitentia iustificatio obtineri potest, sicut nec fide sola sine poenitentia et proposito vivendi secundum mandata Dei.

14. Fides, qua quis firmiter credit et certo statuit propter Christum sibi remissa esse peccata, seque possessurum vitam aeternam, nullum habet

in scripturis testimonium, immo eisdem adversatur, etiamsi firma et certa spe exspectare debemus in hac quidem vita per sacramentum baptismi et poenitentiae peccatorum remissionem, in saeculo autem vitam aeternam.

15. Itaque quandiu inter hostes nostros et adversarias potestates hic vivimus, nulla nobis est securitas, sed cum timore et tremore (iuxta sententiam apostoli) nostram salutem operari debemus. Et secundum varias animorum nostrorum affectiones, nunc magis sperare, nunc magis timere, simpliciter tamen magis et frequentius de misericordia Domini sperandum est, quam formidandum de severitate.

16. Opera bona omnibus adultis sunt ad salutem necessaria et cum ex fidei et charitatis spiritu proficiscuntur, ita grata sunt Deo, ut eis tanquam iustam mercedem vitam retribuat aeternam.

17. Confirmatio et extrema unctio sacramenta sunt a Christo instituta, sed non ut duo praecedentia ad salutem necessaria, ex contemptu tamen illa ommittere peccatum est mortale.

18. In Eucharistiae sacramento est re ipsa verum corpus domini nostri Iesu Christi, illud ipsum, quod de virgine natum et in cruce passum est.

19. In Eucharistia non manent panis et vinum, sed haec in corpus et sanguinem Christi admirabili potentia verbi ipsius sunt conversa, manentibus tantum panis vinique speciebus; unde certa fide tenendum est, sacram Eucharistiam sancte a nobis adorari, sive in missa sive extra missam, ubicunque reposita fuerit aut quoties in supplicationibus publicis a sacerdote circumfertur.

20. Non est laicis necessaria ad salutem communio sub utraque specie, iustisque de causis ab ecclesia sancitum est, ut illis tantum sub una panis specie sacramentum communicetur, in quo carnem et sanguinem, atque ita totum Christum sub una specie sumunt.

21. Sacrificium missae ex institutione Christi tam vivis prodest, quam defunctis.

22. Solis sacerdotibus secundum ecclesiae ritum ordinatis data est a Christo potestas consecrandi verum corpus Christi et sanguinem.

23. Matrimonium contractum et consumatum inter christianos est indissolubile, qualiscunque fiat alter coniugum, sive adulter, sive sterilis, sive haereticus.

24. Nunquam licet christiano post divortium contrahere matrimonium, vivente eo, cum quo prius legitime contraxerat.

25. Matrimonia contracta contra canones ipsa dirimentes, simpliciter sunt irrita et nulla.

26. Firma fide tenendum est, unam esse in terris veram atque catholicam Christi ecclesiam, eamque visibilem, quae ab Apostolis fundata, in hanc usque nostram aetatem perdurans retinet et suscipit, quicquid de fide et religione tradidit, tradit et traditura est cathedra Petri, super quam ita

a Christo suo sponso est aedificata, ut in iis, quae fidei sunt et religionis, errare non possit.

27. Extra hanc nulli speranda est salus, suntque extra eam: haeretici, schismatici et excommunicati, unde vehementer formidanda est excommunicatio, nec humana sed divina est excommunicandi potestas.

28. Unus est ecclesiae summus pastor, cui omnes obedire tenentur, ad cuius iudicium controversiae, quae super fide et religione existunt, sunt referendae.

29. Summam hanc praeposituram primus omnium gessit Sanctus Petrus, verus Christi in terris vicarius et totius familiae eius pastor. Post Petrum vero ex Christi institutione omnes deinceps pontifices Petri in cathedra successores.

30. Certa fide tenenda sunt non solum, quae scripturis expresse sunt prodita, sed etiam, quae per traditionem ecclesiae catholicae credenda accepimus et quae definita sunt, super fidei et morum negotiis per cathedram Petri, vel per concilia generalia legitime congregata.

31. Constitutiones ecclesiasticae de ieiuniis, festis et abstinentia ciborum aliisque multis obligant in conscientia, etiam extra casum scandali.

32. Recte fit in ecclesia, quod sanctos in coelis cum Christo agentes veneramur et invocamus, ut pro nobis orent, quorum etiam meritis et intercessione Christus nobis hic multa largitur, alias non largiturus, per quos etiam miracula multa in terris operatur.

33. Quapropter sancte et religiose faciunt[1]), qui loca eis dicata unacum ipsorum reliquiis, religiosa pietate visitant, et hoc modo ab ipsis opitulationem quaerunt.

34. Gratus est etiam Deo imaginum usus, recteque coram eis procumbimus invocaturi sanctos, quos repraesentant.

35. Firmiter credendum est, post hanc vitam purgatorium esse animarum, in quo solvitur poena peccatis adhuc debita, eisdem tamen subvenitur sacrificio altaris, oratione, ieiunio, eleemosina, aliisque bonis operibus vivorum, sicut et indulgentiis, quo citius ab ea liberentur.

36. Animae defunctorum purgatae mox regnant cum Christo in coelis et animae impiorum hinc migrantes sempiternis inferni traduntur suppliciis.

37. Recte vota Deo facimus tum monastica quam alia et facta obligant apud Deum, nec adversantur libertati evangelicae, quae a peccatis libertas est, et iis, quae spiritum nostrum quoquomodo impediunt, quominus totus Deo serviat, non autem a voti vel iuramenti obligatione, nec ab obedientia magistratus ecclesiastici vel saecularis.

Ego A. Lippomanus, episcopus Weronensis nuntius Apostolicus, subscripsi manu propria.

---

[1]) Cod. N⁰ 2716 in terris faciunt.

Ego Nicolaus archiepiscopus Gneznensis etc. manu sua; Andreas episcopus Crac. approbo manu propria[1]); Iohannes Wladislaviensis et Pomeraniae episcopus scripsit manu propria; Andreas Czarnkowski episcopus Poznaniensis manu propria subscripsi[2]); Andreas episcopus Plocensis approbo et ita profiteor; Stanislaus episcopus Warmiensis manu propria subscripsi; Iohannes episcopus Przemisliensis approbo; Iacobus episcopus Chelmensis, ut exhibeant sacrae Regiae Maiestati, scripsit; Leonardus episcopus Camenecensis credendo et affirmando subscripsit; ego Iohannes Przemisliensis episcopus nomine Rmi archiepiscopi Leopoliensis, ut nuntius subscripsi; ego Stanislaus Lithwanus canonicus Wilnensis nomine procuratorio Rmi dni Vilnensis episcopi subscripsi approbando; ego Iohannes Rzecziczki archidiaconus Luceoriensis nomine procuratorio Rmi dni Iohannis episcopi Luceoriensis approbo et subscribo; ego Gregorius Cervinus Poznaniensis nomine procuratorio Rmi dni Iohannis episcopi Mednicensis approbo et subscribo[3]).

Horum autem articulorum intellectum et explanationem clariorem volentes scire videant confessionem fidei authoritate sinodi Piotrkoviensis de anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo primo editam.

2. De officio Ordinarii.

Quia per importunitatem dnorum saecularium, maxime novitatibus studentium, in cohercendis haeresibus et pravis doctrinis reformandisque moribus et refrenandis scandalis plerumque Rmi dni locorum ordinarii a potestate saeculari impediri solent, ut nequeant libere iurisdictionem suam in eos extendere, decrevit itaque sacra sinodus, ut Rmi dni legatus Apostolicus unacum Rmis dnis archiepiscopis et episcopis provideant cum auctoritate Sacrae Maiestatis Regiae, ut omnino iurisdictio ipsa dnorum locorum ordinariorum deinceps sit libera, ad comprimendam huiusmodi licentiam malevolorum, scandalose viventium, haeresesque et scismata seminantium.

3. Ceterum cum per licentiam pseudo praedicatorum, potestatem sibi praedicandi in ecclesia Dei de facto usurpantium, innumerae pene haereses in dies magis ac magis in provinciam hanc invehuntur, itaque innitendo prioribus constitutionibus sinodalibus, huiusque provinciae decretis, sacra sinodus statuit, ne deinceps per parochos et eos, ad quos pertinet, quisque ad praedicandum admittatur, nisi prius admissus per loci ordinarium, aut eius in spiritualibus vicarium, seu officialem, praemisso illius examine legitimo et praestita[4]) per eum in manibus illius medio corporali iuramento confessione fidei iuxta constitutionem novissimae Piotrkoviensis sinodi, vel nisi fuerit perspecta illius fidei et doctrinae integritas, omnique suspicione careret, dni

---

[1]) W Cod. N° 2716 tego podpisu brak. — [2]) W Cod. N° 2716 tego podpisu brak. — [3]) Ta sama »formula christianae et catholicae fidei«, bez innych uchwał synodu Łowickiego znajduje się także w ręk. N° 2716 Bibl. Jagiell. str. 131—146. — [4]) Cod. praestito.

autem locorum ordinarii vicarios et officiales suos huiusmodi viros idoneos et iurisperitos, eosdemque probatae vitae, qui scire possent vices eorum digne implere, habeant et provideant, non quaerentes, quae sua sunt, sed quae Iesu Christi, quorum officia bene provideant, ne habeant necessitatem quaestum aliunde sibi quaerere.

4. Et quia per indiscretam clericorum idiotarum et in pravis moribus imbutorum, aetatisque defectum patientium ad sacros ordines promotionem et ad beneficia ecclesiastica institutionem diligenti inquisitione et examine de conversatione et eruditione eorum non servato, nec aetatis illorum legitima cognitione habita, multi errores et scandala in ecclesia Dei committuntur, igitur decrevit sacra sinodus, ut dni locorum ordinarii et eorum suffraganei, ac in spiritualibus vicarii neminem deinceps ad quoscunque ordines promovere, aut ad beneficia ecclesiastica quaecunque, maxime curam animarum aut iurisdictionem habentia, instituere seu cuipiam manus cito imponere, aut ad instituendum facultatem alicui dare praesumant, sub poena suspensionis ab officio per unius anni decursum, ipso facto, ultra alias poenas statutorum provincialium incurrenda, nisi praemisso dicto examine legitimo, atque testimonio sufficienti recepto, iuxta dispositionem iuris communis et statutorum provincialium veterum et novorum, scilicet de vita, moribus, conversatione ac conditione praedictis inquisitioneque facta de eorum studiis, in quibus ipsi promovendi versati fuerint, et confessionem fidei suae medio corporali iuramento praestiterint, ac quod legitimae aetatis extiterint. Et insuper ut omnes et singuli, qui ad beneficia ecclesiastica curam animarum habentia sunt iam antea instituti, necdum tamen ac sacros ordines fuerint promoti, omnino hinc ad festum Paschae proximum sub poena privationis sui beneficii huiusmodi promovere, et ad obeunda officii et vocationis suae munia se habilitare curent, decrevit, alioqui beneficia eorum huiusmodi vacare censeantur ipso facto. De talibus igitur et eorum titulis, quorum praetextu sacerdotia ipsa occupant, ac eorum dispensationibus dni locorum ordinarii diligenter disquirant, pleraeque enim ecclesiae et sacerdotia a laicis auctoritate propria de facto occupantur, proptereaque et cura animarum in illis negligitur, et multa scandala inde committuntur.

5. Ad abbatias autem et praeposituras regulares, ad quas quorundam saecularium clericorum recipi solet damnabilis ambitio, non nisi regulares et professi, iuxta dispositionem iuris communis deinceps eligantur, et non alias per ordinarios benedicantur, in ipsosque dni locorum ordinarii diligenter iuxta veteres constitutiones provinciales intendant, ut scilicet regulariter et sine scandalo vivant, habitumque et tonsuram sui ordinis deferre non erubescant. Et fratres sui ordinis studere volentes in studiis generalibus servent, et in monasteriis certum numerum scholarium et magistros, qui eos ac novitios fratres eorum ordinis doceant, iuxta dispositionem eorundem statutorum provincialium, dudum super hoc editorum, teneant et habeant, capellas

etiam suorum monasteriorum, maxime parochiales ecclesias seu praeposituras, pensionibus indebitis non gravent, nec illis onera aliqua in eorum collatione et praesentatione imponant, quandoquidem sine aliqua diminutione conferri debent sacerdotia huiusmodi. De quo Rmi dni locorum ordinarii, ut super hoc diligenter in suis diocesibus intendant, sinodaliter sunt admoniti.

6. Quia vero difficile esset disciplinam canonicam in reformandis moribus et corrigendis excessibus ad alios extendere, iuraque communia et statuta provincialia debitae exequutioni demandare, donec prius per eos, qui iurisdictioni praesunt, ea omnia, quae semel legitime ordinata sunt, fuerint observata, proinde innitendo constitutionibus veteribus et novis decrevit sacra sinodus, ut Rmi dni archiepiscopi et episcopi se et curias suas ante omnia hinc ad tres menses in toto emendent et reforment, domibusque suis bene et irreprehensibiliter praesint, ullam offensionem exemplo malae vitae suae nemini dantes, ita, ut nec verbo nec facto, aliquem scandalisent, immo ab omni specie mali, sibi abstineant, voluptates carnis despiciant, otio non torpescant, ludum omnem a iure prohibitum, ac ebrietatem et crapulam omnino fugiant, sed potius lectioni sacrarum litterarum incumbant, viros doctos exemplares, tam in sacris litteris, quam utroque iure peritos, quorum consilio recte ecclesiam Dei gubernare possent, secum teneant, pueris et minus idoneis personis praelaturas et canonicatus in cathedralibus et collegiatis ecclesiis, et alia sacerdotia non conferant, nisi viris doctis et exemplaribus eisque diligenter iuxta dispositionem iuris communis et statutorum provincialium examinatis, alioqui dni capitulares tales ad ecclesias non suscipiant, nec admittant, nisi qui per aliquot annos in aliqua universitate insigni, catholica, non suspecta, studiis operam dederit et testimonium studiorum suorum ac [1]) conversationis suae ab universitate ipsa ostenderit. Haereticos autem seu de haeresi suspectos et alios scandalosos et criminosos omnino a consuetudine sua, etiam si essent consanguinei, removeant, et e curiis suis pellant, familiam disciplinatam et exemplarem Deumque timentem servent, ecclesias suas metropolitanas, cathedrales, collegiatas frequenter visitent, et circa eas resideant, in eisque praedicatores viros in litteris sacris doctos et exemplares ponant et provideant, vitam et mores depravatos cleri sui et gregis sibi commissi, de quo brevi in extremo Dei iudicio districtam sint reddituri rationem, corrigant, arguant et increpent ac exemplo vitae suae et verbo doctrinae doceant et alias in summa vocationi suae, abiectis curis temporalibus, respondeant, haeresibusque sese doctrina sana et diligentia sua opponant, illasque pro viribus explodere studeant, in quo se mutuo iuxta dispositionem veterum statutorum provincialium, labori et sumptui non parcendo, aut se alter per alterum non excusando, iuvent. A locatione praeterea et arendatione bonorum mensarum suarum, per quas subditi ecclesia-

[1]) Cod. ad.

rum plerumque opprimuntur, et bona ipsa desertantur, abstineant, quinimo clerum suum et subditos ipsos ab oppressionibus saecularium defendant, et ipsi eos non gravent, sed pauperes et egentes exemplo praedecessorum suorum supportent, gaudeantque se non praeesse hominibus, sed prodesse; patrimonio Christi (quod ultra suum moderatum victum in usus pauperum et necessitates ecclesiarum expendi debet) non abutantur meminerintque se esse illius dispensatores, non proprietarios, usufructuarios, non dominos, ut scilicet de illo modeste vivant, non luxurientur, dispensent, non coacervent, pauperes studere volentes in studiis generalibus foveant, vel ex pietate expensis iuvent, gloria enim episcopi est, ut dicit canon, pauperum operibus providere, ignominia autem sacerdotis est propriis studere divitiis.

7. Praeterea cum sacra sinodus ecclesias collegiatas in hac provincia plane videat esse desolatas, nec sint praelati aut canonici, qui circa illas degant, ac officia divina, propter quae in eis dotata sunt eorum beneficia, fideliter expleant, fundatorumque ultimae voluntati satisfaciant, immo plerique ex eis laici reperiuntur, qui illa per multos annos saltem minoribus ordinibus constituti nec habitum nec tonsuram legitimos deferentes et aliqui personis saecularibus in praefecturis bonorum temporalium servientes, et alias saecularia negotia tractantes, de facto occupant fructus et decimas eorum per abusum in prophanos usus, ut cetera omittamus, non sine magno scandalo et invidia hominum saecularium convertunt. Quare sacra sinodus praemissis omnibus obviando decrevit, ut omnino dni locorum ordinarii in tales animadvertant, et eos per sequestrationem proventuum usui ecclesiarum illarum, in qua beneficia ipsa obtinent, puta fabricae et ornamentis applicandorum ad promotionem ad sacros ordines, residentiamque circa illas faciendam compellant, atque inhaerendo statutis provincialibus de electione in novis et novissimis[1]) olim Petri Gamrath archiepiscopi, bullaeque foelicis recordationis Leonis papae decimi, huic regno inclito concessae, de officio archidiaconi contentae, ut omnino bullam illam et statuta praedicta in exequutionem ponant et duos doctores actu residentes vel saltem adminus unum in singulis collegiatis praedictis, prima et proxima vacatione instituant, vel exnunc a capitulis suis requisiti canonicatus et praebendas pro doctoribus ipsis designent, in quas doctores ipsi perpetuo fuerint instituendi.

8. De poenitentiis et remissione.

Quia facilitas veniae plerumque parit incentivum delinquendi, ita siquidem facilitas concessionis apud sedem Apostolicam dispensationum maxime in gradibus prohibitis matrimonia contrahendi, necnon absolutionum a iuramentis confessionalium, absurda quandoque et pias aures offendentia continentium, aperit multis viam peccandi et plurima scandala perpetrandi, pro-

[1]) Cod. novissimi.

inde sacra sinodus decrevit sanctae sedi Apostolicae supplicandum, quo providere dignetur sua Sanctitas, ne ad concessionem dispensationum et absolutionum huiusmodi et confessionalium facilem se praebeat vel saltem ut dispensationes et absolutiones ipsae locorum ordinariis cum earum cognitione ad partes committantur, pauci enim reperiuntur, qui dispensationes seu absolutiones huiusmodi per veri expressionem obtineant, putant tamen nihilominus praetextu ipsarum dispensationum se tutos esse vel vigore confessionalium omnia sibi licere, non sine scandalo plurimorum, audentque liberius eo praetextu in varia crimina prolabi. Idem in dispensationibus super incompatibilibus et pluralitate beneficiorum, minorennitate, ac de non promovendo provideatur, quandoquidem dispensationes ipsae non modica ecclesiis afferre solent dispendia

9. De custodia Eucharistiae et illius collatione.

Cum per incautam custodiam sacrae Eucharistiae corporis dominici et aliorum sacramentorum, sicut experientia didicimus, nefariis hominibus quandoque praestatur ad sacrilegia perpetranda occasio, proinde statutum vetus de custodia huiusmodi decrevimus innovandum, ut rectores, custodes, et vicecustodes, seu, ut vocant, sacristae ecclesiarum ciboria seu sacraria, ubi recondunt sacrosanctum corpus dni nostri Iesu Christi similiter oleum sacrum et chrisma necnon fontem baptismalem in bona clausura et custodia servent et claves sacrarii ipsi penes se vel in aliquo abdito loco in ecclesia sub poena carcerum et suspensionis ab officio et beneficio ad unius anni decursum teneant, ne ad illa cuique facilis pateat aditus, alioqui si cuius in curia aliquod eiusmodi nephandum, quod absit, facinus per impios admissum fuerit, graviori animadversione ferientur, locorum autem archidiaconi, seu illi, ad quos visitatio parochiarum de iure vel consuetudine spectat et pertinet, de custodia huiusmodi diligenter perquirant et illam videant, ut si minus caute aliquem id observari compererint, tales seu talem ad locorum ordinarios deferant irremissibiliter puniendos. Similiter rectores ipsi ecclesiarum et earum vicarii, seu illi, ad quos administratio sacramenti Eucharistiae pertinet, ut illam reverenter et non tumultuarie communicantibus distribuant, ac videant diligenter, cui illam administrent, vultumque pecoris sui agnoscant, ne scilicet alienis parochianis et ignotis hominibus, eisque peccata sua non confessis nec diligenter, an veritatem corporis Domini in ea contineri credant, examinatis et conscientiis eorum minime probatis seu discussis, eam conferant et concedant, ac illa concessa, statim ibidem in sui praesentia communicantes ipsos ablutionem sumi faciant, sub poena superius descripta.

10. De magistris.

Quoniam plurimum Reipublicae interest, ut scholarum esset recta institutio, in quibus iuventus Christiana et in virtutibus catholicae disciplinae

et in bonarum literarum doctrina a probis et catholicis magistris et praeceptoribus Deum timentibus educari possit, quandoquidem multum refert a iuventa sic vel sic aliquem institui, proinde sacra sinodus vetera statuta innovando, ad praecludendam viam augendis haeresibus, ne iuventus ipsa ad studia Germanica et de haeresi suspecta ex hac provincia mittatur, ubi non sine gravi dispendio animarum agere possit, demumque non nisi peste haeretica imbuta domum reverti, decrevit diligenter agendum cum sacra Mte Regia in proximo conventu Warssoviensi de restaurandis universitatibus et studiis generalibus Cracoviensi et Poznaniensi eisque reformandis et melius providendis, praeterea ut quoque eadem Mtas Regia publicum edictum de revocandis his, qui Withembergam aut Regium Montem vel alia suspecta studia profecti sint, edat et promulget sub poenis gravioribus. Quo autem ad scholas alias particulares, iniungit sacra sinodus dnis locorum ordinariis, ut statuta provincialia vetera et nova, quae de illis clare disponunt, diligenter exequantur, atque illas iuxta eadem statuta provideant, et scholas Cosminensem, Seczeminensem, Pinczoviensem aliasque eis similes per novatores haeresum recens erectas cum eorum paedagogis et pseudomagistris, iuventutem corrumpentibus, explodi et proscribi auctoritate regia procurent.

11. Et insuper quia ex diversitate ordinariorum praesertim Neothericorum diversae opiniones et contionum varietates oriuntur, fitque, quod ad diversa studia hominum, diversae haereses multiplicantur, proinde ad excludendos novatorum in religione libros, sacra sinodus censuit, ut opera et diligentia Rmorum dnorum archiepiscoporum et episcoporum formetur, atque edatur ad incudem certa formula catholicae fidei contionum per integri anni circulum dominicalium et festivalium, ex quibus parochi et contionatores, iuxta universalis ecclesiae praescriptum, Christi fideles uniformiter et unanimiter in ecclesia Dei viam salutis docere possent. Quod ut efficeret Rmus in Christo pater dnus episcopus Warmiensis, a sua Dominatione Rma sacra sinodus obnixe postulavit.

12. Pari etiam studio et diligentia curandum nunc erit Warschoviae apud Regiam Mtem, ut ecclesiae parochiales cum suis fundis et iuribus, quae vel per oppressionem parochorum a patronis sunt desertae, vel per haereticos occupatae, catholicis presbiteris et plebanis iurisdictionique dnorum episcoporum authoritate regia restituantur.

13. Praeterea ad obviandum controversiis, quae solent ex publicis congregationibus et conventibus suboriri, haec sacra sinodus ordinat, statuit et decernit, quod per quoscunque actus et honoris exhibitiones, tam in sedendo, quam in loquendo, necnon in aliis quibuscunque dictis et factis in hac sinodo per quoscunque praelatos vel eorum absentium nuntios, vel cathedralium et metropolitanarum ecclesiarum procuratores missos, legatos aut commissarios seu ipsis aut de ipsis vel eorum alicui in eadem sinodo nullum ius de novo acquisitum, nullum praeiudicium generatum, nulliusque ius in

proprietate vel possessione laesum intelligatur, sed in omnibus et per omnia unumquemque in eodem statu post hanc sinodum remanere vult et intendit, in quo ante ipsius sinodi celebrationem permanebat.

14. Et quoniam Rmus dnus Episcopus Varmiensis ab hac provincia se exemptum esse praetendit et sedi Apostolicae immediate subiectum, ex eo, quia huic sinodo a dno nuntio Apostolico requisitus pro obedientia venit, non intendit sancta sinodus, quod praefato Rmo dno Episcopo aliquod praeiudicium propter huiusmodi adventum inferatur, seu exemptio eius in aliquo laedatur, prout ipse quoque primitus protestatus fuit.

15. Quoniam vero mos est huius regni et sinodalis super hoc etiam constitutio lata in celebratione sinodorum, [ut] inprimis et ante omnia Rmi dni praelati et quilibet suppositorum sinodi per proprium iuramentum fidem, quam tenent, palam et publice profiteantur, et in hoc conventu certis respectibus et rationabilibus causis, ac propter honorem personarum visum est dno nuntio Apostolico a praefato iuramento pro hac vice dumtaxat abstinendum esse, non tamen intendit propter hoc sacra sinodus praefati iuramenti exhibitioni et praestationi in futurum in aliquo praeiudicare, quominus in celebrandis posthac sinodis dictum iuramentum secundum iam introductam consuetudinem et constitutionis praedictae exigentiam, inprimis praeexigatur et praestetur, de quo expresse protestatur.

16. Et quia esset frustra leges et constitutiones aliquas promulgare, nisi essent, qui eas executioni demandarent, proinde sacra sinodus decrevit, ut Rmi dni archiepiscopi et singuli episcopi suis in diocesibus, et praeter hoc Rmus dnus archiepiscopus Gneznensis et primas in tota sua provincia, ea, qua maiori possunt et debent, cura et diligentia intendant, quo omnia et singula tam in novis quam veteribus et praesentibus statutis et constitutionibus descripta et contenta hic adhuc Rmo dno legato Apostolico memorato nobiscum praesente, exequutioni demandare curarent, sub poenis in eisdem statutis contentis.

17. Postremo vere memoratus Illustris et Rmus dnus legatus Apostolicus cum videret ac diligenter secum expenderet, omnia statuta, ordinationes et constitutiones sinodales, veteres et novas, huius provinciae Gneznensis, adeo canonice et laudabiliter fuisse et esse constitutas et constituta, atque ordinatas seu ordinata, ac cum iure communi convenientia, ut plane ad gubernandam provinciam ipsam conservandamque religionis integritatem nichil inveniri, ordinari et excogitari melius potuerit, illas itaque seu illa tanquam iuridica et legitima in omnibus et singulis eorum punctis, conditionibus et clausulis auctoritate Apostolica praedicta, quatenus a iure communi non exorbitant, approbavit, confirmavit et canonizavit, ad illarumque et illorum tanquam canonicorum observantiam et exequutionem legitimam Rmos dnos archiepiscopos et episcopos provinciae Gneznensis et Leopoliensis hortabatur

diligenter et est hortatus, mandans nichilominus et praecipiens eisdem auctoritate Apostolica praedicta illas et illa ab omnibus, ad quos pertinet, diligenter sub poenis praedictis et in statutis et constitutionibus descriptis observari et teneri.

Acta sunt haec anno et die, quibus supra, in arce nostra Lovicensi praesentibus Illustri et Rmis in Christo patribus dnis Aloysio Lippomano Veronensi episcopo, sanctae sedis Apostolicae nuntio, Nicolao Dziergowski sanctae ecclesiae metropolitanae Gneznensi archiepiscopo, legato nato et primate, in sacra sinodo praesidentibus, necnon Andrea Zebrzidowski Crac. Iohanne Droiowski Cuiaviensi et Pomeraniae, Andrea Czarnkowski Poznaniensi, Andrea Noskowski Plocensi, Stanislao Osio Warmiensi, Iohanne Dziaduski Premisliensi ac nomine Rmi Foelicis Ligąza archiepiscopi Leopoliensis, Iacobo Uchanski Chelmensi et Leonardo Camenecensi, Dei gratia episcopis, tum Rdis et venerabilibus dnis Stanislao Narkuski artium magistro canonico et cancellario Rmi dni Valeriani Vilnensis, Iohanne archidiacono, Rmi dni Iohannis Luceoriensis, Gregorio Cervo Mednicensis episcoporum nuntiis, necnon venerabilium capitulorum legatis: Alberto Psarski utriusque iuris, Gabriele de Lowicz sacrae theologiae doctoribus, Gneznensis, Iohanne Tuchola et Iohanne a Trzciana arcium magistris, Leopoliensis, Petro Miszkowski scholastico, Andrea Przeczlawski canonico, Cracoviensis, Iacobo Paczinski decano, Foelice Rilski cantore, Wladislaviensis, Martino Gałczinski custode, Bonaventura Chobienski canonicis, Poznaniensis, Paulo Głogowski Plocensis, Alberto Starozrzebski Dobrzinensis archidiaconis, Iacobo Ziemaczski praeposito Chelmensis, Petro Arcziechowski Wilnensis et Iohanne Bieliczski decretorum doctore Przemisliensis ecclesiarum nuntiis. — Stanislaus Borziminski curiae notarius scripsit. L. S.

XV.

Uchwały synodu prowincyjonalnego Piotrkowskiego z r. 1557.

Acta et decreta seu constitutiones sinodi provincialis Piotrcoviensis anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo, die decima septima mensis Maii tempore foelicis regiminis Rmi in Christo patris et domini domini Nicolai Dziergowski, sanctae ecclesiae metropolitanae Gneznensis archiepiscopi, legati nati et primatis celebratae.

Sacrosancta sinodus provincialis Pyotrkoviae anno Domini 1557 die Lunae XVII mensis Maii invocata de more gratia Spiritus Sancti et missae sacrificio in ecclesia parochiali, supplicationibus et littaniis devote peractis, ad laudem et gloriam Omnipotentis Dei et fidei catholicae exaltationem solenniter est celebrata, praesidente Rmo in Christo patre et dno dno Nicolao Dziergowski, sanctae ecclesiae metropolitanae Gneznensis Archiepiscopo,

legato nato et primate, cum Rmis in Christo patribus et dnis dnis Andrea Zebrzidowski Cracoviensi et Iacobo Uchanski Chelmensi episcopis tunc praesentibus, et aliis ius ornamentorum pontificalium habentibus, cum baculis pastoralibus, mitris et reliquo habitu pontificali pro veteri consuetudine indutis, necnon Rdis et venerabilibus dominis Iohanne Phillipiade Leopolitano canonico, vicarioque in spiritualibus et officiali generali Leopoliensi, Rmi domini Felicis Ligeza archiepiscopi Leopoliensis, eodemque Rmum dnum Leonardum Slonczewski episcopum Camenecensem legaliter incursionibus hostilibus excusante, Adamo Montano Wratislaviensi canonico et Rmi dni Baltazaris Wratislaviensis, baronis Plesnensis, supremi per utramque Slesiam capitanei, Andrea Blinowski canonico Wladislaviensi et Rmi in Christo patris dni Iohannis Wladislaviensis, Paulo Sarbinio sacrae theologiae professore, canonico Poznaniensi et Rmi dni Andreae Czarnkowski Poznaniensis, Paulo a Mąkolin iuris utriusque doctore, abbate, canonico, vicarioque in spiritualibus et officiali generali Plocensi et Rmi dni Andreae Plocensis, Stanislao Narkuski artium magistro, canonico Vilnensi et Rmi dni Valeriani Vilnensis, eodem quoque Rmos dnos Iohannem a Domoniow episcopum Mednicensem et Nicolaum Pacz electum Kyoviensem vigore mandatorum bellica expeditione contra Liwonienses excusante, Iohanne Byeliczki canonico Przemisliensi, Rmi dni Iohannis Dziaduski Przemisliensis episcoporum, necnon Rdis dnis Gabriele a Lowicz sacrae theologiae professore, et Francisco Krasinski iuris utriusque doctore canonicis, Gneznensis, Alberto Kyowski et Andrea Spoth Vąchoczensi et Clarae Tumbae abbate, Cracoviensis, Iacobo Paczinski decano et Mathia Wargawski, Wladislaviensis, Stanislao Obyezierski et Bartholomeo Siekierzinski, Poznaniensis, Alberto Starosrzepski archidiacono Dobrzinensi in ecclesia Plocensi et Martino Gosliczki iuris utriusque doctore, Plocensis, Stanislao Starzechowski canonico Leopoliensi, qui solenniter capituli Leopoliensis nomine, cum sufficienti mandato comparens protestatus est, quod in locum suum, quem immediate habere volebat penes capitulum Gneznense non est admissus sedere, et propterea a sessione praedicta abstinuit inter capitulares, nec ad aliqua onera cleri provinciae illius consentire voluit, Iohanne Byeliczki, Przemisliensis, Stanislao Narkuski praedicto Vilnensis capitulorum nuntiis. Qui quidem dnus Stanislaus Narkuski nuntius dni episcopi et capituli Vilnensis similiter protestatus est in eo loco de sua non admissione ad tractatus capitulares sinodales cum capitulis, eo, quod gesserit nuntium simul episcopi et capituli, quum tamen fuerit consuetudo vetus, hucusque observata, et propter longam loci distanciam et paupertatem episcoporum Lithwaniae et Russiae, quod unico nuntio a singulis episcopis et ecclesiarum capitulis episcopi illi et capitula provinciales sinodos absolvebant, ac locum et vocem cum capitulis et episcopis habuisset, ex eo dnis nuntiis capitulorum repugnantibus et dicentibus, id ulla ratione fieri posse, maxime ubi seorsum capitula consultant sine episcopis. Quandoquidem etiam diversa et contra episcopos pleraque ibi tractantur, sedere itaque aut cum

capitulis aut cum episcopis eos manere et consulere volebant. Sed haec differentia reiecta est ad aliam sinodum, ubi plures dni episcopi affuturi sunt, praesentibus etiam Rdis et religiosis patribus, dno Stanislao Phalenczki Sulyeioviensi, Felice Ragowski Siecziechoviensi, Mathia Thuroborski Withoviensi, Iacobo Komorniczki Pokrziwniczensi, Adamo Koronoviensi et...[1]) Dzierzanowski Vągroviciensi abbatibus.

Principio itaque mane, die qua supra, congregatis in ecclesiam parochialem Piotrcoviensem omnibus dnis suprascriptis, reque divina summa omnium devotione, ut praemissum est, peracta, et cum iam quisque locum suum occuppasset, dni etiam nuntii cum mandatis Rmorum dnorum episcoporum, huius provinciae suffraganeorum, et abbatum absentium, causas absentiae huiusmodi suorum principalium exposuissent, oratioque ad sinodum de temporum horum statu et officio pastoris ac cleri, necnon moribus omnium reformandis, disciplinaque ecclesiastica restituenda per Rdum dnum Gabrielem a Lowicz theologum, canonicum Gneznensem esset magna cum eruditione absoluta, Rmus in Christo pater et dnus dnus Nicolaus, Dei gratia archiepiscopus Gneznensis, legatus natus, primas, sinodum praedictam in contumaciam aliorum omnium et singulorum, ad illam vocatorum et non comparentium, unacum dnis superius enumeratis in nomine domini prosequendum duxit, prout est prosequutus, et nihilominus ad magistri Iohannis Mąkolski, instigatoris officii seu phiscalis ad hoc deputati, instantiam omnes et singulos ad ipsam sinodum vocatos non comparentes, prout erat merito, contumaces reputavit, ad promulgationemque poenarum contra eosdem procedendum duxit et processit.

1. Imprimis cum omnino sacra sinodus persuasum apud se habeat, nihil a se recte posse ordinari aut confici absque divino auxilio, itaque quo in praesenti sinodo Spiritu Sancto auspicante recte omnia dirigantur, consulantur et decernantur, ac deinde in legitimam exequutionem deducantur, decrevit atque Rmis dnis episcopis iniunxit, ut deinceps in singulis metropolitanis, cathedralibus et collegiatis ac conventualibus et monasteriorum ecclesiis per clericos et monachos singulis septimanis supplicationes ad dominum Deum iugiter, per sacrosanctum missae sacrificium, loco maturae missae, alioquo (s) dierum feriis, scilicet secundis aut quartis vel sextis, quando illis commodius videbitur, de Spiritu Sancto cum collectis pro pace et fidei catholicae et Apostolicae quiete, ac unitate ecclesiastica, haeresibusque mitigandis, et pro hiis, qui astu Sathanae in haereses varias sunt seducti, revocandis, semper ad unius anni decursum peragantur. In contionibus vero publicis per contionatores plebs ad idem faciendum inducatur et exhortetur. Porro universus clerus in horis canonicis, nempe matutino et vesperis, cum in choro ecclesiarum canitur, canat, dum vero per se oratur, a singulis an-

---

[1]) Luka w oryginale.

tiphona de Spiritu Sancto, veni Sancte Spiritus etc. cum versiculo: Emitte Spiritum etc., ac oratione hic sequenti dicatur et oretur: Omnipotens, sempiterne Deus, qui salvas omnes et neminem vis perire, respice ad animas diabolica fraude deceptas, ut omni haeretica pravitate deposita, errantium corda resipiscant, et ad veritatis tuae redeant unitatem, per dominum nostrum etc.

2. Ceterum, quia ex intermissione celebrationis sinodorum provincialium et diocesanarum earumque a Rmis dnis episcopis huius provinciae rara seu negligenti admodum frequentatione magnum statui ecclesiastico provenit detrimentum, paucosque admodum earum Dominationes esse videre licet, quos ingens religionis periclitantis casus, atque adeo domus domini Dei cultusque divini zelus permoveret, quique sponte sua et alacribus animis accurrere vellent ad extinguendum commune incendium, ac ad restaurandam unitatem ecclesiae, hoc infelici saeculo dispersam, quique de fide et pietate, de religione et ipso cultu divino retinendo et conservando, deque moribus reformandis, et disciplina atque obedientia christiana reassumenda, denique de ceteris rebus omnibus ad bene christianeque vivendum commodis et necessariis consulerent et tractarent, quo et salus ipsius ecclesiae restitui, terror autem hostibus eius incuti, et fidei catholicae stabilimentum firmari possit. Videns itaque sacra sinodus quorsum hac negligentia ordo ecclesiasticus recidat et labescat, quantumque mali in ecclesiam Dei secum invexerit, nunc tandem expergefacta, et quasi longo quodam postliminio ad se reversa, usum veterum constitutionum et statutorum provincialium contra negligentes venire ad sinodos duxit esse reassumendum poenasque contra tales augendas decrevit. Itaque constituit in praesenti sinodo, ut si de cetero Rmus dnus archiepiscopus, quod absit, aut episcopi in sinodis praedictis, quoties posthac indicetur, remissi et negligentes fuerint aut ad illas, cessante legali impedimento, venire contempserint, poena dupli certa, hoc est ducentarum marcarum pecuniae gross. Pragensium ipsi domini episcopi et ceteri quivis, qui de iure et consuetudine sinodis interesse tenentur, poena dupli in constitutionibus prioribus descripta per Rmum dnum archiepiscopum pro tempore existente exigenda mulctentur, fabricae ecclesiae Gneznensis applicanda. Si autem contigerit aliquem, ut praemittitur, impediri legitime, corporis scilicet adversa valetudine et ea quidem, quae merito excusare quemvis posset, vel aliquo alio, non levi impedimento legali, in eiusmodi quovis casu poterit abesse a sinodo, ita tamen, ut ad illam mittat, mittereque sub praedicta poena teneatur quilibet nuntium, cum instructione plenaria et mandato sufficienti, qui posset ibidem in sinodo per corporale iuramentum in ipsius mittentis et suam animas probare huiusmodi legale impedimentum, alioqui in defectu praestitionis eiusmodi iuramenti pro temerario ac contumace taliter absens reputatur et in poena memorata irremissibiliter per Rmum dnum archiepiscopum auctoritate praesentis decreti sino-

dalis mulctetur. Quas poenas si Rmus dnus archiepiscopus monitione praemissa infra annum post negligentiam huiusmodi commissam censuris ecclesiasticis mediantibus exigere neglexerit, ipse simili poenae per sinodum extunc immediate sequentem irremissibiliter exigendae subiaceat. Quod si ab initio sinodi huiusmodi requisitus poenam dominus archiepiscopus Gneznensis ibidem non reposuerit, liberum erit deinceps illis, qui sinodaliter congregabuntur, sinodum ipsam infectis rebus solvere, neque ad aliquos actus sinodales, nisi iustam excusationis causam dixerit, procedere. In reliquis autem omnibus leges et statuta vetera praedicta in suo robore eadem sinodus conservavit et conservat.

3. Preterea quum sacra sinodus diligenter secum expenderet statuta seu constitutiones sinodales veteres et novas, quibus provincia Gneznensis recte et laudabiliter ad omnem ordinem ecclesiasticum retinendum, ac unumquemque in suo iure conservandum, malitiisque hominum obviandum dirigitur, quae etiam per Rmum in Christo patrem dnum dnum Aloysium Lippomanum, episcopum Veronensem et sedis Apostolicae ad regnum Poloniae legatum, anno superiori in congregatione Loviciensi cum diligenti calculo auctoritate apostolica extant collaudata et approbata, illa omnia et singula, tanquam legitima et canonica, inclusis etiam constitutionibus sinodi de anno Domini 1551 habitis, in quibus confessio fidei continetur, et aliis expost novissime in congregatione Piotrcoviensi de anno Domini 1554 die septima mensis Novembris, necnon Loviciensi praedicto anno superiori, ut praefertur, praesidente eodem Rmo dno legato Apostolico conscriptis, in omnibus et singulis illarum capitulis et clausulis, acceptavit et approbavit, praesentique decreto sinodali acceptat et approbat, quarum totum tenorem pro inserto hic habere vult, ac ad exequutionem illarum Rmos dnos archiepiscopos et episcopos arctatos esse voluit et arctat. In quibus, si quem illorum contigerit esse negligentem, vel remissum, vel etiam, quae statum eius non decent, agentem, praelati et canonici, totumque capitulum suum servata filiali reverentia et charitate tanquam patrem sub poena dudum alias statuta hortari debent, ut officio pastorali honorique suo ac debito satisfaciat. Et primo quidem per unum aut duos de collegio suo, deinde si se non correxerit, omnes capitulariter eum praemoneant, praedicentes illi, quod si ita admonitus ad officium non redierit, eum Rmo dno archiepiscopo aut sinodo provinciali primum, ac postremo ubi vel nulla fuerit emenda, sedi Apostolicae deferrent, licebit autem auctoritate praesentis sinodi in tales iuxta statutorum praecedentium praescriptum et tenorem Rmo dno archiepiscopo in eos animadvertere et illos ad exequutionem omnimodam cogi, contradictione earum cessante. Ne autem quispiam ignorantiam prae se ferre posset, ipsorum statutorum et constitutionum, asseverans se illa non habere, sacra sinodus decrevit, ut Rmus dnus archiepiscopus statuta ipsa et constitutiones veteres et novas, etiam novissimas suae praesidentiae et aliorum suorum praedeces-

sorum temporibus in sinodis provincialibus decretas, in unum volumen pulchre per titulos singula digerendo, per Venerabiles dnos Stanislaum Dambrowski Curzeloviensem curiae suae cancellarium, et Franciscum Krasinski Calisiensem archidiaconos, canonicos Gneznenses iuris doctores, quos ad hoc sinodali decreto elegit, recolligi atque illa hinc et decursum unius anni typis excudi et imprimi procuret et faciat, eaque ipse manu teneat, ac omnes et singulos ad illorum observationem, ut praemissum est, cogat et compellat.

4. Providebunt etiam diligentius, quam antea, dni episcopi innitendo prioribus constitutionibus, ut parochi et contionatores verbi Dei in contionibus suis, pure et sincere verbum Dei praedicent, ineptas ac aviles fabulas ac vaniloquia, scommata et convitia devitando, scripturas autem sacras non sensu proprio, aut ab haereticis sumpto, sed iuxta sanctorum doctorum ab ecclesia receptorum expositionem interpretando, utpote Augustini, Hieronimi, Ambrosii etc. et aliorum in statutis Rmorum olim Drzewicii et Gamrathi archiepiscoporum descriptorum, propter quod dabit operam Rmus dnus archiepiscopus de homiliario per aliquot doctores catholicos conscribendo et typis excudendo de tempore, festivitatibus solennibus cum cathechismo seu explicatione orationis dominicae, simboli et decem praeceptorum ac ceremoniarum aliquarum, quae in ecclesia domini non abs re sunt institutae, habenturque in usu laudabili, ex quibus rudis populus doceri poterit a simplicibus presbiteris. Sic enim haereticorum homiliarii pestiferi facile excludi poterint, et a simplici ac rudi plebecula refutari.

5. Quod autem attinet reformationem morum ecclesiae, haec satis abunde colligi potest ex statutis praedictis, si modo illa in exequutionem deducentur. Hanc tamen a summis pariter et infimis, a capitibus simul et parvulis oriendam esse sacra sinodus censet, a capitibus videlicet ita, ut hii, qui ceteris dignitate praesunt, exemplo quoque et integritate vitae praeemineant, luxum et ambitionem atque fastum ut pestem fugiant, benignos et affabiles sese ad omnes exhibeant, in pauperes liberaliores sint, gregi suo, de quo sunt reddituri in extremo iudicio districtam rationem, intendant, vocationique suae satisfaciant, alias ita vitam suam instituant, quemadmodum ex sacris canonibus et statutis provincialibus abunde praescriptum habent, id si praestiterint, dubitare nemo poterit, ecclesiam Dei facile in sua firmitate conservandam omnibusque haeresibus viam praeclusam iri. Parvulos autem eos appellamus, qui in loca maiorum subinde decedentium, in utraque Republica tam ecclesiastica, quam saeculari, sunt successuri, qui nisi ab initio bene fuerint instituti et bonis moribus formati, metuendum esset, ne ab hiis pestis sive pernities Reipublicae ecclesiasticae et regni creetur et oriatur, opere pretium itaque est, ut auctoritate Maiestatis regiae scholae omnes privatae, nempe Cosminensis, Pinczoviensis et hiis aliae similes removeantur et interdicantur, edictumque foelicis recordationis Sigismundi regis, de non mittendis in Germaniam pueris sive adolescentibus in exequutionem ponatur et servetur,

scholae autem publicae ut diligenter lustrentur, visitentur, et cathechismi haeretici in illis non doceantur, nec habeantur. Studium praeterea Crac. generale, de quo omnibus sinodis et statutis seu constitutionibus fit mentio, reformetur. Qua in re Rmus dnus Crac. episcopus, ut cancellarius illius, est sinodaliter admonitus, reliqua autem ad eam rem pertinentia, tam de Cracoviensi quam de Poznaniensi studiis seu scholis dnis nuntiis sinodalibus, ad Maiestatem regiam deputandis, commissa sunt, cum illius Maiestate agenda.

6. Et licet apostolus ad servandam hospitalitatem omnes Christi fideles maxime autem episcopos et clericos, qui bonorum ecclesiasticorum ad hoc deputatorum sunt dispensatores clare moneat, plerique tamen episcopali dignitate fungentes reperiuntur, qui non modo exteros hospitio non excipiunt, sed etiam fratres suos praelatos et canonicos suarum ecclesiarum, qui bonorum episcopalium sunt custodes et pro illis tuendis se opponere, et illa defendere consueverunt, ad bona et praedia eorum venientes, humanitatis et hospitalitatis officio neglecto, admittere illisque comeatus domestici necessaria per suos factores et procuratores dare recusant. Proinde sacra sinodus decrevit, ut ipsi dni archiepiscopi et episcopi id provideant, atque suis procuratoribus bonorum iniungant, ut hospitalitatem huiusmodi in omnes, maxime autem in domesticos et capitulares suos conservent, et necessariis saltem ad victum, quae tunc domus, ad quos eos divertere contingit, habuerint, providere curent.

7. Ceterum tametsi utroque iure recte provisum esse comperitur, ne stillus ultimarum voluntatum unicuique de suis bonis quoquomodo factus per cupiditatem aliquorum dominium temporale habentium et bonis testatorum inhiantium violenter seu quoquomodo infringatur, quinimo illi, qui ultimas aliorum impediunt voluntates, gravibus poenis iuris subiacere censentur. Quia tamen ad praesentem sinodum est deductum, non deesse plerosque dnos ecclesiasticos, qui non absque gravi cupiditatis alieni nota, in bonis ecclesiae decreta impia seu statuta eiusmodi condunt edictaque faciunt publica, ne quis sine scientia et voluntate eorum, aut factorum seu procuratorum suorum praesentia testamenta quaepiam condere praesumat, impietatem itaque eiusmodi talium reprobans, decrevit sacra sinodus, ne quis ecclesiasticarum personarum, sive regularium, sive saecularium, dominium temporale habentium, edictis quibuscunque aut statutis et constitutionibus suis municipalibus prohibere quovis quaesito colore vel ingenio praesumat subditos suos, quominus de bonis suis mobilibus quibuscunque testentur, testamentaque pro arbitrio eorum condant, prohibere praesumat, conditaque non revocet, neque infringat, quae sacra sinodus firma et valida esse vult et censet, prohibitiones vero tales annihilat, cassat et tanquam impias reiicit, anihilatque decreto suo praesenti mediante.

8. Item quia convenientius est inter ecclesiasticas personas habere omnia communia, maxime ubi id fieri potest, absque incommodo alterius, proinde

sacra sinodus improbando quorundam perversam consuetudinem, qui imitantes in malo saeculares personas prohibent, ut intra limites et terminos bonorum suorum pascuis sterilibus et desertis, eosque quibus abigunt pecora sive pecudes, in hoc modis omnibus per exactiones et depactiones gravant, praetextu, ut vocant, forestae impie depactant, exemplum per hoc pessimum saecularibus praebentes, inhibet sancta sinodus sub poena viginti marcarum pecuniae parti laesae irremissibiliter solvenda, ne eiusmodi prohibitiones pascuorum sterilium aut abactiones pecorum subditorum ecclesiasticorum ex bonis vicinis, praeter damnum in pratis et segetibus fiant, sed utrinque sint communia pascua huiusmodi, altero alterum non opprimente.

9. Preterea quoniam non vanis rumoribus ad sinodum perlatum est, quod pleraeque ecclesiasticae personae, signanter autem regulares sexus utriusque abbates, praepositi et abbatissae, seu priorissae, abutentes bonis monasteriorum suorum, in quibus usufructuarii non proprietarii domini existunt, ea propria existimantes, contra iuris communis statutorumque provincialium dispositionem, pro effectu et arbitrio suis praeter assensum dnorum ordinariorum suorum quandoque locare vel in emphitheosim concedere, aut in perpetuum timore Dei postposito alienare vel deteriori semper conditione monasterii sui commutare consueverunt, ita, ut ad sacram sinodum de abbatibus Bledzoviensi, Vągrovicensi et Landensi ac monialibus ecclesiae Sancti Andreae in Cracovia, et aliis plerisque deductum est, id sacra sinodus tanquam contra aequum et phas, contraque conscientiam bonam fieri solitum reprehendens, ne id in posterum ratione ulla fiat, prohibet, et sub gravissimis poenis vicinos suos et confines etiam bonorum ecclesiasticorum colonos interdicit, quicquid eiusmodi in contrarium factum fuerit, pro infecto, invalido ac infirmo fieri vult, censet et decernit, statutis prioribus inhaerendo, mandatque strictissime abbatibus et monialibus praedictis, ut ad recuperationem bonorum suorum ita locatorum, arendatorum et alienatorum ita intendant et per suos lociordinarios, vel in negligentia ordinariorum, per Rmum dnum archiepiscopum sub poenis iuris alias depositionis ab officio, seu privatione beneficii, cuius bona sunt alienata, ad recuperanda ea cogantur et compellantur infra hinc et unum annum, alioquin, ubi id praefati alienatores facere intra decursum unius anni non curaverint, non obstantibus quibuscunque exemptionibus, quibus se in hac parte minime tueri poterint, suis abbatiis aut praeposituris seu officiis ipso facto denudentur, ac ab illis deponantur, eisque surrogentur tales, qui id diligenter exequi possent.

10. Item conquerentibus nonnullis presbiteris, parochis, aliisque clericis de Rmo dno episcopo Wladislaviensi et eius praefectis, praesertim in clave Volboriensi, quod in bonis suae Paternitatis ecclesiasticis eis negarentur missalia, et aliae obventiones dudum solvi consuetae non sine iniuria et scandalo saecularium hominum, decrevit sacra sinodus innitendo statutis prioribus, ne deinceps quisquam dnorum episcoporum aut ecclesiasticarum personarum

saecularium vel regularium praesumat aliquem parochum aut alium clericum in proventibus, decimis, missalibus, maldratis, colendis et aliis quibuscunque iuribus et obventionibus ecclesiae solvi consuetis, impedire aut quoquomodo solutionem eorum denegare praesumat, quinimo factores, subditosque suos ad solutionem eorum cogat et compellat. Et ut ipsi parochi, ceterique clerici de eodem Rmo dno episcopo Wladislaviensi conquerentes efficaciter proventibus suis eiusmodi cum plenitudine iuris potiantur, eadem sinodus Venerabilibus dnis Paulo a Mąkolin abbati Plocensi et Alberto Staroszrzepski cantori Cracoviensi et archidiacono Dobrzyniensi cum Rmo dno episcopo Wladislaviensi super hoc negotio necnon de contionatoribus haereticis, contra professionem suam et statum episcopalem, contraque statuta et edicta regia Gedanensibus data admissis, simulque quod familiam, seu servitores et paedagogos de haeresi suspectos in curia sua tolerat et fovet, et cum manifestis haereticis, blasphematoribus communicat et participat, subditosque ecclesiae suae multis et intolerabilibus angariis et vecturis a factoribus suis premi et ad laborem diebus feriatis in honorem Omnipotentis Dei et sanctorum eius, ab ecclesia institutis, cum scandalo fidelium cogi permittit, agendi provinciam demandavit.

11. Similiter ad querelam Venerabilis capituli ecclesiae cathedralis Poznaniensis, cum Rmo dno episcopo Plocensi factam, sacra sinodus Rdum dnum Paulum a Mąkolin suae Ptis nuntium deputavit, qui cum illa ageret, quo decimam manipularem post agros villae Budziska eidem capitulo ademptam restituat, ipsumque capitulum in illius possessione conservet.

12. Item eidem dno abbati Plocensi agendum cum praenominato Rmo dno episcopo Plocensi ipsa sinodus mandavit, ipsumque dominum episcopum praesenti decreto sinodali monet, ut de canonicatu ac praebenda doctorali in sua ecclesia Plocensi, qui post obitum olim doctoris.....[1]) Virzikowski theologi et praedicatoris vacarent, iuxta dispositionem et ordinationem super eis pridem factam, viro alicui docto et promoto provideatur, eosque ab illo, cui de his providit, contra ordinationem praedictam omnino evincat.

13. Ceterum, quia praesenti hoc nequam saeculo tanta inolevit plurimorum saecularium audacia, quod funera haereticorum et ab unione sive gremio sanctae matris ecclesiae descendentium seu excommunicatorum, quibus de iure ecclesiastica negatur sepultura, temere, violenter et per potentiam, cui pauperes parochi resistere nequeunt, non verentur ecclesiasticae [se] ingerere sepulturae, propter quod ecclesias ipsas et cimiteria contigit sepe execrari, sacra sinodus periculis animarum obviando, ne propter eiusmodi haereticorum sepulturas, pii homines a devotione consueta remorentur seu retrahantur, et per intermissionem auditionis divinorum officiorum negligentiores ad illam

---

[1]) Luka w oryginale.

prosequendam postea reddantur, statuit iuri communi innitendo, ut si taliter sepulti fuerint iudicio ecclesiastico in vita pro publicis haereticis pronuntiati et declarati, abstineatur omnino in illis ecclesiis et locis a divinis officiis, donec ipsi sepulti, si ab aliorum corporibus discerni potuerint, inde quoquomodo exhumentur et foras eiiciantur, ne censura ecclesiastica vilescat. Si autem discerni non poterint, ex dispensatione loci ordinarii, seu eius officialis licebit sacerdotibus et aliis clericis officia divina peragere. Quod si vero declarati non fuerint, sacra sinodus non putavit a divinis abstinendum esse, ut quibus vivis communicatum est, communicetur et mortuis, domini tamen locorum ordinarii aut eorum officiales sine more consulantur in utroque casu, qui ad requisitionem ipsorum parochorum aut clericorum, quorum templa per huiusmodi sepulturam existimarentur execrata, iudicabunt prout de iure, quidnam faciendum fuerit, dabuntque licentiam in locis ipsis execratis ad tempus reconciliationis sacra peragendi. Et nihilominus, si videbitur expedire iudicio cum violatoribus libertatis ecclesiasticae agere, dni locorum ordinarii omnino id non negligant, neque praetermittant [1]) suis cura et diligentiis, postquam ad eos fuerint delati.

14. Perversam quorundam consuetudinem recens introductam et iuris communis abusum reprobando, sacra sinodus sanccivit, ne quis presbiterorum aut ecclesiasticarum personarum iusiurandum quodcunque, etiam iudicialiter delatum, in manibus iudicis saecularis audeat praestare sub poena suspensionis ab officio, sed quum illi delatum fuerit iuramentum, ad illud praestandum iuxta veterem consuetudinem se remitti ad suum ordinarium aut officialem eius petat, vel licentiam illud praestandi in manibus alicuius ecclesiasticae personae ab ordinario impetret.

15. Deinde sacra sinodus Rmos dnos archiepiscopum et episcopos, praesentes ibidem et absentes, coram illorum nuntiis supradictis reverenter, ut par est, venia impetrata, est solenniter adhortata ad infrascripta exequenda.

16. Inprimis innitendo statutis provincialibus de vita, moribus et conversatione eorum, ut scilicet exemplariter citra ullam offensam vivant, fastum, luxum et avaritiam (a quibus clerici potissimum male audiunt) fugiant, sintque religionis magistri et in lege Domini sui die ac nocte meditentur, prout latius in Lovitiensi congregatione sunt adhortati, curias suas reforment, familiam scandalosam, vel de haeresi suspectam, a se ablegent alienentque, muneri officioque suo diligenter intendant, viros doctos, qui praestarent et exemplo vitae et verbo doctrinae, etiam externos theologos et iuristas in curiis suis servent, quorum consiliis ecclesiam Dei recte gubernare, ignarosque et debiles in fide, ac ad ecclesiam redire cupientes docere, et conscien-

---

[1]) Cod. praemittant.

tiarum suarum magnum scrupulum tollere, et eos secum per dioceses suas lustrandi, ab haeresique, ubi fuerit opus purgandi, ducere aut loco sui ad docendum et praedicandum mittere possint, ad quod sumptui omnino non parcant.

17. Quia vero ad haereses ipsas extirpandas nullum aliud inveniri potest remedium praesentibus, quam concilium generale oecumenicum, curabunt Rmi dni archiepiscopi et episcopi adhuc vel per proprium nuntium, vel per litteras sinodaliter scriptas supplicare sedi Apostolicae, ut sopitis bellicis tumultibus, quibus tota flagrat Italia, concilium ipsum oecumenicum prosequatur, in quo periclitanti religioni consuli possit, interea tamen temporis dni locorum ordinarii contra haereticos ipsos processus iudiciarios instituere non negligant nec praetermittant.

18. Item in curiis suis pauperum clericorum oppressorum procuratores et officii instigatores foveant et eos provideant et salarient, ipsis pauperibus parochis proventus occupatos iuxta olim Gamrathi statutum evincant, quod merito facere debent, vel uti praesides et patroni ecclesiarum in sua diocesi constitutarum.

19. Item dni locorum ordinarii contra capitaneos negligentes monitoria pro exequutione petenda non denegent, sed capitaneos ipsos iuxta statutum regni ad id exequendum etiam censuris ecclesiasticis mediantibus compellant.

20. Item episcoporum praefecti et consanguinei non modo ipsi clerum non opprimant, verum eos defendant, et redditus eis debitos sine difficultate ulla pendant.

21. Item in iudiciis regiis et aliis saecularibus propter pauperum iustitiam custodiendam, dni episcopi tempore comitiorum celebrationis iudiciorum, dum eos, ubi eiusmodi aguntur iudicia, fieri contigerit, sedeant, quandoquidem proprium munus et peculiare sit eorum iustitiae pauperum hominum et praesertim clericorum ubique opitulari, quoquidem nomine multorum sibi gratiam et favorem conciliare possent.

22. Item liberalitatem erga ecclesiam et pauperes, nec non militares homines in omnes exhibeant, et ad futura comitia favores magnatum, eorum praecipue, quos noverint praestare ingenio, esseque in auctoritate et reputatione multa apud homines, sibi concilient, et nuntios terrestres in comitiis secum teneant, et pro illorum electione in particularibus conventibus laborent.

23. Item ecclesias collegiatas praesertim desolatas et in quibus officia divina raro a praelatis et canonicis peraguntur, diligenter visitent, et praelatos ac canonicos steriles, nullumque exemplum bonum in ecclesiis illis praestantes, sed otiosos et nullam honestam exercitationem facientes, immo

scandalose viventes, venationibus et comessationibus indulgentes, ad officium revocent, et non promotos ad suscipiendum sacros ordines per subtractionem proventuum vel privationem beneficiorum compellant, dignum namque est, ut si volunt de altari vivere, altari serviant, curentque, ut in eisdem collegiatis viros doctos in theologia et iure canonico ponant iuxta statutorum provincialium dispositionem.

24. Item ut semper unus ex dnis episcopis in aula principis maneat, ecclesiarum et religionis negotia custodiat, aut secretarios sumptibus suis teneant, qui eos de singulis rebus, quae in curia aguntur, certiores reddere possent.

25. Item quia contra plerosque dnos episcopos, seu eorum factores et bonorum ecclesiasticorum praefectos fiunt sepe querimoniae a subditis bonorum eorundem, quod eos novis insolitis, inauditisque exactionibus, oneribus, laboribus et angariis divexant, non sine scandalo plurimorum saecularium, quum tamen inter ecclesiasticos et saeculares subditos deberet esse differentia, igitur sacra sinodus innitendo statutis prioribus decrevit, ut omnino capitula bona episcopalia de triennio in triennium, aut quando opus fuerit, per duos de collegio suo visitent ac lustrent, et si quid eiusmodi oneris noviter adinventum compererint, dominum episcopum modo quo supra praemoneant, ac postea ubi ab oppressionibus huiusmodi non se continuerit, Rmo dno archiepiscopo aut sinodo deferant cohercendum.

26. Item hospitalia, quorum intra cetera episcopi officia curam gerere debent, non negligant, quin provideant ubique diligenter, ut ab hiis, qui illis ministrant, recte et fideliter omnia gerantur, et ne quicquam aliorsum, quod absit, de proventibus illorum convertatur, quam ad destinatum usum. Et ea ipsa, ut tenentur, quantum possent ex eo patrimonio Christi, cuius sunt dispensatores et praepositi, sustentent, adiuvent et alant. Acta sunt haec Pyotrcoviae anno, die, mense et praesentibus, quibus supra.

XVI.

Kontrybucyja uchwalona na synodzie prowincyjonalnym Piotrkowskim z r. 1557.

Articuli contributionem concernentes et instructionem pro nuntiis, ad Regiam Maiestatem in sinodo Pyotrkoviensi anno Domini 1557, die 17 Maii celebrata deputatis, continentes.

1. Quia Sacra Maiestas Regia, dominus noster clementissimus, una cum universo senatu suo nuntiisque ordinis militaris et in comitiis praeteritis Warssaviensibus et in hac sinodo per Magnificum dominum Stanislaum Du-

nyn, castellanum Inowlodzensem, expositis gravissimis huius regni periculis et necessitatibus undique ab hostibus christiani nominis, et aliis ipsi regno finitivis imminentibus, aliquod subsidium charitativum ab universo clero regni, ad propulsandam vim ipsorum hostium sibi dari postulavit. Tametsi quod clerus in percipiendis proventibus suis, et praesertim decimulis, usque adeo gravetur et opprimatur, ut iam alicubi vix dimidia illarum pars ad se perveniat, sacra tamen sinodus in gratiam suae Maiestatis et necessitatem Reipublicae regni contributionem duplam, hoc est per 24 grossos a marca argenti, pro hac vice tantum ex fructibus nunc crescentibus seu alias proventibus anni praesentis pro festo S. Martini confessoris et pontificis proxime futuro, per universum clerum saecularem et regularem suae Maiestati decrevit solvendam, ac ad singulas ecclesias cathedrales in manus collectorum primum per Rmos dominos Archiepiscopum et Episcopos, ac deinde capitula eorum, atque universum clerum modo infrascripto conferendam, nuntio Rmi dni episcopi Vilnensis solenniter circa hoc protestante, quod clerus ducatus Lithwaniae habuit iam et habet suas contributiones, quas in usum Reipublicae Lithwanicae contulit, et quod non consueverit unquam ille ipse clerus cum clero Poloniae contribuere neque voluit nuntius praedictus clerum ipsum ad aliqua nova onera subeunda submittere, de quo iterum atque iterum est protestatus.

2. Et quia pleraque sacerdotia ecclesiasticaque regni beneficia in suis proventibus decreverunt, tenebitur igitur unusquisque per se vel suum procuratorem aut arendarium iustum valorem universorum fructuum et redditum beneficii sui, oneribus deductis, medio iuramento corporali in manibus collectorum extimare ac deinde a singulis marcis argenti (marcam argenti decem florenis per mediam sexagenam pecuniarum computando) duplam, hoc est per 24 grossos pecuniae, solvere contributionem, quod quidem decretum ad Wladislaviensem, Poznaniensem et Ploczensem dioceses voluit sinodus debere esse valiturum.

3. Vicarii autem perpetui, altaristae et mansionarii tam cathedralium quam collegiatarum et parochialium ecclesiarum iuxta taxas suas antiquas, si illas habent, praesentem solvant contributionem, exceptis tamen vicariis perpetuis ecclesiae cathedralis Crac., qui ad instar vicariorum perpetuorum ecclesiae metropolitanae Gneznensis decreto sinodali, tempore olim Rmi dni Liathalicii Piotrcoviae facto, ab omni contributione sunt liberi perpetuo et in aevum. Quibus autem taxa antiqua non est, illi a qualibet marca usuali per duos grossos solvant, manuales vero vicarii, gratialistae et presbiteri non beneficiati per duos grossos, ministri ecclesiarum, campanatores, organistae, cantores et sacristae quilibet solvant similiter per duos grossos.

4. Item Rmi dni Archiepiscopus et Episcopi debent quisque ad capitulum suum in manus collectorum generalium contributionem suam consuetam quamprimum reponere, ut demum praelati, canonici, abbates et

clerus universus contribuat, ad quos processus et mandata sua per dioceses mittant quamprimum, et quod capitula ecclesiarum non prius contribuere teneantur, donec contributiones dnorum archiepiscoporum et episcoporum ad capitula mittantur et in manus collectorum reponantur et consignentur in effectu.

5. Item ut dni Archiepiscopus et Episcopi una cum suis capitulis singuli deputent duos collectores generales ex praelatis vel canonicis ecclesiarum suarum, qui salarii nomine habebunt per quinque marcas, qui quidem collectores in consuetis locis diocesum succollectores deputabunt, quorum singuli salario trium marcarum erunt contenti, hoc autem amplius a solutione contributionis de suis sacerdotiis erunt liberi, immunes et exempti.

6. Porro succollectores pecunias contributionis deferant ad metropolitanas et cathedrales ecclesias in manus generalium collectorum, qui de eadem rationem facient sufficientem, collectores vero generales pecuniam contributionis in capitulis metropolitanarum et cathedralium ecclesiarum deponant et rationem de tota contributione suae diocesis capitulo faciant, capitula vero contributionis rationem sinodo provinciali proxime futurae facere tenebuntur.

7. Visum est praeterea sacrae sinodo, ut duo nuntii e medio dominorum nuntiorum capitularium ad sacram Maiestatem Regiam mittantur, qui suae Maiestati in praesentia et cum scientia Rmi dni episcopi Vilnensis et Rdi dni regni Poloniae vicecancellarii principio commendent orationes ac fidem erga suam Maiestatem regiam promptamque subiectionis et servitutis totius huius provinciae cleri misere afflicti exhibitionem deinde exponant, quod licet clerus ipse sit maiorem in modum ab ordine saeculari oppressus et undequaque in suis bonis, subditis, proventibus, decimis et aliis obventionibus spoliatus, constrictus, accisus et attritus, maxime autem a mercenariis militibus, ad bellum praesens Livonicum transeuntibus, adeo, ut plerique sint, qui non habent, unde victitent; nihilominus tamen accomodantes sese suae Maiestatis voluntati et desiderio contributionem suprascriptam ex fructibus anni praesentis pro festo, ut praemissum est, Sancti Martini sucepit faciendam et praestandam et non sine gravamine suo nimio. Quae contributio siquidem collata non ascenderit ad summam antea contribui solitam, mirari et aegre ferre non debet sua Maiestas, multa etenim sacerdotia, multaeque parochiales sunt propter oppressionem ipsam et per haereticos non modo desolatae, verumetiam suppellectili aurea et argentea, quae etiam ad opes regni pertinebant, nempe calicibus, crucibus, apparatibus et rebus aliis spoliatae et pleraeque occupatae, dominis fundorum illorum proventus, non sine infoelici quodam omine, sibi de facto usurpantibus et percipientibus.

8. Quare supplicandum erit suae Maiestati, ut exemplo maiorum suorum, ecclesiarum Dei in regno suo existentium, iamque in dies decrescentium,

tuitionis officium assumere dignetur, memor iusiurandi in coronatione sua praestiti, haeresesque et seminatores illarum e regno et dominiis suis propellere et exterminare, scholas haereticorum dissipare, ecclesias per haereticos occupatas una cum sanctuariis earum et proventibus occupatis in pristinum statum vindicare et restituere, bibliotecas libris haereticis e Regio Monte et Germania plenas repurgare, blasphemias ac famosos libellos, quae sunt fomentum totius mali in Republica, quaeque multa mala pepererunt, et Varschoviae publice in comitiis sub oculis suae Maiestatis contra mandata et edicta sua per audaces et sceleratos homines venumdata sunt, de cetero excludere, punire et auctoritate sua regia, una cum talium auctoribus comprimere velit. Haec ubi ita facere dignabitur sua Maiestas, regnum et imperium sibi constabiliet, et ultionem divinam tot et tantis malis haud dubio imminentem avertet. Dignetur quoque sua Maiestas statuta regni contra haereticos et censuris ecclesiasticis insordescentes dudum edita exequi, et capitaneis, ne in exequutionem illorum appellationibus deferant, nec dilationes frivolas admittant, severius dare in mandatis. Et praesertim surrogato Calissiensi, Alberto Marschewski, qui eo, quod manifestus est haereticus, nullam contra insordescentem exequutiones facit.

9. Praeterea a praefectis bonorum suorum regiorum decimas, census, aliosque proventus ecclesiasticos occupari sive illibertari non permittat, sed ad praestandos eos sub privatione officii cogat, praecipue dnum Liesczinski capitaneum Radzieioviensem, qui tres parochiales exinanivit et in nihilum redegit, haereticosque sacerdotes auctoritate propria in eis posuit, praeposito in Lubraniecz triginta ducatorum censum annuum regiae fundationis ex theloneo Radzieioviensi non solvit, decimis insuper in villis regalibus suae tenutae, ceterum ubique spoliat, cui cum tam audaces ausus impune transeunt, ceteri plerique eius exemplo exciti perpetrare talia non verentur, hic vero iam per dnos nuntios seu oratores exhibeantur Maiestati Regiae ecclesiarum nomina per haereticos occupatarum, illarum, quae et propter oppressionem a saecularibus sunt desolatae.

10. Exponatur etiam suae Maiestati, quod cives Gedanenses eo audaciae sunt progressi, ut circiter viginti florenorum millia de ecclesiasticis apud se proventibus, quos olim pro sustinendo divino cultu piorum contulerunt manus, occuparunt, sibique ac usibus suis nepharie usurparunt, usurpentque et exclusis ab se catholicis sacerdotibus, haereticos in templorum cathedris tenere collocarunt, qui contionantes doctrina sua prava et erronea plurimos homines, novarum rerum cupidos, scandalisarunt et in damnatam sectam haereticam pertraxerunt, suppliceturque per dominos sinodales nuntios suae Maiestati, ut quemadmodum Serenissimus bonae memoriae suus parens, civitatem illam olim ab similibus ausis et erroribus revocavit, repurgavitque, ipsa quoque Maiestas sua, innitendo constitutionibus per memoratum parentem suum eidem civitati concessis, ipsam ad officium et religionem

sanctam a maioribus suis sibi per manus traditam reducere, noxiaque illius membra auctoritate sua regia, uti catholicus princeps, curare et sacerdotes catholicos restituere, ac pro eorum sustentatione proventus ecclesiasticos praedictos eis rursum dimittendos mandare dignaretur, rem piam et christiano principi dignam, hoc nomine sua Maiestas factura.

11. Exponatur item de oppressionibus ac rapinis et spoliis subditorum ecclesiasticorum, quibus miseri a militibus, mercede ad bellum Livoniense conductis, stativaque inter proficiscendum non nisi in bonis ecclesiasticis facientibus ac stationes vi extorquentibus, sunt afflicti, exhausti, funditusque exinaniti, quas stationes sicubi, vel propter inopiam, vel quod inique et praeter aequum phasque extorquebantur, denegari contingit, denegantes crudelissime tractati a militibus. non habentibus verbera infligentibus, mulctati sunt itaque misere bobus, iuvencis, vaccis, mutonibus, vitulis, porcis, gallis anseribus, lacticiniis, pecuniis, quae ad vasa cerevisiae et avenam comparandam ab invitis extorquebatur, ceterisque rebus, quas cupidorum hominum miserabilis libido volebat, omnibus. Videre itaque est hoc tempore miserrimam conditionem cleri, eiusque subditorum, qui praeterquam, quod paulo ante diuturna eaque asperrima hyeme multa incommoda pertulerunt, frugum, ceterarumque rerum ad victum spectantium, ex sterilitate anni praeteriti nimia pressi, mox in pendendum bellicum contributum coniecti, nunc demum novissime a militibus mercenariis, his inquam militibus, in quos ipsi aeque ac regnicolae quique mercedem sive stipem de facultatibus suis conferunt, conculcati, destructi, exinanitique sunt, adeo, ut plane reliquum pro vitae suae sustentaculo, maxima eorum pars habeat nihil, pars vero aegre sese cum clericis et familia sustentet; et proinde supplicandum suae Maiestati, praeter quem solum et unicum, ad quem in hisce tot tantisque adversis nostris confugiamus opis et iustitiae consequendae causa, alium habemus neminem, miserere dignaretur eius tantae calamitatis nostrae nostrorumque subditorum de praedictisque militibus iustitiam opportunam praestare. Quo quidem nomine et sua Maiestas se principem iustissimum declarabit, et alios in posterum docebit milites, periculosum esse sumpta pecunia publica sine ratione homines rapinis et depactionibus divexari.

12. Exponatur et illud, quod quidam Brandisz aulicus regius, custos salis in Maiori Polonia, qui praetextu inquirendi eiusmodi salis in villis bonorum ecclesiasticorum, cameras et scrinia aperiendo, pauperes mirum in modum depactavit et expilavit depactatque et expilat aliquando.

13. Exponatur quoque nimia licentia et audacia quorundam hominum saecularium erga sacerdotes, qui nulla in eos iurisdictione habita non contenti eo, quod rebus eorum illos spoliant, sed et verberibus et vulneribus in eos seviunt, quemadmodum nuper contingit dno Obiezierski canonico Poznaniensi.

14. Praeterea exponendum decrevit sacra sinodus suae Maiestati, quod universus clerus Lithwanicus similiter in eodem ducatu a magnatibus saecularibus illius opprimitur, et dni episcopi iurisdictione sua ecclesiastica, bonisque spoliantur, ac miris iniuriis afficiuntur. Quare supplicandum est suae Maiestati, ut clerum ipsum, cuius fidem erga se et devotam subiectionem semper prospectam habuit, pro officio pii et catholici principis defendere ab hiisque iniuriis vindicare nec non privilegium per suam Maiestatem in Brzesczie contra haereticos concessum et manu sua regia conscriptum in ducatu ipso Lithwaniae in exequutionem ponere dignetur.

15. Postremo exponatur iniquitas et perfidia immanissimi sceleris perfidorum Iudeorum, christiani nominis hostium perpetuorum, qui anno superiori in Sochaczow et in Kaliss in sacrosancto corporis dni nostri Iesu Christi sacramento perpetrarunt, et in aliis etiam locis huius provinciae infantes christianorum diversis tormentis enecarunt, per quos magna contumelia et levitas Christo et fidelibus eius est irrogata, ab his praesertim, quos propria eorum culpa in Iesum Christum salvatorem suum admissa servituti Christianorum subiecit, gloriantyrque ex eo, et insultant christianis, quod non modo de omnibus illis, qui noxii erant, non modo meritum non est sumptum supplicium, sed hic quoque, qui anno superiore Calissiae corpus domini nostri Iesu Christi vendiderat[1]), licet fuerit per confessionem propriam convictus, nescitur ad cuius instantiam libere et impune dimissus est. Sed et quaedam privilegia ac libertates seu immunitates ad perpetranda maiora facinora et scelera dicuntur ipsi Iudei obtinuisse, non sine magno scandalo et ignominia Christianorum. Accidit quoque tanta illorum impunitate et audacia horrendum hoc facinus, quod diebus sacris praeteritis Paschae, quaedam scelesta mulier, falso nomine Christiana appellata, in Kowalie diocesis Wladislaviensis sumpto impurissimo animo corpore Christi, illud ex ore suo ausa fuit extrahere et in panniculo reservare, animo, ut dicitur, Iudeis vendendi, quod quia Christianis circumstantibus visum est, mox de manibus illius nequam mulieris, e templo iam abeuntis, ereptum est. Quare supplicandum etiam erit Maiestati regiae, dignetur non connivere ad obrobrium eius, qui probra manu delevit in cruce, nec permittat esse in servitute filios liberae apud filios ancillae, qui statuat, ut iuxta sacros canones et leges habeantur pro filiis reprobis illius, in cuius necem nequiter conspirarunt, seque saltem per effectum operis recognoscant servos illorum esse, quos Christi mors liberos fecit. Revocare ergo dignetur sua Maiestas propter haec scelera, quae Iudei ipsi perpetrarunt, omnes libertates, immunitates et exemptiones ipsis pridem et nuper in obrobrium et confusionem Christiani nominis concessas, quandoquidem per has aperta sit via et aditus ad fraudes et scelera impune perpetranda. Acta sunt haec Pyotrcoviae anno, die, mense, quibus supra. L. S.

---

[1]) Cod. sed. his..... vendiderant.

XVII.

Uchwały synodu prowincyjonalnego Warszawskiego z r. 1561.

Sinodus provincialis acta Varsszavie IIII Martii anno 1561.

Decreta et constitutiones sinodi provinciae Gneznensis Varssaviae anno domini 1561, die Martis quarta mensis Martii, praesidente Rmo in Christo patre dno Iohanne Przerambski, archiepiscopo Gneznensi legato nato et primate, convocatis de more episcopis, capitulis et abbatibus eiusdem provinciae.

In nomine Sanctae et Individuae Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti sacrosancta sinodus provincialis Varssoviae anno domini millesimo quingentesimo sexagesimo primo, die quarta mensis Martii, invocata de more gratia Spiritus Sancti et sacrificio missae in ecclesia collegiata Varszoviensi supplicationibusque et litaniis de more peractis ad laudem et gloriam eiusdem Sanctissimae Trinitatis, fideique catholicae exaltationem est solenniter celebrata, praesidente in ea Rmo in Christo patre ac dno Iohanne Przerambski, Dei gratia archiepiscopo Gneznensi, legato nato et primate, et in praesentia Rmi in Christo patris dni Berardi Boniannis episcopi Camerinensis, Sanctissimi domini nostri Pii papae quarti etc. sanctaeque sedis Apostolicae ad Serenissimnm principem et dominum Sigismundum Augustum, Poloniae regem, eiusque dominia nuntii etc., praesentibus Rmis in Christo patribus dnis Philippo Padniewski Crac. et regni Poloniae vicecancellario, Iacobo Uchanski postulato Vladislaviensi, Andrea Nosskowski Plocensi, Valentino Herbolth Praemisliensi, Nicolao Volski nominato Chelmensi, Dei gratia episcopis, ac Rdis et venerabilibus dnis Adamo Montano, sacrae theologiae professore canonico et Rmi dni Barthasaris Wratislaviensis, baronis Pleznensis ac supremi per utramque Silesiam capitanei, Andrea Kraiewski Poznaniensis, Narkuski archidiacono Vilnensis, Iohanne Rzecziczki archidiacono Luceoriensis, Gregorio Czerno Samogitiensis episcoporum nuntiis, necnon Martino Galczinski et Francisco Krassinski iuris utriusque doctore, canonicis Gneznensibus, Andrea Przeczlawski scholastico et Stanislao Slomowski canonico et suffraganeo Crac., Felice Rilski Vladislaviensi et Andrea Iuchniczki Pomeraniae in in ecclesia Vladislaviensi archidiaconis, Stanislao Obiezierski, Paulo Sarbinio sacrae theologiae professore [canonicis] Poznaniensibus, Paulo Glogowski archidiacono et Martino Gosliczki iuris utriusque doctoribus canonico Plocensibus, Iohanne Bielieczki canonico Praemisliensi, Leopoliensis et Praemisliensis ecclesiarum nominibus, Stanislao decano et Iohanne Piotrkowski canonico Chelmensibus ac suprascripto dno Stanislao Narkuski ecclesiae Vilnensis, Iohanne Rzecziczki Luceoriensis ac Gregorio Czerno Samogitiensis etiam nominibus ecclesiarum

suarum ac Venerabilibus et religiosis dnis Stanislao Falienczki Szulieioviensi, Alexandro Mielienski Trzemesnensi, Andrea Dzierzanowski Vagroviensi, Iacobo Roskowski Landensi, Martino Byalobrzeski Mogilnensi, ... [1]) Karwiczki Vąchocensi, Felice Regowsky Sieczlechoviensi, Gasparo Girskaw Olivensi, Petro Kamienski Bledzoviensi, Iohanne Vegorzewski Przemetensi, Iohanne Bielenczki Obrensi, Paulo [de] Makolin Plocensi, Stanislao Falieczki Czervinensi abbatibus et Alberto a Msczonow praeposito Iesoviensi.

1. Principio cum animadvertisset sacra sinodus ecclesiam Dei permissione divina variis scindi haeresibus, multisque aliis turbari malis, nec videret aliud ad placandam iram eius divinae Maiestatis posse inveniri remedium, quam ut exemplo sanctorum patrum unusquisque relictis viis suis iniquis convertatur ad eum in fide, spe, charitate per poenitentiam et aliis piis operibus, nihil hesitantes de misericordia eius, quoniam benignus et placabilis est, quod aliquando et ipse conversus respiciat lachrimas et preces ecclesiae suae et faciat cessare manum suam in nos sevientem; decrevit innitendo constitutionibusque praedecessorum suorum, ut continue ubique per universam provinciam preces et supplicationes tam a clero in precibus matutinis et vespertinis pro pace et unitate sancte ecclesiae ac quiete, haeresibusque extinguendis ad dominum Deum faciat, in contionibus vero publicis per contionatores ad supplicandum Christi fideles invitando.

2. Deinde, ut sublatis omnibus occasionibus peccatorum ira divina placari posset facilius, innitendo sacris canonibus et constitutionibus ....

3. .... [2]) gregent, et doctrina catholica in unitate fidei confirment, illique dispendia et pericula haeresum horum temporum exponant et declarent, abusus in decanatibus ruralibus emendent et corrigant oppressiones sacerdotum et ecclesiasticorum bonorum et proventuum alienationes, illibertationes, rerum ex ecclesiis, per haereticos sublatarum, direptiones et sacrilegas prophanationes, fundorum ecclesiasticorum occupationes in summa omnium rerum inventaria sufficientia diligenter conscribant et conficiant. Per hanc nihilominus constitutionem officio archidiaconali in constitutionibus sinodorum superiorum praescripto nulla in parte derogando, sed eos magis in eorum officio hortando et adiuvando.

4. Deinde haec sacra sinodus renovandas veteres constitutiones constituit et decrevit, ut Rmi dni loci ordinarii circa suas cathedrales ecclesias sepius comorentur, et cum capitulis suis de defectibus ecclesiarum suarum et totius diocesis consultent et admonitiones fratrum suorum capitularium, aequo animo ferant, et eos ut fratres debito honore prosequantur, ipsique per se, si possunt populo propter exemplum contionentur, aut doctos et disertos contionatores in curiis suis habeant, ordines sacros statutis temporibus celebrent, sacramentum confirmationis in solennioribus festis populo conferant,

[1]) Luka w oryginale. — [2]) W tem miejscu brakuje w rękopisie N⁰ 1288 jednej kartki.

causas sacerdotum, clericorum et subditorum suorum diligentius ipsi audiant, aditumque omnibus iustitiam petentibus ad se liberum permittant.

5. Capitaneos, factores, arendatores et alios bonorum suorum officiales pios et catholicos habeant, ac in officio adeo diligenter eos contineant, ne per tyrannidem eorum exactionibus poenarum iniustis, inconsuetis laboribus et aliis angariis, silvarum excisionibus, ac limitum seu granicierum non diligenti providentia, bona ecclesiastica diripiantur et desolentur.

6. Item decrevit et constituit haec sacra sinodus, ut omnes fructus et proventus beneficiorum et ecclesiarum per haereticos occupatarum, utpote ex sanctuariis, beneficiis, censibus reemptionum et aliis per Rmos dnos loci ordinarios, quoad fieri per eos poterit, recuperentur, atque ex manibus haereticorum liberentur, parsque ex huiusmodi proventibus illis vicinis parochis, qui sacramentis ecclesiasticis populos, ecclesiis suis per vim haereticorum spoliatos, administrant, impartiatur et assignetur, atque eorum beneficiorum occupatorum proventus diligenter conscriptos, in suis capitulis cathedralibus asservari tantisper iubeant, quoad per divinam misericordiam ad ecclesiae catholicae unitatem, ipsae ecclesiae occupatae restituantur, illosque populos catholicos, ut praefertur, ecclesiis suis spoliatos, vicinis parochis auctoritate ordinaria adiungant.

7. Item innitendo prioribus sinodalibus constitutionibus haec sacra sinodus decrevit, ut dni loci ordinarii ad ecclesias cathedrales et collegiatas non pueros sed viros doctrina et virtutibus conspicuos aut nobilitate familiae claros, qui his calamitosis temporibus ecclesiam Dei consiliis et aliis necessariis adiumentis iuvare possent, darent, idque, (quod absit) absque aliqua labe simoniae.

8. Et quoniam archidiaconorum officium, adeo sit in ecclesiis Dei necessarium, ut etiam archidiaconi a patribus oculi episcoporum vocantur, decrevit haec sacra sinodus, ut eorum electio iuxta statuta provincialia et dispositionem bullae Leonis decimi per omnia observetur [1]). Curias suas iuxta canones et statuta reformatas habeant, cancellarios theologos, iurisperitos contionatores, capellanos et aliquos magistros, qui iuvenibus, in curiis eorum existentibus, lectiones legere possent, sumptibus non parcendo, foveant, suspectos de haeresi et scandalosos ad servitia sua non admittant, immoque tales a curiis suis abalienent.

9. Item ut proventus suos episcopales ita dispensent, ut illud, quod eis ultra sumptus annuales pro dignitate episcopali faciendos superest, ecclesiis, scholaribus, pauperibus et in alia pia opera non autem ad coemendas villas et possessiones fratribus et consanguineis suis, uti aliqui fecerunt cum magno scandalo hominum, dispensent. Hinc enim ut ecclesiae patres paupe-

[1]) Wężyk, Constitutiones sinodorum etc. (ed. z r. 1761) str. 48.

rum haberentur et essent, fideliterque bona commissa dispensarent, imperatores, reges et alii pii homines permoti sunt, ut tam amplis praediis episcopos, collegia et monasteria ditarent, constitutionibusque patrum est cautum, ut quarta pars proventuum ecclesiasticorum pauperibus cederet.

10. Item ut sacerdotes beneficiis per vim haereticorum spoliatos ad curias suas accipiant, aut eis provisionem honestam faciant, ne habeant occasionem ad haereticos propter inopiam confugiendi.

11. Item antiqua statuta renovando, ut in curiis suis sindicos et procuratores habeant, qui pro iniuriis et proventibus pauperum sacerdotum in iudiciis causam agant, proventusque occupatos sumptibus Rmorum dnorum loci ordinarioriorum evincant, ne piae fundationes intereant.

12. Item haec sacra sinodus decrevit, ut Rmi dni loci ordinarii capitaneis et factoribus suis inhibeant, ne decimas manipulares et alios proventus, utpote missalia, in bonis suis personis ecclesiasticis illibertari permittant.

13. Item haec sacra sinodus decrevit et constituit, ut Rmi dni loci ordinarii reformationem in membris iuxta praescripta canonum et statutorum provincialium in spiritu tantum lenitatis et in charitate paterna, iuxta doctrinam Apostolicam faciant, ita tamen, ut in gravioribus criminibus, tam in clerum quam populum non est adeo remittenda disciplina ecclesiastica, sed quanto depravatiora nunc sunt tempora, tanto magis extendendum est, neque enim pastor, qui animarum est medicus, pestes et scelera eiusmodi publica patienter ferre, ad eaque connivere debet.

14. Item haec sacra sinodus calumniis et scandalis haereticorum obviando, quamvis in vera doctrina catholicae ecclesiae nullos esse abusus constet, tamen si qui, vel negligentia vel ignorantia vel superstitione populi privatim, diuturnitate temporis, invecti sunt, Rmos et venerabiles viros in civitate Crac. videlicet dnum Andream Przeczlawski scholasticum Crac. tanquam superintendentem, Petrum Porembski officialem, Nicolaum Schadek sacrae theologiae doctorem, canonicos Crac., Sebestianum Clieparz theologiae doctorem decanum et Sigismundum Obrempski sacrae theologiae bacalaureum canonicum Sancti Floriani in Clieparz, Melchierem Leopoliensem provincialem et Lucam contionatorem sacrae theologiae doctores ordinis praedicatorum et modernum praedicatorem B. Mariae virginis in circulo Crac. ad colligendos et conscribendos huiusmodi abusus deputavit. Ut autem ad ipsum commodius exequi valeant, Rmi dni loci ordinarii ante ferias Pentecostes conscriptos, quos iudicaverint esse, abusus, ad praenominatos deputatos Cracoviam in litteris suis clausis mittere debent, qui suprascripti dni deputati ad futuram sinodum, sub tempus comitiorum celebrandam, mittere debebunt diligenter revisos et in unam summam collectos. In quibus vere discordes fuerint, ad sacram sinodum, sub tempus comitiorum celebrandam cognoscendos, perscribent.

15. Item si ob non residentiam alicuius in beneficio curato negligentia committetur, Rmi dni loci ordinarii iuxta constitutionem Gregorii decimi in concilio Lugdunensi et in concilio Tridentino [1]) repetitam per idoneorum vicariorum deputationem et congruae portionis fructuum ex eodem beneficio curato eiusdem assignationem provideant, ne cura animarum negligatur.

16. Et quoniam monasteria apud patres nostros erant officinae cultus divini et pauperum quaedam cellaria atque sanctimoniae et virtutum scholae, nunc vero in luxus ambitionis et prophanorum studiorum domicilium pleraque conversa sunt, unde multi saeculares homines scandalisati bona monasteriorum diripere et in alium usum, quam sunt fundata, convertere conantur, proinde haec sacra sinodus innovando statuta antiquiora decrevit et constituit, ut ad abbatias non nisi per legitimam et canonicam electionem abbates assumantur, pacta illicita labe simoniae redolentia cum saecularibus et ecclesiasticis personis circa electiones non adhibeant, vitam et conversationem regularem in omnibus servent, habitum et tonsuram monasticam deferant, ab usu vestium sericarum omnino abstineant, illudque, quod eis ultra impensas ad victum et alia onera monasteriorum necessaria superest, in pia opera, utpote in ecclesias, pauperes, studiosos dispensent, familiam copiosam et non necessariam non habeant.

17. Praeterea, praepositos seu plebanos suos, quos ipsi abbates seu praepositi ad parochiales praesentare consueverunt ecclesias, tempore eorum presentationis et expost ad nullas sibi aut monasteriis suis pensiones praestandas depactent, aut eas reservari quovis quaesito colore procurent, diminutionem sacerdotiorum huiusmodi faciendo contra iuris dispositionem, quo cavetur, ne beneficia ecclesiastica cum diminutione aliqua conferantur. Propterea ad occurrendum simoniarum pesti, sinodali decreto statuitur, ne plebani vel praepositi ad praestationem talium pensionum omnino sint obligati, si notam labis predictae evitare velint, sub poena privationis beneficii, abbates autem predicti et praepositi pensiones huiusmodi deinceps non exigant, immo si quas exigerint aut aliquod per eos a sacerdotiis praedictis ademptum fuerit, omnia taliter indebite percepta restituant hinc ad tres menses.

18. Et quia Rmus dnus archiepiscopus Gneznensis ex visitatione archidiaconi sui Loviciensis comperit a praepositura Iezoviensi per abbatem Lubinensem nonnihil pensionis esse reservatum, decrevit eadem sinodus, ut omnino sua Ptas Rma auctoritate sua et praesentis sinodi decreto, contra praefatum abbatem ad restitutionem alienatorum procedat et proventus praepositurae redintegret; scholas puerorum una cum praeceptoribus in monasteriis suis iuxta statutum regni et statuta provincialia habere non negligant et qui ditiores sunt, aliquibus studiosis sui ordinis aut saecularibus scholaribus in Universitate Crac. impendant.

---

[1]) Sess. VII. De reform. cap. 3, oraz c. 14. De elect. in VI-to I. 6.

19. Et quoniam abalienationes bonorum monasteriorum eo usque processerunt, ut etiam verendum sit, ne sensim per huiusmodi alienationes bona monasteriorum penitus pereant, et a proprietate monasteriorum recedant, sancta haec sinodus inhaerendo antiquis constitutionibus et sinodalibus statutis decrevit, ne abbates et praepositi, similiter etiam abbatissae et priorissae cum conventibus suis aliquas venditiones, donationes, concessiones, locationes quascunque et quosvis alios contractus permutationis et alios cuiuscunque denominationis, aut emphitheoticos, etiam praetextu evidentis utilitatis ecclesiae, sine expresso consensu Rmorum dnorum loci ordinariorum et suorum capitulorum metropolitanarum et cathedralium ecclesiarum, sub poena depositionis et aliis poenis iuris faciant, alienata vero quacunque via superius descripta iuxta statuta priora ad decursum unius anni a quibuscunque personis tam ecclesiasticis quam saecularibus iuridico processu, vel alia quacunque ratione evincant, usuique et possessioni pristinae restituent, alioqui si negligentes intra hoc tempus in recuperandis bonis ipsis monasteriorum fuerint, diligentiasque legitimas dominis loci ordinariis non probaverint, extunc iidem dni loci ordinarii ad depositionem talium iuxta statuta provincialia procedere teneantur.

20. Ut autem certum seminarium clericorum et sacerdotum, quorum inopia, maxime hoc tempore, ecclesia laborat, constituantur, decrevit haec sacra sinodus, ut scholae, quae sunt seminaria virtutum, religionisque catholicae incolumitas sine studiorum auxilio nequaquam durare potest, in universum omnes tam particulares, quam etiam universale studium Crac. reformentur. Inprimis itaque universale studium Crac. iuxta dispositionem statutorum Rmus dnus episcopus Crac. unacum suo venerabili capitulo pro sua prudentia reformet, ceteri vero Rmi dni loci ordinarii scholas particulares tam circa metropolitanas, cathedrales et collegiatas ecclesias, quam etiam in parochialibus ecclesiis reformare curent, ac dominos scholasticos aut illos praelatos, ad quos de iure vel ex erectione aut fundatione provisio scholarum pertinet, providere magistros et praeceptores honestis solariis, praesertim si habeant praelaturas suas bene dotatas, compellant, sique aliqua dotatio antiqua particularibus scholis per parochos ecclesiarum fuerit adempta, per visitatores suos illam dotationem restituere mandent.

21. Ut autem scholares stimulis quibusdam ad studia allicerentur, statuit haec sacra sinodus, ut Rmi dni loci ordinarii in aliquo loco diocesum suarum commodiori, collegia instituerent, in quibus certo [numero] scholarium de victu et amictu providerent, ac stipendiis certis illos, qui ingenio et diligentia in discendo praestarent, contentarent, ex quorum numero aliqui successive iuxta uniuscuiusque aetatem et qualitatem ad sacros ordines promoveri et post susceptos ordines ad officia et munia ecclesiastica obeunda provehi debebunt. Hac enim ratione certum seminarium idoneorum clericorum haec sacra sinodus futurum sperat.

22. Speciatim vero sacra sinodus Rmum dnum episcopum Poznaniensem modernum admonet, ipsique iniungit, ut collegium et scholam circa cathedralem ecclesiam Poznaniensem diligentius et accuratius provideat, utilem, piam, atque saluberrimam collegii Poznaniensis fundationem et structuram, quam fecit Rmus dnus Iohannes Liubrancius antecessor suus, ut promoveat atque manu teneat, labefactarique per negligentiam non sinat, et summam capitalem pecuniarum, quam tulit et levavit ex oppido Stawiszin in bonis aliquibus, ubi tuto obligari possit, inscribi et obligari curet, aut saltem in manibus dnorum capituli sui illam intra trimestre una cum censibus retentis reponat et consignet et ordinationem ipsam collegii praefati, quoad fieri potest, meliorem et utiliorem ex certa assignatione proventuum mensae suae efficere studeat, pro ecclesiae et Reipublicae amore.

23. Quandoquidem caput sit perpetuum reformationis et disciplinae ecclesiasticae, si unusquisque in hac ecclesia militante officium suum praestet, ideo executionem canonum et statutorum provincialium, in quibus plenissime, quomodo unusquisque iuxta vocationem suam vivere, ac quomodo officium suum exercere debeat, continetur, apprime necessariam esse ducit. Quamobrem haec sacra sinodus considerans frustra condi leges, nisi debitae executioni demandentur, Rmos dnos loci ordinarios, inhaerendo statuto proxime praeteritae sinodi Petricoviensis, illudque declarando et augendo isto modo poenarumque praescripto ad faciendam omnium statutorum tam veterum quam novorum exequutionem arctat et compellit, ut scilicet capitula metropolitanarum et cathedralium ecclesiarum Rmos dnos suos archiepiscopos et episcopos super illis rebus, in quibus iuxta praescriptum statutorum non satisfacerent officio suo, modeste et cum reverentia debita admonerent. Quod si primam admonitionem non curarent, secunda vice totum capitulum per se (si dominus loci ordinarius maneret circa sponsam suam), absente vero, per litteras et nuntium suum eandem admonitionem repeterent. Quod si neque secundam curaret, ad dnum archiepiscopum per litteras suas, dato de diligentiis suis, ipsum deferant, post quam dilationem, si per unam Rmi dni archiepiscopi admonitionem, nihilominus in temeritate sua perseveraverit, deinceps dnus archiepiscopus poenam centum marcarum reponere huiusmodi dnum loci ordinarium vigore istius constitutionis sinodalis iure mediante cogat, ac poenis iuris id ipsum eum facere, toties, quoties officium suum absque legitima causa praestare recusaverit, compellat. Si vero gravatum se esse huiusmodi processu aliquis ex dnis loci ordinariis conquereretur, dnus archiepiscopus Gneznensis consilio Rmorum dnorum episcoporum Crac., Vladislaviensis et Poznaniensis, quid facto opus sit in hoc negocio, utatur, ita tamen, ut si alicuius ex praenominatis tribus dnis episcopis causae ageretur, dnus episcopus Plocensis pro consilio in eius locum sufficeretur. Et econtra si Rmus dnus archiepiscopus negligentiae alicuius in diocesi sua a capitulo suo notaretur, idem Rmi dni tres episcopi supranominati

contra eum ad poenam modo suprascripto procedant. Quod si dnus archiepiscopus post delationem legitimam alicuius capituli procedere modo praescripto ex conniventia aut negligentia contra aliquem ex dnis ordinariis neglexerit, extunc duplam poenam in principio proximae cuiusque sinodi provincialis reponere ita sit adstrictus, ut dni nuntii ex capitulis ad sinodum missi sinodalia negotia prius tractare non obligarentur, quoad huiusmodi poenas Rmus dnus archiepiscopus reposuerit, vel de diligentiis suis docuerit, aut causas legitimas coram sinodo eius rei non probaverit. Quod si dnus loci ordinarius poenas iuris a dno archiepiscopo promulgatas, animo indurato, quod absit, sustinuerit, extunc per Rmum dnum archiepiscopum sedi Apostolicae deferatur, capitula vero si in praemissis negligentiam admiserint, similibus poenis a Rmo dno archiepiscopo vigore decreti praesentis sanctae sinodi afficiantur. Quarum quidem poenarum medietas pro fabricis ecclesiarum, altera pro universitate studii Crac. applicetur.

24. Item constituit haec sacra sinodus, ut liber de administratione sacramentorum, qui vulgo agenda appellatur, per Rmum dnum archiepiscopum edatur, qui exhortationes Polonicas circa quodlibet sacramentum contineat, per quas Christi fideles intelligere possent, quid de virtute et efficacia uniuscuiusque sacramenti sentire et credere debeant, similiter etiam rudioribus contionatoribus, certus aliquis homiliarum liber, in lingua Polonica proponatur, ex quo populo non solum evangelia per anni decursum totius praedicare, sed etiam quid illae ceterae caeremoniae in baptismo et in aliis sacramentis significent, ad cathechismi formam explicare saepiusque inculcare populo possent, cathechismus polonicus.

25. Item haec sacra sinodus decrevit, ut doctores ordinarii in ecclesiis metropolitanis et cathedralibus lectiones in theologia et iuris prudentia statutis temporibus iuxta dispositionem ordinationis praebendarum pro doctoribus assignatarum legere non negligant, quod si vero ter per capitula sua capitulariter admoniti, officio suo non satisfecerint, per Rmos dnos loci ordinarios praebendis et canonicatibus priventur.

26. Item statuit haec sacra sinodus, ut dni loci ordinarii quatuor vel tres ad minus praebendas et canonicatus in singulis suis collegiatis ecclesiis infra spatium unius anni designarent, utque in earum vacatione viris ad obeunda munia ecclesiastica idoneis, qui continue circa illas ecclesias residere sub poena privationis tenentur, conferi per eosdem dominos loci ordinarios debebunt, qua in re sedis Apostolicae gratiam impetrant, ut eiusmodi canonicatus a provisionibus apostolicis, deinceps sint liberi, hac enim ratione solitudinibus ecclesiarum collegiatarum obviabitur.

27. Item obviando scandalis, quae crebra et indiscreta fulminatione interdictorum ecclesiasticorum propter leves causas a iudicibus ordinariis et foraneis promulgantur, decrevit haec sacra sinodus, ut deinceps nemo offi-

cialium praeter [1]) solos Rmos dnos loci ordinarios fulminare interdictum ecclesiarum valeat, Rmi vero dni censuram et moderationem adhibebunt, in quibus causis illud fulminari et promulgari fuerit necesse, iuxta iuris communis et statutorum sinodalium dispositionem.

28. Securitati vitae aliisque dispendiis et gravaminibus variis universo clero provinciae nostrae, quibus in executione processuum tam Rmorum dnorum archiepiscoporum et episcoporum, quam eorum officialium et iudicum delegatorum, et praesertim licentioso tempore hoc, ab insolenti nobilitate cum maximo dedecore ordinis ecclesiastici afficitur, prospiciendo, sacra sinodus statutum provinciale olim Petri Gamrati archiepiscopi, de exequutione processuum huiusmodi in casu insecuritatis praedicto facienda editum innovandum decrevit et praesenti constitutione innovat, ut scilicet constituto summarie de non tuto vel difficili ad citandum accessu, nobiles tales per edictum publicum die dominico aut celebri festo in eorum parochiis citentur et huiusmodi processus contra illos exequantur. Quod si parochialis illa, sub qua degit dictus citandus, fuerit ab haereticis aut alias quomodolibet occupata, ita, quod neque illic exequutori tutus potuerit ad exequendum ipsum processum aditus, extunc modo praescripto in alia parochiali illi loco vicina, vel aliquo proximo oppido, ubi fora exerceri solent, et ubi executor ipse secure versari poterit, citandumque sepius conversari contigit, citetur et copia citationis eidem relinquatur in porta oppidi vel templi alias in loco eiusdem oppidi publico, ita tamen quod terminus huiusmodi citationis non abbrevietur nimis, sed sit triginta ad minus dierum a die citationis computandorum, ut verisimile esset citationem perveniri posse ad notitiam citati; ubi vero nulla apparuerit ad citandum vel processum exequendum insecuritas, citandus tamen ne [2]) citaretur, adeo latitaverit, ut personaliter apprehendi non possit, extunc in tali casu factis bis de apprehendendo personaliter, absque ullo dolo diligentiis eisque processui adnotatis, citetur tertio in domo habitationis vel hospitii, ubi communiter citandum diversari contingit, per affixionem copiae citationis, vel ea in domo eius aut in manibus familiae vel amicorum illius relicta, et hoc modo citatum afficere debebit eiusmodi citatio, non minus, atque personaliter fuerit citatus, executor tamen in omni casu huiusmodi faciat fidem de insecuritate et diligentiis suis ac quod reliquerit copiam citationis, quod si a tali processu citationis appellatum fuerit, iudex ad quem, cognito de diligentiis eiusmodi processu huiusmodi citationis, adprobare vigore decreti huiusmodi sinodi sit obligatus.

29. Item sacra haec sinodus decrevit, ut Rmi dni episcopi ex Lithwania et Russia una cum suis capitulis unusquisque eorum cum capitulo suo possit per unum nuntium sinodo provinciali interesse, praesertim si propter legitimas causas ipsi Rmi dni episcopi interesse sinodo non potuerunt.

---

[1]) Cod. propter. — [2]) Cod. non.

30. Item haec sacra sinodus constituit, ut Rmus dnus archiepiscopus Gneznensis iuxta dispositionem statuti praeteritae sinodus Petricoviensis omnia statuta nova et vetera, per dnos deputatos in unum volumen compilata, quam primum tipis excudi curaret.

31. Quae quidem constitutiones, statuta et decreta lecta sunt et publicata in eadem sinodo, atque de consensu omnium et singulorum praelatorum et capitulorum per Rmum in Christo patrem et dnum dnum Iohannem, Dei gratia sanctae ecclesiae metropolitanae Gneznensis archiepiscopum, legatum natum et primatem, evulgata, in presentia Rmi patris et dni Berardi Bonioannis, Dei gratia episcopi Camerinensis, Sanctissimi dni nostri papae et sanctae sedis Apostolicae ad Serenissimum dnum dnum Sigismundum Augustum, Dei gratia regem Poloniae etc., nuntii suprascripti, illa audientis et bene intelligentis. Qui illa tanquam licita, honorabilia et honesta ibidem authoritate approbavit, confirmavit et ratificavit illisque robur authoritatis sedis Apostolicae pariter et decretum interposuit, non obstantibus aliis quibusvis contrariis obstantiis, decernens iuxta illa debere iudicari a quibuscunque iudicibus ordinariis et extraordinariis, alias irritum et inane, si secus a quoquam attentatum fuerit. Acta sunt haec Varsaviae in curia et palatio Serenissimi principis et dni dni Sigismundi, Dei gratia regis Poloniae, Magni ducis Lithwaniae, Russiae, Prussiae, totiusque Mazoviae etc. domini et heredis, in stuba superiore habitaculi regii, anno et die, quibus supra, praesentibus Rdis et Venerabilibus dnis Stanislao Dambrowski iuris utriusque doctore Gneznensi, Alberto Stharozrebski Crac. archidiaconis, Iacobo Milewski decano Lancziciensi, Gabriele a Lowicz Gneznensi et Luca Leopoliensi s. theologiae professoribus, Iohanne a Tharczin artium magistro Curzelioviensi canonicis. — Ex actis suprascripti Rmi dni Iohannis Przerambski, Dei gratia archiepiscopi Gneznensis, extractum et sigillo suae Rmae Ptis communitum, Stanislaus Borzimienski curiae et sinodi notarius.

XVIII.

Kontrybucyja uchwalona na synodzie prowincyjonalnym Warszawskim z r. 1561.[1])

Articuli partim contributionem et instructionem ad regiam Maiestatem, partim alia secretiora sinodi consilia concernentes in sinodo Warssaviensi conscripti anno 1561.

1. Quia sacra regia Maiestas dnus noster clementissimus in hac sinodo per Magnificum dnum Arnolphum Uchanski, castellanum Racziaznensem

[1]) Tę część uchwał synodu Warszawskiego ogłosił już p. Wierzbowski, Uchansciana IV. p. 227.

et capitaneum Wissegradiensem, expositis gravissimis huius regni periculis et necessitatibus, aliquod subsidium ab universo clero regni sibi dari et contribui postulavit, sacra itaque sinodus (tametsi quidem clerus pene universus in percipiendis proventibus suis tam per ademptionem fundorum et sanctuariorum, quam etiam decimis ipsis, adeo usque sit oppressus et gravatus, ut iam ad eum alicubi vix decimae illius aliqua pars perveniat), cupiens tamen suae Maiestatis gratiam sibi demereri, vidensque tam graves Reipublicae et Regni necessitates, contributionem duplam, hoc est per viginti quattuor grossos a marca argenti, iuxta antiquam taxam pro hac vice tantum ex fructibus futuris anni praesentis pro festo Sancti Martini confessoris et pontificis proxime futuro per universum clerum saecularem et regularem suae Maiestati decrevit dandam et ad singulas ecclesias cathedrales in manus collectorum per Rmos dnos episcopos et capitula in singulis diocesibus more veteri deputandorum persolvendam, quae tamen primum per Rmos dnos archiepiscopum et episcopos ac deinde per capitula atque postea per universum clerum a singulis sacerdotiis suis, exceptis vicariis parochialium ecclesiarum substitutis et gratialistis, ceterisque pauperibus, conferri debet. Et quia pleraque sacerdotia, ut praemissum est, in suis proventibus ab haereticis sunt occupata, aliqua scilicet in parte, aliqua in toto, igitur illi non tenebuntur ad contributionem huiusmodi solvendam, nisi de ea quotta proventuum, quae ad eos pervenit vel perventuram quis ad se sperat. Et in tali casu, praestito corporali iuramento in manibus exactorum per eum vel eius commendarium, qui soluturus est contributionem, a non perceptis, ut praemittitur, proventibus nihil contribuet, cuius iuramentum exactor in regestro adnotabit. Marcam autem argenti extimabit exactor florenos in moneta per mediam sexagenam pecuniae decem, et tunc a singulis marcis argenti solvet grossos viginti quatuor. Quibus vero taxa vetus non est, extunc solvent modo praemisso per viginti quatuor grossos a marca argenti. Proventus vero suos possessores beneficiorum medio iuramento corporali extimabunt, et secundum quod taxaverint, solvent. Collector autem dictae contributionis sit unus, qui contentus esse debet salario consueto quinque marcarum pecuniarum. Qui etiam in consuetis locis, hoc est in collegiatis ecclesiis, suos succollectores, etiam salario consueto eis assignato, ad colligendam huiusmodi contributionem constituent, quam postea deferent et ad capitula metropolitanae vel cathedralium ecclesiarum deponent, simulque ibidem in capitulis de illa rationem facient, quam deinde capitula in sinodo provinciali proxima repetere tenebuntur. Rogavit deinde obnixe sacra sinodus Rmum in Christo patrem et dominum dominum Philippum Padniewski, Dei gratia episcopum Crac. et Regni Poloniae vicecancellarium, ut, commendatis sacrae Maiestati Regiae totius cleri huius provinciae misere afflicti orationibus ac erga suam Maiestatem fide et subiectione, exponere suae Maiestati dignaretur, quod licet clerus ipse maiorem in modum ab ordine saeculari sit oppressus et in suis proventibus et obventionibus spoliatus, accisus et constrictus, adeo qui-

dem, ut plerique iam sint, qui non habent, unde victum habeant, nihilominus tamen accomodando sese voluntati suae Maiestatis contributionem suprascriptam ex fructibus futuris anni currentis recepit se solvendum et prestandum, licet non sine gravamine suo magno. Quod si contributio ipsa non ascenderit ad summam antea contribui solitam, mirari sua Maiestas non debebit, multa enim ab haereticis et a saecularibus hominibus, contra omne phas occupata sunt beneficia et fructus eorum usibus suis prophanis usurpati, multae etiam ecclesiae parochiales desolatae et suppellectili aurea, argentea, quae etiam ad opes regni pertinent, nempe calicibus, crucibus et id genus aliis spoliatae.

2. Quare supplicandum erit suae Maiestati Regiae: dignetur in tales iusta animadversione uti, haereticosque pertinaces executione statutorum et privilegiorum regni ad unitatem fidei catholicae authoritate sua regia reducere exemplo maiorum suorum, uti Casimiri avi sui, qui capita Hussitarum, puta Melsthinium et Rapstinium coacto exercitu exterminavit. Praeterea, ut gratiam suam regiam et benignum sese in conferendis dignitatibus et officiis illis non exhibeat, utque omnes indigenas regni iuxta statuta eiusdem regni ex studiis suspectis revocet, ut etiam omnes externi nominis haereticos atque illorum (ut vocantur) ministros e regno et dominiis suis proscribat, scholas et collegia haereticorum in universum exterminari procuret.

3. De libris etiam haereticorum roganda est sua Maiestas, ut iuxta praedecessorum suorum et praesertim sanctae memoriae parentis sui decreta, ne impremerentur, provideret et edictum in suo robore conservet.

4. Similiter etiam de Iudeis, ne in officiis publicis et theloneis aut praefecturis ponantur, quod nunc fit in multis locis cum magna ignominia nominis Christiani et contumelia Dei, servi enim nostri et hostes Christi dominantur nobis.

5. Praeterea ut conventicula et coniurationes haereticorum sua Maiestas authoritate regia, ne fiant, prohibeat; ut etiam capitaneis, ne appellationibus contra insordescentes in excommunicationis sententiis deferant, sub aliquibus poenis interdicat, libertatemque ecclesiasticam iuxta suum iuramentum firmiter defendant.

6. Supplicat praeterea Venerabile capitulum Vladislaviense, Poznaniense et Plocense pro intercessione ad Sacram Regiam Maiestatem, ne clerus ab inquisitoribus salis gravetur et spolietur per exactiones illicitarum poenarum sub praetextu inquisitionis salis externi malitiose illud supponentibus et inquirentibus non solum in domibus, sed etiam in cameris atque scriniis et cistis etc. immo in domibus etiam dnorum canonicorum contra immunitatem ecclesiasticam, ad quorum falsam inquisitionem accusatur trahiturque hoc nomine clerus ad iudicia saecularia iniquissime et indignissime.

7. Item clerus humiliter petit, ut non molestaretur per exactores petronalium, per eosque ne censuris afficiantur contra aequitatem, maxime cum iam multe sunt ab haereticis occupatae parochiae eaedemque desertae, nec sunt in plerisque locis, qui denarium ipsum solvant, immo abominantur nomen summi pontificis.

8. Item sacrae Maiestati Regiae supplicandum, ut certas praebendas in collegiatis Warssoviensi et Sandomiriensi pro viris doctis, qui continue circa illas resident, concederet.

XIX.

Memoryjał kapituły Płockiej na synod zwołany przez prymasa Uchańskiego na dzień 17 Grudnia 1564 r.

A capitulo Plocensi in sinodo Piotrcoviensi referenda.

De his, quae in hac sinodo agenda, tractandave essent, nihil in commune inter nos, more nostro capitulari conferri potuit, eo, quod Rmus dnus archiepiscopus Gneznensis praeter morem, ab antecessoribus suis semper observatum, litteris suis nos non avisaverit, quibusnam de rebus deliberatio suscipi debuisset, et de quibus articulis fuerit tractandum, quo nuntii nostri ad eiusmodi tractatus, ex mutua inter nos deliberatione, reddentur instructiores, sed neque de eligendis mittendisque ad ipsam sinodum nuntiis, verbum ullum fuit ad nos scriptum. Quod quum sit praeter vetustum morem et contemptum quendam capitulorum prae se ferre videatur, admonendus est Rmus dnus archiepiscopus, ut deinceps in sinodis indicendis, maiorum suorum vestigia sequendo, mittat litteras suas ad capitula ecclesiarum, cathedralium, una cum articulis deliberatoriis pro ratione rerum et temporum propositis, alioqui enim sine eiusmodi articulis, qualem nuntiis nostris instructionem dare deberemus, plane ignorabamus, sed divinando tantum coniciebamus, praecipua haec fore capita in hac sinodo proponenda, alterum de suscipiendis concilii Tridentini decretis, et in exequutionem deducendis, alterum de constituenda aliqua contributione in subsidium Serenissimi regis, maximis sumptibus sub hoc tempore Moscitici belli gravati.

Quod attinet ad decreta et canones concilii, haec alioqui pro sua, quae universalibus debetur conciliis, authoritate, et quae ab origine christianae religionis semper illis deferebatur, citra omnem exceptionem obligant omnes ad observationem sui, quia representant consensum universalis ecclesiae, quae a Spiritu Sancto dirigitur, et continent in se universales leges, quasi certas quasdam regulas et recte credendi, quo ad religionem, et bene vivendi, quoad disciplinam ecclesiasticam, non est igitur liberum nobis iudicare de legibus, sed secundum leges, ut lex inquit, vivere, neque disputandum de

illis, sitne bona an non, quia id inconveniens esset maiestati et dignitati illius sacrosancti concilii, sed reverenter potius illis deferendum, debitam illis praestando obedientiam et reverentiam.

Verumtamen, quia universales sunt, et ad reformationem ac commodum universalis ecclesiae sunt conditae, ideo ad universam quoque ecclesiam non tantum nationum et provinciarum, sed etiam ordinum ac statuum tam spiritualium, quam saecularium, cuiuscunque generis ac condicionis essent, referri debent.

Qua in re inprimis nobis curandum est, ne dum uni parti corporis ecclesiae mederi volumus, totum corpus negligamus, et ne nimis urgendo unum aut alterum canonem, qui in speciem magis fortasse ad reformationem disciplinae ecclesiasticae spectare videtur, ceteros, qui praecipui sunt, et quorum praecipue causa sacrosanctum illud concilium a Spiritu Sancto fuit congregatum, posthabere videamur, quemadmodum id, in exequutione statutorum regni, hoc nostro tempore evenisse cernimus, in qua dum exactius urgetur statutum Regis Alexandri, dum de summis pecuniariis novis et antiquis contentiose disceptatur, summa administrandae iustitiae, et eorum, quae ad religionem conservandam, quaeve ad ordinem politicum pertinent, fere posthabita esse videntur [1]).

Itaque in primis petendum censemus a Rmo Sanctissimi dni nostri legato, et a Rmis dnis episcopis nostris: agere dignentur, quanto maiore possunt studio et sollicitudine apud sacram Regiam Maiestatem et regni senatum, et apud equestris ordinis nuntios, ut haec ipsa concilii decreta suscipiant, et ab omnibus suscipi ac secundum illa credi, cultumque Dei in ecclesiis administrari omnino mandent. Contrarias vero doctrinas et sectas, quae decretis illius concilii condemnantur et anathematisantur, excludant et cum eorum authoribus et fautoribus abiiciant et, quantum in eis est, condemnent et anathematisent. Id si factum erit (quod faxit Deus), negotium reformandi ordinis nostri facillimum futurum est, qui semper hoc ipsum iam pridem expetebat, quod constitutiones nostrae sinodales antiquae et recentiores facile unicuique diligentius introspicienti probabunt, in quibus certe satis per maiores nostros curata sunt omnia, quae ad disciplinam ecclesiasticam retinendam et conservandam pertinent, semperque exequutionem per nos fuisse imploratam et efflagitatam, non sine gravi reprehensione negligentiae eorum, ad quos id pertinebat, et qui maluerunt prodesse suis, quam ecclesiae Dei. Igitur morum ecclesiasticaeque disciplinae reformationem, abusuum et superstitionum repurgationem adeo non recusamus, ut magnopere expetendam illam esse putemus, quandoquidem nulla alia melior et

---

[1]) Mowa tu o konstytucyach sejmów Piotrkowskiego i Warszawskiego z lat 1562/3 i 1563/4 (Vol. Leg. II. p. 45 i 21).

efficacior via esse potest, ad iram Dei placandam, haereticorum errores explodendos, cultumque Dei puritati suae restituendum.

Verum tamen quia a sapientibus iuris interpretibus, immo ab ipsis legibus et sacris canonibus, magis semper laudata est aequitas, quam rigor iuris rigidus, humanitas, quam severitas, summum enim ius, summa iniuria veteri proverbio dicta est, huius rei causa admonitos esse vellemus, ut in exequendis et interpretandis decretis concilii Tridentini, regulam veteris canonis sequantur, hi, ad quos hoc munus pertinet. Qui sic habet, sciendum est, quod pleraque capitula ex causa, ex persona, ex loco et tempore considerandasunt, addit etiam sequens canon, necessitatem, et non temere, sed magna, certa et probabili ratione. Omnes commemorentur circumstantiae, quae a prudentibus viris prudenter consideratae effecerunt, ut pleraque diversis temporibus fierent in ecclesia Dei non semper ex praescripto legum aut canonum, sed pro temporum, locorum ac rerum et causarum necessitate et condicione, ut exempli causa saltem vel unum exemplum commemoremus, quamvis multa commemorari possint: divum Ambrosium adhuc cathecumenum invitum in episcopum electum esse, quamvis sacra scriptura et canones neophitum eligi prohibeant. Sed ipsos patres Tridentini concilii dicere intelleximus, quum a nonnullis ex nostris admonerentur, in regno Poloniae fieri id non posse, ut hii, qui ministeriis ecclesiae praesunt, unico sacerdotio possent esse contenti, responderunt: canonem hunc non esse ex articulis fidei, fiat, ubi commode fieri potest, quia non facimus canones propter unum regnum aut unam provinciam, sed universaliter ad universa loca et provincias etc. Et non infrequens est omnino modus iste dicendi in plerisque Tridentini concilii decretis: (ubi commode fieri potest, aut prout commodius videbitur ordinariis, vel nisi ob ecclesiae utilitatem et necessitatem, aliud ordinariis videretur, et alia id genus). Quod profecto utiliter et prudenti cum cautela dicitur, quia canones ecclesiastici confici et tradi debent in commodum ecclesiae, non in iacturam, in aedificationem, non in destructionem. Viderint igitur amplissimi patres, quid haec res commodi sit allatura, nam et medicina plerumque non suo tempore aut loco adhibita non raro in perniciem convertitur, quod nos prudenti aliorum iudicio committimus.

Ceterum de postulatione regia pro conferendo subsidio in tam gravi Reipublicae necessitate et in tam difficili eius tempore, vix fortasse excusationi ullus relictus est locus. Nam Reipublicae matri nostrae charissimae, supplices ad nos protendenti manus, quomodo deesse poterimus, pro qua non solum facultates omnes nostras, sed et vitam ipsam profundere debemus. Verum hoc calamitoso tempore, nullum ex nobis iuvandae illius idoneum consilium reperimus rebus nostris sic afflictis, et in eo statu constitutis, in quo nunc sunt. Quid, quaeso, ex decimis percipimus; nonne illae partim per nobiles oppressae vel potius ereptae nobis sunt, partim etiam in tributum regium conversae. Quid bona nunc ecclesiastica, quanta a vicinis nobilibus tyrannide opprimantur, quantis stipendariorum militum depraedatio-

nibus sunt exposita atque afflicta, nemo est, qui nesciat. Quam vero dolenda nunc est parochorum et aliorum sacerdotum misera conditio, qui vix fame iam non pereunt. Sed et quod magis calamitosum est magisque dolendum et omnibus lachrimis deplorandum, nullum iam nobis pro iustititia patet refugium, iurisdictione ecclesiastica sublata, officiis et praesidiis omnibus nobis interclusis, atque adeo ab omnis iuris ac legitimae defensionis remedio exclusis, ut non solum infima plebe, sed etiam Iudeis ipsis, gente perfida et scelesta, miserabiliores esse videamur.

Commemorandum etiam censemus non sine querela et expostulatione, sine tamen animorum exacerbatione (quandoquidem offensionum et acerbitatum plena nunc sunt omnia), quo loco nunc sint res ecclesiasticae, quam gravia in praeteritis Petrcoviensi et Varssoviensi comitiis immunitati ecclesiasticae inflicta sunt vulnera. Sublatum contra insordescentes statutum, quod unicum fuit nobis consequendae iustitiae et temeritatis ac rebellionis contra religionem prohibendae remedium, abrogatum ius commune de excommunicatis in iudicio terrestri et regio non admittendis [1]). Invecta in nos tributa praeter consensum nostrum planeque parendi inducta necessitas, quidquid equestris ordo censuerit. Haec vero omnia et alia multa non minus absurda evenerunt maximo quidem malo ecclesiae, sed non minore dedecore eorum, qui nunc gubernationi rerum ecclesiasticarum praesident, petendum itaque ab illis, ut hanc a se ignominiam depellant, omnique studio curent, et adnitantur, ut haec, quae ipsis presidentibus inique erepta sunt, in pristinum statum restituantur, ut religio vetus, cultusque Dei ab eccclesia simul cum ipsa fide receptus vigeat, et ab omibus unanimiter observetur, ecclesiae per haereticos occupatae, unacum sacris rebus ex illis ablatis et sanctuariis suis, ut iuri suo restituantur, scholae et conventicula haereticorum prohibeantur, sacrilegia et blasphemiae in Deum patrem eiusque filium dominum nostrum Iesum Christum, atque adeo in Sanctissimam divinarum personarum Trinitatem, ut cessent et severius puniantur, ecclesiasticis personis consequendae et administrandae iustitiae via aperiatur, a stipendariorum spoliis ut simus protecti, redditus ecclesiarum omnium tam saecularium, quam conventualium sint liberi, et unicuique ut ius suum tribuatur.

Quod si Rmorum dnorum studio et opera fuerimus consequuti, qui se murum pro domo Israel opponere debent, tum demum optimam Rei publicae christianae formam in Dei timore, ac vero solidoque fundamento Christo Iesu domino nostro fundatam, agnoscemus. In qua ut et vivere et commori liberet, ita pro ea conservanda quidvis omnino et ferre et pati non ingratum esset.

Porro talem Rempublicam, qualis nunc est, confusam ac peregrinis impietatibus contaminatam, in cuius medio, ut inquit propheta, labor est et in-

---

[1]) Konst. sejmu z r. 1562/3 art. 50 oraz 68 »O niedopuszczeniu klętego do prawa« (Vol. Leg. II. p. 19 i 20).

iustitia, etiam si omnia consilia nostra ad eam iuvandam et conservandam contulerimus, ac opes ac facultates nostras omnes, quantaecunque fuerint, in eam profuderimus, et quibuscunque rationibus iuvare illam voluerimus, nichil proficiemus Deo nobis irato, manifestaque furoris sui signa, ob manifestas hominum impietates nobis non obscure ostendente.

Et quoniam intelleximus malis istis, quae res nostras et ecclesiasticas plurimum labefactarunt, non parvam dedisse causam dissidia quaedam Rmorum inter se ecclesiae praesidum, rogandi sunt inprimis Rdi dni maiorum ecclesiarum nuntii, ut in id praecipue incumbant, obsecrando, ac per viscera misericordiae Dei nostri illos obtestando, quo simultates omnes Reipublicae et ecclesiae causa deponant et unanimiter, unanimique consensu et voluntate ruenti ecclesiae auxiliatrices manus praebeant, atque ab extrema ruina, quantum in eis est, officio et debito suo illam praeservent et inclinatam sublevent. Quos et nos quoque, quantum in nobis est, admonitos esse vellemus non nostris verbis, sed ex adhortatoria oratione Tridentinae sinodi exceptis: Reliquum est patres amplissimi, ut vos pro officio nostro admoneamus, tametsi gravitas et sapientia vestra minime admonitionem nostram desideret, ut haec, quae pro salute ecclesiae agere molimur, in spiritu lenitatis et mansuetudinis, quemadmodum sanctae huic sinodo dignum est, agantur. Facessat hinc omnis huius sacrosancti coetus maiestati indigna contentio, facessat omne odium, omnisque verborum immoderatio, sit summa inter vos, ut esse debet, charitas, summa animorum consensio, summa concordia, nemo, quae sua sunt, quaerat, sed quae Iesu Christi, denique memineritis huic conventui Deum ipsum nostrorum consiliorum et actionum omnium spectatorem ac iudicem esse futurum. Cui non dubitamus ecclesiam charam sponsam suam curae esse, modo nos ipsi non defuerimus.

XX.

Projekt listu biskupów polskich do papieża, zredagowany z powodu zamierzonego zwołania synodu prowincyjonalnego w r. 1564.

Forma epistolae episcoporum scribendae ad papam ex sinodo Petrkoviensi [1]).

Sanctissime in Christo Pater et Domine Domine clementissime. Obsequiorum et orationum nostrarum submissam commendationem. In hac tem-

[1]) Prymas Uchański nosił się z planem zwołania w r. 1563 lub początku roku przyszłego synodu prowincyjonalnego, ale myśl tę musiał na razie porzucić, i zamiar swój uskutecznił dopiero 29 sierpnia 1564 r. (Uchansciana I. p. 66). Kapituły, może za inicyjatywą krakowskiej,

porum iniquitate, in qua infelici hoc saeculo nostro constituti sumus, multum omnino divinae benignitati debemus, quae talem summum pontificem catholicae dedit ecclesiae, qui summa cum sollicitudine piam vereque paternam curam de ea recte instituenda gerit, sanctis institutis ac legibus illam reformans et ab haeresibus repurgans, id quod Sanctitas Vestra in perficiendo Tridentino concilio, universo orbi christiano abunde satis declaravit, sed et nobis peculiariter regni huius antistitibus non vulgaria benignitatis suae documenta per legatos ac nuntios suos, viros graves ac prudentes, ostendere dignatur, quos huc mittit, ut nostris inserviant commodis et in angustiis nostris, in quibus iam pridem hic versamur, nos recreent consiliisque ex oraculis sedis Apostolicae profectis adiuvent.

Fatemur sane nichil a vestra Sanctitate paterni erga nos officii praetermitti, atque hoc nomine magnas et immortales illi gratias agimus, verumtamen optaremus, ut concilii Tridentini decreta, praesertim de clericis exauthorandis et ad unicum beneficium curatum ac ad residentiam in eo personalem redigendis, in meliora incidissent tempora, quae si, ut tenemur, ad debitam hoc tempore exequutionem deducere conati fuerimus, metuimus, ne et regnum hoc et totam ecclesiam nostram magnis difficultatibus involvamus. Nam quae nobis hinc immineant incommoda et pericula, Sanctitati Vestrae paucis declarandum esse censuimus. In primis animos nobilium omnium catholicorum valde offensos redderemus, qui filios, fratresque suos exauthorari aut spoliari beneficiis ab ipsis eis collatis aegerrime ferrent, immo ne id quidem ferrent in beneficiis collationis suae; quod si severius urgere voluerimus, certi procul dubio hostes nobis sunt futuri. Contra vero, haereticis, quorum iam magnus hic crevit numerus, nihil gratius facere poterimus, non quod illis gratum id sit futurum, ut reformetur ecclesia, quam, quantum in eis est, perditam esse malunt, sed ut per hanc occasionem tam ex clericis quam ex saecularibus nobilibus plures ad se pertrahant, pollicentes illis et opes et immunitates multo ampliores, quam sint apud nos, persuadentesque, ut illis mos est, hoc tandem iugum et servitutem ut excutiant. Et veremur, ne plures sint, qui facile hoc sibi persuaderi permittant, sed et id haereticis lucro, ac in rem ipsorum compendio cessurum est, quod parochiae illae, quae ex ipsorum dependent collatione et adhuc per catholicos retinentur sacerdotes ex nobilium familia procreatos, si a modernis dimittantur possessoribus, haeretici in eorum loca statim ministros suos haereticos sufficient, catholicosque destitui libenter videbunt, quos utique propter generis nobilitatem revereri coguntur. Et revera multum roboris ac ornamenti ecclesiae decesserit, si

---

przygotowały na wszelki przypadek pismo do Stolicy apostolskiej w sprawie pluralitatis beneficiorum, i gdy synod ani w r. 1563, ani w początkach roku następnego do skutku nie przyszedł, dokonały, że pismo owe d. 13 kwietnia 1564 ze sejmu warszawskiego do Rzymu przesłanem zostało (Theiner Monumenta II p. 708). Tekst, który podajemy, prawie całkiem jest identycznym z tekstem Theinera.

nobilium animi ab ea, eiusque sacro ordine fuerint abalienati. Non dubitet Sanctitas Vestra haereticis nihil magis studio esse, quam ut status noster ad extremam redigatur paupertatem, hoc est, ut nobis omnia eripiantur, utque sic nos rebus et fortunis spoliatos facilius opprimant, et catholicos sacerdotes a studio et officio suo retrahant, viamque licentiae suae hac ratione communiant. Agnoscimus equidem et, ut filios obedientes par est, profitemur, multa esse, aut potius omnia in illo sacro coetu laudabiliter et optime instituta, sed non omnia his perditis temporibus nostris expedire.

Nam haud scimus, an aliquando tale fuerit tempus, quo fortasse minus expedierit clericos spoliari beneficiis, quorum fructus partim bellis ac militum rapinis, partim etiam haereticorum in nos et nostrum ordinem furentibus odiis ita sunt apud nos attenuati et imminuti, ut vix aegreque vitam sustentare possint, etiamsi aliquot sacerdotia possideant etiam talia, quorum unum antea honesto victui sacerdotis satis erat. Sed haec omnia Rmo dno Iohanni Francisco, episcopo Zacinthino Sanctitatis Vestrae dignissimo legato, putamus esse perspecta et explorata, qui etiam si non diu in hoc regno, et in comitiis regni huius fuerit, tamen multas provincias regni nostri iam obivit, et multorum animos tam catholicorum quam haereticorum iam bene novit, ut speremus Sanctitatem Vestram ab illo vel per litteras factam iam esse, vel coram de his omnibus fore certiorem. Nos vero, qua maiore possumus animi submissione, Sanctitati Vestrae supplicamus, ut clericorum nostrorum benignam in hoc rationem habere dignetur, cuius paternae clementiae nos et nostra omnia suppliciter commendamus, eandemque diutissime felicem valere precamur.

XXI.

Instrukcyja dla posłów kapituły Krakowskiej na synod prowincyjonalny zwołany na dzień 17 Grudnia 1564 r.

Instructio agendorum in sinodo Petrcoviensi a capitulo Crac. data legatis: Martino Cromero, Dambrowski.

Inprimis in salutando nomine venerabilis capituli Crac. Rmo dno archiepiscopo, dni nuntii expostulabunt cum sua Dnatione Rma, quod praeter morem et consuetudinem veterem alieno tempore, hiberno videlicet, sinodum indixerit.

Deinde quod Dnatio sua Rma litteras indictae sinodi denuntiativas ad capitulum nostrum, cum adscriptis articulis, de quibus consultandum esset, non dederit. Praedecessores autem Dnationis suae Rmae, tales litteras dare semper, quoties indicebant sinodos, non praetermittebant.

Itaque roganda est Dnatio eius Rma, ut in posterum, quoties indicere sinodos dignabitur, capitulum nostrum talibus litteris avisare non praetermittat,

alioqui si avisatum non fuerit, protestentur, quod ad eiusmodi sinodos nuntios suos non mittet. Utcunque autem sit factum, gratias agant nomine capituli Dnationi suae Rmae, quod sinodum ipsam indixerit, miserta calamitatum et iniuriarum, quibus clerus in dies magis ac magis vexatur et opprimitur, ecclesiae in regno partim desolantur, partim (quod fortasse est peius) per haereticos sacerdotes occupantur, partim autem proventibus ac dotibus suis spoliantur, idque vigore vel fuco potius cuiusdam decreti, annis circiter abhinc duobus, ex privilegio Serenissimi olim Iagelonis regis nulliter et frivole conflati, quo extorta est ecclesiastica iurisdictio [1]).

Porro quoniam ad recuperandam iurisdictionem ipsam et censurarum exequutionem per capitaneos faciendam, fortissimis opus est arietibus et instantiis, rogat venerabile capitulum, ut Rmus dnus archiepiscopus praestet se una cum aliis Rmis dnis episcopis praesidem fortem ac vigilantem, adiunctisque sibi Rmis dnis cardinali et legato Apostolico, ac saecularibus catholicis regni proceribus, diligenter in conventione generali proxima instent, sollicitent, ac Regiae Maiestati cum declaratione statutorum regni, quae iureiurando suo firmare et manutenere dignata est, precibus incumbant, ut haeresibus exterminandis obviam eat, ecclesiis ad cultum divinum restituendis, opem et authoritatem suam afferat, iuribus ecclesiarum ac iurisdictioni ecclesiasticae recuperandae manum suam regiam apponat, abiecto et cassato, ac rationibus ac statutis regni convulso decreto praedicto, frivole et nulliter confecto, proventusque retentos, quos miserrimus clerus per duos iam annos non percipit, et nihilominus tamen contributum publicum persolvere ad bellum Mosciticum coactus est, persolvi mandet, ut taceamus gravamina ac iniurias, quibus a militibus mercenariis, ad bellum hoc proficiscentibus, sumus unacum subditis nostris affecti.

Sed neque in expugnando, abolendoque decreto praedicto nuper nato, quo iurisdictio ecclesiastica tollitur, difficile fuerit Rmo dno archiepiscopo operam facere, quippe quum decretum illud tractum sit ex privilegio Serenissimi Iagelonis regis, ubi locus ille non spectat ad bona et personas ecclesiasticas, verum ad personas dumtaxat saeculares ac maleficas, rex autem ille Christianissimus in eodem privilegio vult personas et bona ecclesiastica per omnia salva, et post decem et aliquot dies concessit ecclesiis privilegium [2]), quo mediante super decimis et proventibus ecclesiarum, quemadmodum ab antiquo fuit, actiones ad iudicem ecclesiasticum remittit et limitat, et capi-

---

[1]) Konst. sejmu z r. 1562/3 art. 50 i 68 (Vol. Leg. II. p. 19 i 20). Porówn. także »Odpowiedź księży na podanie poselskie« i »Respons poselski na scripth xięzey« w Źródłopismach do dziejów Unii Część II, oddział I. p. 92 i 105. Poprawny tekst »Odpowiedzi księzy etc.« znajduje się także w Liber Archivi Cap. Crac. T. VI.

[2]) Mowa tu o edykcie Władysława Jagiełły wydanym w Krakowie d. 31 Stycznia 1433 (Bandtkie, Ius. Pol. str. 246) a więc w 22 dni po wystawieniu przywileju Krakowskiego z 9 Stycznia tegoż roku.

taneis locorum sub poenis et magna indignatione imperat, ut contra excommunicatos exequutionem faciant, deindeque per alios Serenissimos reges alia similia privilegia et decreta nobis concessa sunt. De quibus adeo bene compertum est Rmo dno archiepiscopo, ut melius nemini.

Neque error ille suffragari adversariis nostris contra nos potest, intentionem suam fundantibus ex illis verbis: nemini bona capiemus etc., quum verba ipsa disponant de bonis eorum, qui parricidii, aut aliorum criminum capitalium fuerint convicti, ad ius saeculare pertinent, talium bona capiuntur et confiscantur iuxta statutorum dispositionem super hoc extantium. Bona autem excommunicatorum non capiuntur, neque confiscantur, sed dumtaxat sequestrantur ad tempus, in eventum videlicet praestandae solutionis absolutionisque obtinendae. Quamquidem absolutionem simulatque exhibuerint excommunicati capitaneis locorum, tum mox bona sua, quae erant sequestrata, libera recipiunt, unde liquere facile potest, aliud esse bona capere et confiscare et aliud sequestrare.

Si a Maiestate Regia venerit nuntius poscens cleri contributionem Maiestati suae decernendam, respondeant dni nuntii, communicata re cum nuntiis aliorum capitulorum, se non habere, unde solvant seu contribuant, eo, quod per biennium proventus suos non tulerint a nobilibus, et nihilominus contributum publicum, sive bellicum interim dare coacti sunt. Quod si nuntius instare perrexerit, et iurisdictionem ecclesiasticam restituendam esse, regis nomine polliceretur, respondeatur ei, polliceaturque: tum decretam iri contributionem ipsam, quum iurisdictio ipsa restituta fuerit, sine qua repeti et haberi non posse retentos proventus, ex quibus solveretur pecunia haec, quam peteret Regia Maiestas.

Rogandus etiam Rmus dnus archiepiscopus et Rmi dni episcopi, ut omnia in praeteritis sinodis acta et decreta in executionem ponantur.

Illud autem praecipuum et maxime necessarium est, ut Rmus dnus archiepiscopus, ceterique dni episcopi, qui sese mutuis odiis et dissensionibus insectantur, in gratiam redeant, seque sibi ipsis invicem reconcilient, alioqui nisi ita fecerint, iurisdictionem, quam opinione multorum ipsimet sua culpa amiserunt, vix, quod Deus avertat, recuperabunt. Quum concordia parvae res crescant, discordia vero maximae dilabantur, quamobrem rogandi sunt dni episcopi, ut publici ecclesiastici boni causa, deponant odia sua ac dissensiones istas perniciosas, et mutuo sese invicem amore ac benevolencia complectantur, ut gratulari sibi ipsis possent, cum Davide rege dicentes: ecce quam bonum et quam iucundum habitare nos, uti fratres, in unum.

Cetera dni nuntii, quae viderint esse oportuna ac necessaria, et huic capitulo honorifica, collatis cum aliorum capitulorum nuntiis consiliis et colloquiis, pro sua prudentia expedient et explicabunt, meminerintque, ut in praemissis omnibus, et quae tractabuntur, se viros ex dignitate capituli praestent.

Infrascripta nuntii nostri cum legatis aliorum capitulorum conferent.

Revocent illis in memoriam decretum generalis concilii Tridentini contra pluralitatem sacerdotiorum factum, exponantque venerabile capitulum Crac. per dnum Georgium Thyczin, hoc medio tempore institisse, apud sedem Apostolicam, ut prorogationem decreti praedicti in aliud tempus prolixius obtinuisset, id, quod ille, uti scribit, sumptibus suis fecit, impetravitque commissionem Apostolicam in personas Rmorum dnorum cardinalis Varmiensis et legati Apostolici ad eiusmodi prorogationem faciendam [1]). Et posthac mittendus erit Romam nuntius solennis, qui illic declarabit et exponet causas Summo pontifici, propter quas decretum illud extendi commode non potest ad provinciam Gneznensem.

Litteras huius commissionis praedictae nondum quidem habemus, verum in horas expectamus, iam enim exemplum eiusce commissionis per ipsum Georgium Thiczinum est huc missum, continetque ea commissio inhibitionem ad Rmum archiepiscopum et episcopos regni.

Quoniam vero proximo quoque tempore domino Thiczinio, qui quemadmodum scripsit, pecuniam suam in expeditionem huiusmodi exponit, id quod videre est ex litteris ipsius, quas ostendendas ceteris legatis, reponendum erit aurum per eum expositum, et insuper munere erit aliquo afficiendus; agant dni nuntii cum aliorum capitulorum legatis,. ut, quandoquidem ea expeditio in eorum quoque commodum cedat, simbolum in eam una nobiscum faciant, dominoque Thiczinio aurum suum cum munere remittant, et pro expediendo Romam solenni nuntio collectam faciant.

Sunt autem causae et rationes, propter quas decretum illud Tridentinum ad provinciam Gneznensem extendi commode non potest, nempe quod multa sacerdotia hic adeo sunt exigua, ut possessores illorum victum ex eis sufficientem habere nequeant.

Deinde, quod multi sunt apud nos ecclesiastici ex ordine militarium ac nobilium prognati, qui fratribus et consanguineis suis resignarunt patrimonia sua, et in bonis sacerdotiorum suorum vitam degunt.

Sunt praeterea plerique viri ecclesiastici ac secretarii in aulis principum, qui illic manentes, sumptus non parvos facere coguntur, custodiendo ac defendendo, ne bona ecclesiarum totaliter diripiantur.

Ad haec ex sacerdotiis suis alii vix dimidiam aut tertiam partem, alii nihil proventuum percipiunt, haereticis nobilibus, quorum hic ingens est numerus, decimas ac redditus ecclesiasticos occupantibus, ac reddere denegan-

---

[1]) »Litterae commissionis«, o których tu mowa, znajdują się w Liber Arch. Cap. Crac. VI. Breve papieskie ma datę 15 Października 1564, ogłoszonem zaś zostało przez delegatów papieskich Hozyjusza i Komendoniego d. 1 kwietnia r. 1565.

tibus, qui repeti et exigi ab eis non possunt, praesertim iurisdictione ecclesiastica sublata.

Item magna pars ecclesiarum, iam per haereticos desolata est, eorum iuris patronatus, quas illi conferunt sacerdotibus ac ministris suis haereticalibus, dum eas vacare contigerit, sive per cessum, sive per decessum seu aliam divisionem.

Sunt etiam nonnulli in ordine nostro sacerdotali sacerdotia, praesertim vero parochiales ecclesias obtinentes, qui ad haereticos deficerent cum ipsis sacerdotiis, et facti haeretici ipsi defensioni eorum se traderent et pugnarent, ne sacerdotiis suis per hoc decretum Tridentinum priventur.

Illud etiam non minoris aestimandum est, quod lites, actiones et controversiae, super iniuriis, violentiis subditorum ecclesiasticorum, super bonis, agris, silvis, limitibus, multae ac frequenter fiunt, ad quod magni sumptus fiunt in iudices, in cognitores, in turbas defensorum alendas, in equos, in familiam, ad quos quidem sumptus faciendos pauperes clerici ex uno sacerdotio non possent sufficere, unde deficiente impensa bona ecclesiarum sine dubio ammitterentur et per saeculares occuparentur, qui ea ipsa bona ecclesiastica inhiant avidissime.

Sunt et pleraeque aliae causae, quas investigare, addere et proponere poterunt alia capitula.

Esset itaque decretum illud, si ad hanc provinciam extenderetur, clero et ecclesiasticis bonis valde noxium et perniciosum.

Ad negotium hoc promovendum non sunt sollicitandi Rmi dni episcopi, quia contra eos esset, quominus possent de beneficiis clericorum iuxta decretum Tridentinum disponere eaque scapomagistris suis, aut aliis vilibus personis conferre.

Addicio aliarum causarum contra decretum Tridentinum de beneficiis. Per S[tanislaum] G[orski].

Et quia in provincia Gneznensi, omnia fere beneficia ecclesiastica (praeter quaedam pauca) exiles habeant suos proventus, et per haereticos avaros undique circumsepta sunt et abrasa ac mutilata, ideo sacerdos circa unum sacerdotium remanere non potest, eo, quod ex illo uno solo non potest sufficere ad ea impendia, quae negotia illius sacerdotii exposcunt, partim ad suam ipsius sustentationem, partim ad alendos illic sacerdotes cooperarios suos, magistros scholarum, pedagogos, cantores, ac alios ministros, qui circa ecclesias ac sacerdotia necessarie habendi sunt, propter cultum Dei, propter praedicandum verbum eius, propter confessiones, propter administrationem sacramentorum, quibus quidem cooperariis istis dare oportet sustentacula vitae illic degendae. Oportet equos pro his alere, in quibus ad aegrotos eant cum sancto oleo, cum sacrosancta Eucharistia, ad villas remotas etiam duobus milliariis ab ecclesia distantes, quemadmodum fit in amplis

parochiis, ubi populus multus est, cuius numerus etiam ad tria millia, ad quinque millia se extendit. In hos igitur ministros impensa haec non levis est.

Inde alia impensa nascitur, emendum est vinum pro ecclesia, emenda cera, thus, vestes sacrae, apparamenta altarium, candelabra, calices etiam, patenae, ampullae, cruces, monstrantiae et cetera suppelex argentea.

Deinde ruentium templorum reparatio, vel in locum vetustorum desolatorum nova aedificatio, impensam magnam capiunt, quam nemo patronorum nunc, nisi possessor sacerdotii subministrat.

Praeterea domus et cetera aedificia in curiis clericorum vel vetustorum reparationem, vel novorum constructionem exposcunt, similiter habitationes vicariorum et scolarium, quae alioqui desolarentur, nisi impensa rectoris manu tenerentur.

Etiam in vestes et amictum multum impenditur et ligna pro foco et igne, contra frigora nostra sarmatica. Similiter ad alendos equos ac famulos numerosos pro more regni, tum propter honestatem status sacerdotalis et obsequia domestica, tum etiam propter securitatem sive in domo, sive in via, etenim crebro apud nos sacerdotes viri iusti ac innoxii inique violantur, vulnerantur, mutilantur, etiam occiduntur, per audaces et nequam homines.

Et quum beneficiatos peregre proficisci necesse est, de uno sacerdotio ad aliud quae remota ab invicem in 30, 60, 80, centum etiam milliariis, dissita sunt in diversis terris ac dioecesibus, opporteatque ad ea superintendere, videre, revidere et providere in sua administratione, fit in haec impensa magna.

Invitare etiam saeculares ad crebriora convivia necesse est, et eos lauta mensa excipere, tractare, et insuper munere etiam aliquo donare, si vis esse aliquid, et inter eos reputationem habere, ut te ab iniuria tueantur, alioqui qui parci sunt ex sacerdotibus et aride vivunt, tales et contempnuntur et odio habentur, diripiunturque et sunt facile obnoxii iniuriae.

Fratres etiam et consanguineos nostros indigentes ex hac sacerdotiorum elemosina, si quid superest, adiuvamus, filias eorum dotamus, nepotes nostros expensis nostris in studio litterarum tenemus, vestibus, libris, pedagogis providemus, quos postea aut ad presbiterium, aut ad aulam, aut ad militiam applicamus equis, armis instructos, ut habeat Respublica et ad ecclesiam sacerdotes idoneos et fortes sui defensores.

Contributiones plane anniversarias in defensionem contra infideles conferimus, rege et saecularibus ad id nos cogentibus, in quas proventus nostri effluunt.

Ad hoc milites stipendiarii (qui omnes fere rapaces sunt), hac eadem contributione nostra conducti, ad bellum euntes per bona et possessiones nostras ecclesiasticas data opera vadunt, et in eis stativa agunt, bellum ac praedas in nos vertunt, diripiunt et ingentia damna irrogant. In qua oppres-

sione constituti, non habemus regem, qui vel defendat nos, regni sui utique membra, vel haec maleficia fieri prohibeat.

Et non solum ab his saecularibus, militibus, haereticis, verum a spiritualibus nostris pastoribus et episcopis nostris spoliamur ac diripimur, qui loco defensae, quam nobis debent, decimas nostras illibertant, denegant ac rapiunt.

Quamobrem non est nobis clero ac sacerdotibus afflictis ac undique despoliatis addenda afflictio. Crudele enim, impium, ac doloris plenum esset decretum hoc Tridentinum, si tribus dentibus suis (unde nomen sumpsit) sic nos dilaceret, ut ad restim nos adigat, alioqui si ita undique et ab haereticis et a sede Apostolica opprimemur et fortunis ac sacerdotiis spoliabimur, nihilominus tamen ea despoliatio nostri, nihil boni, pulchri, commodi, decoris, salutis, sanctitudinis allatura est ecclesiis hic nostris, immo vero perniciem ac interitum earum et sanctae religionis catholicae. Nam mox haeretici, cum suis ministris ecclesias ac sacerdotia per nos dimissa occupabunt et avide id expectant. Hinc ex sacerdotibus catholicis fierent sacerdotes haeretici et eis sese cum sacerdotiis suis, sub alas eorum traderent, malentque esse abundantes haeretici, quam inter catholicos miseri mendici, et sic, quod reliquum est ecclesiarum, ad haereticos sine dubio descisceret ac periret.

Sed et Rmi dni episcopi nostri non sunt putandi, ut de ademptis sacerdotiis aliquid melius vellent constituere, de quibus iam constitutum habent, ut ea conferant suis consanguineis, ac servis, laicis in mercedem vel potius praedam pro obsequiis eorum hominibus indignis, simonibus, potatoribus scortatoribus, sanguine humano pollutis, haeresi infectis, quos in curiis suis habent, stabulorum praefectis, cocis, supracocis, dispensatoribus, factoribus, suffletis, quos expectantes tenent ad hanc sacerdotiorum distractionem ac nundinas. Nihil etenim boni ab episcopis expectandum est, utpote ab hiis, qui nec norunt, nea timent Deum.

Et si ea turbatio superveniet, superveniet in nos regnum diaboli, et fiet, quod diabolus vult, non quod Deus.

Et negandum quidem non est necessariam esse in clero nostro emendationem, sed quis hanc faciet ac exequetur, quis correctores ipsos corriget.

Hae igitur sunt rationes et causae de non tollendis a clero Polono eorum sacerdotiis, propter quas clerus ipse circa unum sacerdotium remanere, et ex uno sustentari non potest. Itaque ratione dictante in sua pluralitate sacerdotiorum conservetur, quo ex singulorum minutiis ac fragmentis, quod uni sacerdotio deest, id ex altero utrumque sortiatur, ne ecclesiae suo cultu defraudentur, quod certe ex uno sacerdotio fieri non posset.

Quae quidem causae apud Rmos dnos cardinalem ac legatum explicandae erunt, id quod fiat sine praesentia episcoporum, propter odia evitanda, sed prius per dnos legatos capitulorum diligenter excussae, expendantur ac moderentur, quae demum conscribantur et in scripto offerantur.

Rogandique erunt Rmi dni legatus et cardinalis, ut apud Summum Pontificem litteris diserte et favorabiliter scriptis commendent hoc negotium, et preces suas adiungant, ne decretum Tridentinum ad Poloniam extendatur, neve clerus Polonus, ut nunc sunt res nostrae Polonae, ex haeresi confusae ac turbulentae, suis sacerdotiis mutiletur et afflictis afflictio addatur.

Agenda privatim cum Rmo dno Crac. Philippo nomine capituli sui.

Post dictam salutem et officiorum orationumque exhibitionem et oblatas fidei litteras:

Dicent dni nuntii, se missos a venerabili capitulo Crac. ad sinodum provincialem Petrcoviensem, in qua priusquam aliquid tractari incipiat, commissum sibi esse, ut conveniant Rmam illius Dnationem et haec agant.

Rogabunt inprimis, ut Rma illius dnatio una cum aliis Rmis dnis episcopis curam hanc et patrocinium cleri sui et sacerdotum suorum suscipere dignetur, quo decretum concilii Tridentini non cogat eos ad dimissionem sacerdotiorum suorum, nam per hanc privationem clerus, ecclesia, fides, religio, cultus divinus anihilaretur, et bona ecclesiastica per saeculares occuparentur ac perirent.

Rogandus Rmus dnus, ut in largienda elemosina pauperibus hominibus non sit restrictus.

Ut scolaribus, qui in ecclesia cathedrali canunt ac deserviunt, elemosinam dari faciat.

Ut negligentias, quae in ecclesia fiunt propter non residentiam principalium, uti psalteristarum, nossalistarum, mansionariorum Trinitatis et altaristarum, providere dignetur.

Ut gratias dno suffraganeo, dno Cromero, dno Ziolkowski per praedecessores suos dnos episcopos factas teneat ac servet, et decimas eis datas libere percipere sinat.

Ut cum dno castellano Voynicensi in gratiam redeat.

Ut Regiae Maiestati, principi ac dno suo, sese reconciliet.

Ut cum Rmo dno archiepiscopo Gneznensi et episcopo Cuiaviensi etiam in gratiam redeat.

Ut abiecta parcitate liberalis esse incipiat, det, donet, largiatur, et ea liberalitate ac munificentia amorem sibi et benevolentiam hominum comparabit.

Ut lautius unctiusque vivat et mensam lautam faciat propter famam bonam.

Ut homines ad se venientes humaniter suscipiat et benigne alloquatur.

Ut ingenio et consilio sui capitis non confidat, sed homines prudentes, spirituales et saeculares, penes se habeat et eorum consilio utatur et non errabit; quemadmodum eius nonnulli praedecessores factitarunt.

Ut commissa oeconomis cura rei familiaris, ipse negotiis se divinis tradat, horas canonicas oret, sacram scripturam legat, penes ecclesiam suam commoretur, pauperes ac mendicos alat, nudos vestiat, monasteriis, hospitalibus, scholaribus, elemosinam eroget.

Ut praedicatorem in ecclesia sua constituat virum probum, qui sit potens in doctrina et sermone et qui apud populum laudabilis vitae opinionem bonam habeat.

Ut praedicatori ipsi certum salarium annuum solvat, aut decimas liberas in bonis suis episcopalibus eidem assignet.

Ut subditos ecclesiae laboribus, tributis, ducturis novis ac insolitis premi prohibeat a factoribus, sed eos in usu et iure antiquitus servato servari ac teneri faciat.

Ut capitaneos arcium et castrorum ecclesiae iurare in capitulo faciat, de eisdem castris fideliter pro ecclesia custodiendis ac serviendis et vacante episcopatu capitulo restituendis et consignandis etc.

Ut clericos beneficiatos in curia sua servientes iubeat vestes saeculares exuere, plumas et gladios deponere, et habitum ac tonsuram clericalem deferre: cogat eos horas canonicas orare, ordines sacros suscipere et ad beneficia eorum redire ac officia sacerdotalia obire.

Ut sacerdotia in bonis suis vacatura non laicis personis sed sacerdotibus idoneis, doctis baccalariis, magistris conferat, praecipue plebanias, quibus annexa est cura animarum et munus praedicandi verbi Dei, qui sufficientes essent ad instruendum populum in fide Christi etc.

Ut non vituperetur ministerium eorum, ne habeant saeculares causam carpendi et querendi de plebanis ac sacerdotibus, de indocta ac insulsa eorum praedicatione, ad quod faciendum dnus ipse episcopus unacum ceteris dnis episcopis ex iure canonum obligatur. Nam de hoc dnus Deus districtam ab eo rationem exacturus est.

Ut pro apparamentis ecclesiae suae sponsae donet Christo liberaliter, a quo haec bona accepit, vestes sacras, ornatus, planetas, antependia, calicem etiam aureum et cetera ad cultum divinum, et ornatus margariteos vetustos, ex quibus margaritae cadunt, reformari faciat, neque id Christo largitori suo dare gravetur, etenim, si non dabit Christo, dabit fisco.

Ut infulam affabre factam et pretiosam, quam ex ecclesia sumpsit, rursus ecclesiae ipsi unacum cetero aparatu reddat, quae nusquam nec melius nec tutius servari potest, quam in ecclesia sua, cui est donata ac dicata.

Ut dnus episcopus fabricam ecclesiae dare velit, quae quidem fabrica est summe necessaria, nec differi diutius potest, cum et culmina templi et turris penes zachristiam, in qua sunt magnae campanae, ruinam in proximo minentur.

Ut dnus episcopus abstineat pro pecunia ex elemosina collecta coemere villas ac possessiones saeculares, cum non habeat tales consanguineos, qui sint ad tam amplam fortunam idonei, et quod etiam ea res offendit statum

saecularem. Utatur ergo bonis suis episcopalibus libenter atque liberaliter, quae ei ad sustentandum illum suffectura sunt, sicut olim antecessoribus eius semper suffecerunt, quae nemo illi eripiet, si his bene usus fuerit.

Ut dnus episcopus monitu hoc monitus futura praevideat, ne cupiditas ista sua nimia (quam homines in eo reprehendunt), in perniciem eius exeat. Multi siquidem homines pecuniosi propter ipsam pecuniam foede perierunt, non solum ab extraneis, sed etiam a suis domesticis. Et eiusmodi pecuniae avare collectae semper male pereunt. Unde vetus est dictum: quod avaritia congregavit, luxuria dissipabit. Neque vero putet, eos sibi amicos esse, qui se ei exhibent, mortem hi eius optant, ut divitias eius auferant. Quamobrem rogandus erit, ut bonis a Deo sibi collatis liberaliter utatur et pecuniam suam ex elemosina ecclesiae collectam, ad usus ecclesiae, ad Reipublicae negotia, ad pios usus convertat. Hac re et nomen magnum sibi comparabit, et ex obtrectationibus hominum exibit.

Monendus etiam erit, ut meminerit, se non Deum esse, sed hominem mortalem et diu vivere non posse, quandoquidem iam in diebus suis bene processit, et omni die, omni hora propius ad mortem accedit. Meminerit illius Evangelici: vigilate et estote parati, quia qua hora non putatis, mors inopina superveniet; quare ita vitam suam institueret, ut ea opinio, quae de illo inter homines est, veluti atheos esset, falsa esse appareat, et dies postremus in via salvationis eum inveniat.

Et cum praecepit Deus unumquemque curam habere de proximo suo, dni praelati et canonici orant, ut dnus episcopus haec supradicta benigne ab eis suscipere velit. Nam non aliunde, quam ex debito, ex officio, ex vero et sincero amore erga illum profecta, dictaque sunt.

Et protestantur coram Deo, se in hac parte officio ac debito suo satisfecisse.

Agendum apud regem.

Rogandi Rmi dni episcopi, ut ipsi simul omnes unacum omnibus capitulorum nuntiis ac legatis accedant ad Regiam Mtem, ex exponant ei, clerum totius regni assiduis iniuriis ac damnis affici, spoliari, bona eis adimi et occupari, sacerdotes Dei ministros expulsos, suppellectilem ecclesiasticam direptam, ecclesias devastatas ac prophanatas, decimas et redditus ecclesiasticos ereptos, cultum Dei, sacrosanctam Eucharistiam et cetera sacramenta blasphemata, conculcata et eiecta, ius divinum spretum, fidem et religionem catholicam abolitam, omnia ex impunitate in summam licentiam ac barbariem versa. Hinc nulla obedientia neque regi neque legi, hinc ius ecclesiasticum sublatum, patrantur nefanda quaeque, impunitate maiorem audaciam malis praebente, ita, ut ex regno christiano factum iam sit regnum paganum ac Thurcicum. Hinc irato Deo, nihil recte succedit, hinc dissensio domestica, hinc regiae et senatoriae simul authoritatis contemptus, hinc tot conventuum,

tot comitiorum consilia in fumum, ventumque abeunt, hinc confusio rerum omnium, hinc expeditiones bellicae non prosperantur, hinc de nobis mala fama apud omnes externas nationes, quibus facti sumus fabula, quae interitum nostrum avide expectant, malisque nostris gratulantur. Itaque Rmi dni episcopi rogent et excitent regem et senatum saecularem, quo tandem licentia perditorum hominum cohibeatur, pax intrinseca constituatur, ut regnum vitiis purgetur, haeretici poena capitis afficiantur, impia eorum doctrina unacum libris extinguatur, prisca fides et vetus religio reducatur, ius suum episcopis ac iurisdictio restituatur, proceres omnes summates et infimates ad obedientiam ac ritum sanctae catholicae [ecclesiae] redeant, ecclesiae stabiliantur, suppelex ablata una cum decimis reddatur, cultus divinus instauretur. Et laudabitur Omnipotens Deus nobis placatus in saecula saeculorum et regnum nostrum illustre et gloriosum faciet, alioqui stante haeresi stabunt intestina odia, stabit dissensio, stabit confusio et licentia et brevi post interitus.

Dicendum etiam regi de violentiis et praedis bonorum ecclesiasticorum, quas stipendarii ad bellum euntes crudelissime agunt.

Agenda apud nuntios terrarum.

Videtur etiam expediens esse, ut dni legati capitulorum ad consessum nuntiorum equestris ordinis accedant, et vultu demisso, miserabili voce orationis etiam cum lacrimis haec eadem, quae ad regem, etiam ad eos loquantur ac orent.

Postremo in fine eos rogent nomine suo et totius cleri, ut benigne, ut clementer nos habere tractareque velit, ut perditum ac extinctum statum ecclesiasticum nolint. Fratres enim nos illorum esse, filios, nepotes ac necessarios, qui ita amamus eos, charosque habemus, quod patrimonia nostra integra eis servamus, donamusque, et ne domus eorum multiplicatione prolis ad pauperiem redigantur, transimus in statum coelibem, ordinemque sacerdotalem, in quo Domino Deo et hominibus servimus, ut ex sacerdotiis nostris fratribus et amicis nostris benefaciamus, prout facimus. Nam eos sublevamus, filios eorum penes nos fovemus, litteris erudiri curamus, moribus excolimus, filias etiam eorum vestimus, ornamus, dotamus. Quod superest, in pios usus convertimus, calices, patenas, cruces, monstrantias ex argento ecclesiis dicamus, quae sunt thesaurus publicus regni, et servatur servarique debet ad superventuras graves necessitates ipsius regni et universae nobilitatis. Quiquidem thesaurus iste communis, quod per nonnullos dnos nobiles ex ecclesiis privatim tollitur, fit in detrimentum publici boni.

Ac ut sciant dni ipsi nobiles, quod nos spirituales non sumus damnosi, noxiique regno ac patriae huic nostrae, quum Serenissimus defunctus rex Sigismundus pater, bellum in Prussia gereret anno 1520, et pecuniae contributionum ad id non sufficerent, tum dni spirituales donarunt regi XXXX millia flor., quae collecta et reposita erant ad redimenda bona Busko, pro campiductore regni.

Similiter alia 40 millia florenorum, quae iterum denuo ad redimendum Busko collata erant, dni spirituales Regiae Maiestati dederunt, anno 1535 ad expeditionem illam, qua Starodub in Moskovia per nostros eversa est, victoriaque insignis parta.

Proximis vero hisce annis, ordo ecclesiasticus ter contributionem dedit Serenissimo regi ad militiam. Ultra haec quotiescunque contributiones decernuntur in comitiis, eas etiam ex villis et laneis villarum nostrarum contribuimus.

Nec vero unquam Rempublicam deseruimus nec deseremus subsidio nostro, in omni eius necessitate. Itaque videmur nobis non male meriti esse de ipsa Republica, et de vestris dominationibus fratribus nostris, et tamen crebro perferuntur ad nos tristes immitesquae voces vestrarum dominationum, scilicet velle nos trucidare, velle sanguine nostro sacerdotali imbuere gladios vestros bonaque nostra nobis adimere.

Vos antea semper amastis ordinem nostrum ecclesiasticum, et charum illum habuistis, nunc vero, quod aliquid odii in nos ac malevolentiae succreverit, id inimico generis humani, diabolo, et temporum iniquitati, fatorumque malitiae tribuimus. Quod malum tamen, paulo post cum tempore transibit, quum convertet Deus corda patrum in filios eorum.

Non ignoratis charissimi domini, canonias, plebanias, sacerdotia et claustra monachorum et monialium esse hospitalia pauperis nobilitatis, ut qui ex equestri vestro ordine habuerint plures filios ac filias, eos in statum ecclesiasticum tradunt, eo, quod facultates eorum non essent suffecturae, vel ad dotandas filias, vel ad providendum patrimonii sorte singulos filios.

Sapientissimi illi maiores nostri viderunt haec utilia ac necessaria esse Reipublicae, ut essent, qui Dei laudibus et cultui divino semper insisterent, qui docerent populum, qui sacramenta administrarent, qui litteris operam darent, et in artibus sese liberalibus exercerent, ex quibus essent ministri Reipublicae idonei, alii oratores ad obeundas legationes, alii scriptores rerum gestarum, alii notarii apti ad cancellarias, ad iudiciales actiones iudiciorum terrestrium, capitanealium, commissarialium, civilium, ut essent magistri, doctores praedicatores, lectores gymnasii nostri, lumen ac decus regni nostri, quae brevi oratione nequeunt explicari, sine quibus regnum et Respublica nostra esse non potest, sunt enim haec membra ipsius Reipublicae, quibus si mutilata foret, monstrosa ac foeda species regni esset.

Quamobrem, quum Polonia nostra obscura antea, et remotioribus provinciis ignota, propter sacerdotem sanctum Adalbertum episcopum, patronum regni, ex voto Ottonis Caesaris, miraculose illustrata est regali corona, oramus vos et obsecramus, viri clarissimi, ut hoc hospitale vestrum, ut statum et ordinem nostrum ecclesiasticum, qui semper commodus, utilisque regno et in vos honorificus ac obsequentissimus fuit, non tollere, non destruere, sed illum nosque una, qui fratres et sanguis vester et communis patriae

filii sumus, in gratia et protectione vestra, sartos, tectos, conservare, ac manutenere velitis.

De avaritia et aliis virtutibus episcopalibus.

Ait quidam: nosce te ipsum, quod cum singulis dictum sit, episcopis maxime dictum est, qui in ovili et ecclesia Christi vicem eius gerunt, in terris utentes potestate a papa, vicario ac successore Christi, eis communicata, quos Christus iussit fieri pastores, doctores, rectores in populo suo. Hii an norint se ipsos, an munus onusque pontificale norint, id opera, factaquae eorum reprehensibilia ostendunt, ut propter illa Christus licet promiserit se cum eis futurum, effugatus tamen ac repulsus, ab eis recessit, abstulitque ab eis spiritum suum et gratiam suam, avertitque vultum auxiliumque suum ab eis, et deseruit eos. Qui quoniam spreverunt ipsum Christum, Christus etiam sprevit eos, et tradidit in ignominias, in opprobria, in odium et maledictionem omnium hominum, et manifestavit opera eorum mala. Vident enim homines, ut aversi a Deo, conversi sunt in arcum pravum ad iras, ad simultates, ad inimicitias, ad superbiam, ad mercaturas, ad lucra, ad rapinas, ad spolia subditorum ecclesiae, haec testimonium dant de illis, quod non norunt se ipsos, quod non norunt, nec adnoscunt bona ecclesiae, quae occupant, panem esse pauperum. At quis vidit in domo episcoporum pauperem, vel potius Christum in persona pauperis, aut egenum scholarem, cui data sit de mensa eorum vel mita panis, immo vero pauperes ipsos unacum Christo, vacuos, nudos, esurientes, indignati, iratique, cum rancore et exprobratione miseriae, expellunt a se et fustibus effugare praecipiunt. Quid facis o bone Christe, tu eos ditas, illi vero ne buccellam panis porrigunt tibi. Non agnoscunt te benefactorem ac largitorem suum, non agnoscunt, se a te haec accepisse, putant isti avari divites (quos S. Augustinus canes infernales vocat) nihil aliud, quam praedam episcopatus esse. Hinc subditos ecclesiarum praedantur, ut maximam pecuniam coacervent et nesciunt, cui congregant eam. Alii ut ex ea sint simoniaci; alii ut effundant in saeculares, per quos superbiunt contra eos, quibus male volunt; alii ut consanguineos suos (belluas verius quam homines) divites faciant, et pauperes de stercore erigant. Hinc natae sunt arendae ac locationes bonorum ecclesiasticorum, hinc licitaciones, hinc contractus ad praedandos homines miseros per demones excogitati, hinc afflictiones afflictionibus per istos conductores adduntur. Et quis has avaritiae artes crudelissimarum harpiarum dicendo enarrare valet. Hinc fletus, hinc erumnae, hinc maledictiones, hinc clamor it in coelum. Non solum autem in miseros kmethones, verum etiam in sacerdotes et canonicos suos sevitiem suam tiranni isti exercent, adimunt eis redditus, decimas eorum rapiunt ac illibertant, vim etiam apponunt ac minas, terrorem incutiunt, bella etiam commovent, et homicidiorum causae existunt.

Ne napądziss gich do cosciola, do oltarza do msszey, do modlitwi, do czitania swiatego pisma, do cznott swiatich. Quis enim vidit eos circa

ecclesias residere, vel missam celebrasse aut audisse, aut pro ecclesiis devastatis, vel uno verbo se opposuisse, sive aliquid aliud boni operis fecisse.

Sunt et alia patrum istorum flagitia, quae non est necesse recensere, quae et vident homines et a domesticis eorum nota habent. Quis igitur talia idola in ecclesia Dei adorare, aut his bene velle potest. Cuncti ergo in eos insurrexerunt et clamant, oderunt, periisse expetunt.

Non est itaque mirum, quod Deus ulciscens iniurias suas, permisit in eos flagellum suum, haereticos, qui non immerito eosdem episcopos vocant hostes ac inimicos Dei, delereque eos nituntur, et nisi resipuerint, nisi se ad Deum converterint, efficient. Iam enim securis ad radicem posita est. Aliud enim iusticia divina facere non potest, quam quod moventur opera nostra. Utinam audire velint Dominum eos ad se vocantem et misereri volentem: Convertimini ad me, in toto corde vestro, in ieiunio et fletu et planctu, et ego convertar ad vos. Sed frustra haec monentur deplorati isti homines, qui nosse se nolunt, et putant se recte agere, dum male faciunt. Nolunt intelligere, ut bene faciant, excoecavit enim illos eorum malitia, et obtenebratum est insipiens cor eorum. Nihil ergo aliud, quam ruina eorum et cleri propter eos expectanda est. Verum quia potens est Deus ex lapidibus istis suscitare filios Abrahae, et propitiatur humiliatis et conversis, monendi nichilominus et rogandi erunt ipsi dni episcopi, ut in praesenti Reipublicae et religionis perturbatione, dum nullus est ordo in regno, obediencia nulla, nullum consilium, dum omnia assidue in deterius vergunt, nullusque annus est, qui non priore sit deterior, ut iidem dni episcopi vicegerentes Christi, et populi sui antistites, atque duces, qui ex hominibus assumpti, ideo pro hominibus constituti sunt, ut offerant dona et sacrificia, tam pro semetipsis, quam pro populo, quoniam et ipsi circumdati sunt infirmitate, ut ex hoc veterno experrefacti, clament ad Deum, orent gratiam et misericordiam eius implorent, ut pax ecclesiae, pax regno, iustitia omnibus, fides et prisca religio, ut sacerdotibus honor suus reddatur, ut Deus ipse propitius sit nobis, et regnet in nobis. Propitius est, misericors est, miserationes eius multae sunt, audiet et exaudiet clamantes ad se, et miserebitur nostri.

Iubet Deus annuntiare populo scelera sua, merenturque episcopi, ut percutiantur corda eorum hac orationis acerbitate, quo intelligant, peccata sua non esse occulta, sed ea patere cunctis hominibus, ut, se de his a suis capitulis non esse praemonitos, praetendere non possint. Verum si nihil profici posse videbitur, ut praetermittatur vel mitigetur ac leniatur acerbitas haec orationis, ex sententia ceterorum, ne hac offensi negotium retentionis beneficiorum, quae decretum Tridentinum tollit, inficiant ipsi dni episcopi.

Legatorum id prudentiae committitur.

XXII.

Pierwsza redakcyja instrukcyi dla posłów kapituły Krakowskiej na synod prowincyjonalny zwołany do Piotrkowa w r. 1565.

Articulus primus: de exequendis canonibus concilii. Executio haec pertinet ad eos, qui exequendi eos habent potestatem: ad episcopos et ad regem.

Inprimis legantur in sinodo canones Tridentini et considerentur inter eos, qui ad episcopos pertinent, examinenturque et excutiantur singuli atque ita ad praescriptum eorundem dni episcopi se accomodent, se ipsos corrigant, emendent, mutent in vitam optimam in moresque optimos, resideant circa ecclesias sponsas suas, divina officia per se perficiant, horas canonicas orent, divina officia et missas omni die audiant, habeant penes se in curiis suis viros in iure et theologia peritos ac practicos propter varios casus emergentes et ad verbum Dei praedicandum idoneos et ad haereticos refellendos et ad rectam viam inducendos.

Plebanatus non laicis, non pueris, sed sacerdotibus, magistris ac baccallariis idoneis ad praedicandum parochianis etc. conferant etc.

Haereticos, homicidas et alios facinorosos et in peccatis obstinatos verbo Dei et vera ac sana eius interpretatione, humana invitatione, blanda compellatione, largitione etiam et omnibus istis humanioribus officiis ad se trahant. Filios et consanguineos nobilium etiam haereticorum ad se recipiant et pedagogis suis tradant et suis impensis eos alant ac vestiant, qui sub illis doctrina Christiana imbuantur.

Ad vitam, mores et conversationem sacerdotum attendant et vitiosos emendari curent et alia id genus, quae ad archidiaconarum inquisitionem pertinent, iuxta praescriptum statutorum provincialium exequi curent.

Proventus ecclesiasticos non ad consanguineos suos ditandos sed ad pauperes alendos, vestiendos convertant.

Proventus et decimas sacerdotum sibi subiectorum dni Episcopi plebanis et ceteris clericis non rapiant etc., nam hac rapina Episcoporum saeculares scandalisati exemplo eorum rapinas exercent.

Canones concilii Tridentini et statuta provincialia excudi faciant, missalium etiam librorum, agendarum ac breviariorum est penuria etc.

Postea ad alia, quae in decretis Tridentinis sunt conscripta, dni Episcopi procedant, quae ad reformationem in religione, in moribus tam sacerdotum quam laicorum pertinent.

Dni Episcopi desinant iam esse avari et non mamonae sed Deo serviant, quia non possunt duobus dominis servire. Praeteritorum annorum Episcopi in Polonia fuerunt frugales, alii prodigi, nunc vehementer avari ac tenaces. Sint prodigi potius more aquilarum: nam mortui nichil hinc secum

auferent, nudi nati sunt, nudi in terram revertentur; et propter avaritiam male ubique audiunt etc.

Supra vero omnia et ante omnia, si quid recte geri debet, ut sit spiritus sanctus in hac nostra sinodo: dni Episcopi redeant in mutuam gratiam, odia ac offensiones mutuas voluntaria ac perpetua oblivione ex animis suis deleant et in charitate concorditer negotia sinodi in manus sumant et studio bono ad firmandum statum ecclesiae tractent. Non est dubitandum, quin omnia feliciter sint successura.

Dni Episcopi professionem fidei suae sub iureiurando suo faciant, sanctae sedi Apostolicae et decretis concilii obedienciam iurent et haereses anathematisent etc.

Insuper ut Serenissimus Rex in curia sua aulicis suis omnem haeresim inhibeant. Et si qui non audire velint, eos a se et a curia sua removeat et iurgeltis privet etc.

Etiam inhibeat R. Mtas omnibus subditis suis esum carnium, diebus prohibitis a sanctis patribus: ieiunia servent et macella carnium claudant, dies festos colant, nec laboribus kmethonum operave manuaria eos violent ac prophanent.

Mandet etiam Mtas eius, ut universi homines ad ecclesias, ad missas ac sacrificia divina ac ad verbum Dei audiendum conveniant; confessiones de peccatis, poenitentiam agant, communicent catholico more.

Edicat etiam ac mandet Serenissimus Rex, ut quicunque ecclesias suis in bonis regiis sive eorum hereditariis supellectili ecclesiastica despoliaverunt ac decimas, redditus, villas, praedia, fundos agrosque eisdem ecclesiis et earum sacerdotibus ademerunt, rursus eandem supellectilem, utpote vasa et sacras vestes, calices, patenas, cruces, pacificalia, monstrantias, thuribula, decimas et omnia bona ecclesiastica ecclesiis earum restituant, plebanos ad eas redire permittant et redditus eis servientes tribuant et cultum divinum restitui et peragi in eisdem sinant et eosdem sacerdotes, ne violare audeant aut permittant.

Haec, posteaquam per Serenissimum Regem et senatum ei consentientem fuerint constituta et poenis ad terrorem firmata atque executa, facile cetera nobilitas pauperior ab hac amentia deterrebitur et insanire desinet.

Postremo Serenissimum dnum Regem caute et prudenter iterum ad servanda concilii decreta, uti legato id promisit, cohortentur et rogent.

Deinde a vitiis, si quae sunt in illo, quae homines offendant, paterne dehortentur, nam ea et dignitatem eius regiam dehonestant et famam authoritatemque domi forisque minuunt.

Hortentur etiam illum, ut pro debito suo regio in iudiciis crebro adsit. Et ut ad id invigilet, ne causae litigantium arte et astutia causidicorum in longum extrahantur; nam multae sunt pauperiorum querelae, eo, quod sumptus his ad huiusmodi longas lites non sufficiunt.

Similiter et de ceteris rebus, quae in eo desiderantur, admoneatur etc., ut in religione et fide, in cultu erga Deum et in aliis virtutibus Serenissimum patrem suum imitetur, quem dnus Deus dilexit, protexit, victoriis, triumphis, gloria, felicitate, amicitiis regum latissime cumulavit, qui non solum in orbe Christiano et apud ethnicos, sed etiam inter celites erat fama super aethera notus.

Rogandus itaque et hortandus Serenissimus ipse Rex, ut servando suscepta decreta concilii et obediendo Smo Patri vicario Christi etiam servet in regno suo sanctam catholicam fidem, iurisdictionem ecclesiae restituat, immunitates sacerdotibus concessas manuteneat et regnum in iustitia gubernet: sic Deus omnes actiones eius prosperavit et regem illum magnum cunctisque venerabilem faciet. Nam apud Deum, ut nullum malum impunitum, sic nullum bonum irremuneratum.

T e r t i u s a r t i c u l u s: quomodo privilegia ecclesiastica sunt defendenda et conservanda. Poterant nobis salva esse nostra privilegia, si ea ipsi dni Episcopi non prodidissent, et praecipue dnus Uchanski Archiepiscopus, qui cerebello suo confidens ad superbiam elevatus summum pontificem, vicarium Christi, contempserat, possessionem episcopatus cum *wosni* et lictoribus occupaverat et appellationem contra papam et sedem Apostolicam *do braciey na sgiem* interposuerat, et spreto iure ecclesiastico, quod non didicit, iuri saeculari statum ecclesiasticum suis practicis cum saecularibus intrusit. Qui etiam num iure saeculari, sacerdotes tanquam rusticos iudicat. Hic quadrat reginae Bonae dictum: si unus fatuus lapidem magnum in puteum deiicit, decem prudentes eum non extrahunt. Laboramus, sudamus et non proficimus. Attamen laborandum est in comitiis, ut iurisdictio ecclesiastica reddatur, sic enim immunitates ecclesiasticae conservabuntur.

Q u a r t u s a r t i c u l u s est de constitutionibus conventus, quibus beneficia ecclesiastica in bonis regiis post statutum Alexandri regis fundata anichilantur.

Dni Episcopi obiciant adversum has constitutiones decretum Tridentinum de beneficiis fundatis non abolendis et defendant rem summa contentione. Et praesertim, quae sunt fundata ad publicam utilitatem regni etc.

De abrogata executione processuum iuris spiritualis agendum erit in comitiis regni, ut simul, cum restituta fuerit iurisdictio ecclesiastica, rex mandet capitaneis, ut executionem talium processuum super decimis, raptu ac violentia, statutum vetus exequantur, bona excommunicatorum sequestrando etc. Et ut excommunicati non sint digni in iudiciis ferre testimonium, nec admittantur. In quo fiat executio statuti regni. Similiter haeretici non admittantur.

Q u i n t u s a r t i c u l u s: de restituendis ecclesiis et sacerdotibus ad eas reducendis. Potestas hic regia requiritur, per quam si iurisdictio restituetur, restituentur ecclesiae et sacerdotes.

Sextus articulus: quo iure decimae et alii redditus ecclesiastici repeti debent. Iure antiquo ecclesiastico: quod si obtineri non poterit, agendum in comitiis, ut clerus raptores suos ad capitaneos locorum citet. Rex vero mandet illis, ut in primo et secundo termino finis causae et solutio fiat, ut est in Slesia; et capitaneus non disputet nec cognoscat de iuribus et privilegiis sacerdotum, ac ut necesse non sit sacerdotibus exhibere coram capitaneis fundationum litteras, sed satis sit: usus et possessio diuturna et continuata.

Septimum articulum non intelligo: de forisatione et quittantiis decimarum.

Octavus articulus, ut quod Summus pontifex concessit aliis provinciis, nostrae quoque provinciae concederet ea, quae nobis expedirent, ad retentionem fidelium in fide catholica et ad reductionem ad ecclesiam haereticorum et ad iurium ecclesiae restaurationem.

Qui sensus sit huius articuli, non apparet. Fortasse hoc intelligitur: ut sacerdotes sint uxorati, ut communio sit utriusque speciei sacramenti, ut missae et cetera divina officia lingua nostra Polona agantur ac dicantur.

Hoc loco dicantur ea, quae alibi facta sunt, quod scilicet per hoc non sunt homines meliores effecti, immo deteriores.

Sacerdotes nunc esse despectos maxime propter mulierum consuetudinem, multo magis despectiores essent ob uxores et Deo odibiliores propter venereos actus, in quibus eos continue volutari esset necesse, vocareturque sus in volutabro: Orzechowii hic negotium agitur.

Uxores autem eiusmodi non forent contentae sacrificuli una mentula: quaererent alios ad supplendas negligentias etc. Quanta ea crux esset misero plebano, zelothipia, furta lecti, furta rei familiaris, prolis multiplicatio, ad quos alendos et vestiendos et ditandos plebani res ecclesiasticas distraherent. Et quis talis sacerdotis immundi sacrum audire vellet. *Ja niechczą popadigey.*

Missas vero lingua vernacula legi aut cantari non convenit, nam et prohibitum est, et sacra misteria venirent in contemptum.

Et proinde totus hic articulus octavus abiciatur, qui totam Poloniam scandalisatur.

Ad adducendum haereticos ad veterem ecclesiam et ad haereses deserendas dni Episcopi, quum ibunt ad comitia regni, habeant secum doctores elequentes, qui coram rege et senatu et coram nuntiis etc. contiones facientes errorem haereticorum confutent et hortentur illos ad reditum ecclesiae catholicae. Lucas et Melchior [1]) sunt ad id valde apti et ad docendum et ad terrendum fortasse profici aliquid poterit hac dominorum episcoporum vigilantia. Sed ante omne opus est, ut domini episcopi reiecta avaritia, superbia, odiis etc. a mundanismo convertant sese ad Deum in sanctitate et ha-

---

[1]) Łukasz Podoski i prawdopodobnie Melchior z Mościsk prowincyjał Dominikanów cf. Uchansciana I. p. 75 i 81.

bentes illud semper in memoria, qualem S. Paulus scribit fore episcopum: Omnis pontifex, alioqui nihil proficiemus.

Ad conservandam immunitatem cleri a bello scient Reverendissimi domini episcopi, quomodo sese in hoc negocio gerere debeant, sicut et in praeteritis comitiis fecerunt. Exhibeant, si opus fuerit, litteras ac privilegia immunitatum ecclesiae et pro his opponant strenue, dominos etiam saeculares ad se, ad tuendum iura et immunitates suas, ad assistendum sibi adducant et animos eorum sibi concilient.

Praeterea ad nuntios terrarum accedant et rogent ab eis, ut ne velint iura et libertatem ecclesiasticam sublatam, alioqui violatis privilegiis et libertate ecclesiastica facile erit regiae potentiae violare iura et libertates saecularium. Nam admisso semel periurio in re ecclesiastica, grassari poterit rex sine ullo conscientiae et Dei metu in statum saecularem, destruendo eorum immunitates. Timendo itaque tirannidem et ei tempori occurrendo, sint ipsi saeculares de suis iuribus solliciti et tuendo immunitatem ecclesiasticam et ius suum etiam una tuebuntur et hoc ecclesiarum periculo suum praecaveant.

De servitio bellico advocatorum: statutum intelligendum est de advocatis regiis et hereditariis, ut est Bochnensis et Syradiensis etc., qui habent villas et possessiones et proventus magnos etc., non autem de episcoporum et spiritualium advocatis, qui non habent villas nec ab aliis kmethonibus differunt, nisi quod diurnum laborem in septimana cum kmethonibus non laborant, sed tamen ferunt alia onera et cum litteris mittuntur etc.

Et quia ad regem etiam pertinet executio decretorum Concilii Tridentini, sine cuius ope, opera ac severitate executio ipsa procedere non potest, agendum est cum Serenissimo rege nostro, ut, quum decreta Concilii agente legato apostolico susceperit, ea ipsa decreta, quantum ad personam et officium eius regale, tam in se ipso, quam in subditis suis, Deo et ecclesiae rebellibus, exequatur.

Instent domini episcopi, ut Serenissimus dominus rex cum ipsis episcopis et potioribus consiliariis saecularibus consilium ineat, adductisque saecularibus consiliariis, ut huic executioni faveant et, relicta haeresi cum erroribus, priscam religionem per apostolos, per Spiritum sanctum, per angelos inventam, manifestatam et institutam amplectantur et ex erroribus demonum asserant sese, idque publice in comitiis rex cum senatu profiteatur se in prisca patrum suorum religione ac fide permanere et haereses iam olim diu ac ubique damnatas, nunc vero ab inferis revocatas, anathematisare et e regno expellere velle. Dicat ac profiteatur Serenissimus rex, quod iurisdictionem ecclesiasticam, ad tempus suspensam, dominis episcopis iam exnunc restituit cum omni potestate eandem iurisdictionem exercendi, processus et censuras contra rebelles haereticos ceterosque inobedientes ecclesiae et iuri ecclesiastico fulminandi, etiam contra raptores ac violatores bonorum et personarum ecclesiasticarum ceterosque criminosos etc. cum omnibus causis, quae antea semper ad forum ecclesiasticum pertinuerunt.

Quam ad rem severitate regia firmandam Serenissimus rex edicta sua et Serenissimi patris sui aliorumque regum, tum etiam leges ac statuta contra haereticos et insordescentes edita, in usum revocet capitaneisque suis ea exequi demandet sub poenis in illos constitutis.

Edicatque etiam ac mandet Serenissimus rex, ut omnes ministri haeretici, quicunque tandem sint illi, ut ex Polonia intra certum tempus expellantur, alioqui capiantur per capitaneos locorum et gladio feriantur.

Similiter mandet universis subditis suis, ut nullus eorum haereticos apud se habere, tueri et retinere praesumat sub poena capitis et bonorum confiscatione et inabilitate ad quaecunque officia ecclesiastica et saecularia.

Ad haec revocentur omnes et singuli filii huius regni ex Germania aliisque locis, haeretica pravitate infectis, sub poenis etc.

Praeterea, ut nemo libros haereticorum in Poloniam et dominia regia importet, nemo legat aut haereticum aliquid doceat.

Praeterea, ut omnes libri haereticales, quicunque sunt, sive apud bibliopolas, sive apud nobiles et cives aliosque ubicunque, domini episcopi aut eorum [1]) officiales cum capitaneis locorum et officio civili inquirant, adhibitis etiam iuramentis, et eosdem libros ac picturas etiam haereticorum contumeliosas capiant et igne exurant, poenis contra renitentes constitutis.

Mandet etiam Serenissimus rex et constitutione sanciat, ut domini episcopi contra suspectos de haeresi iure ecclesiastico procedant, rege opem eis ferente.

Inhibeat etiam Serenissimus rex, ut conventicula sive coenae sive alio quocunque praetextu in nullius domo fiant. Et si quis id in domo sua fieri admiserit, domo ipsa privetur.

XXIII.

Uchwały synodu prowincyjonalnego Piotrkowskiego z r. 1577.

Acta et constitutiones sinodi provincialis Gneznensis Petricoviae [2]) anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo septimo die decima nona mensis Maii habitae et celebratae.

In nomine Sanctissimae et individuae Trinitatis sinodus provinciae Gneznensis anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo septimo, die XIX mensis Maii ritu solenni, invocata Spiritus Sancti gratia et sacrosancto sacrificio missae in ecclesia parochiali Petricoviensi supplicationibus atque litaniis devote peractis ad laudem atque [3]) gloriam eiusdem Sanctissimae Tri-

---

[1]) Cod. eius. — [2]) Ed. Gneznensis provinciae. — [3]) Ed et.

nitatis sanctaeque catholicae ecclesiae religionis incrementum est habita, praesidentibus ei Rmis in Christo patribus et dnis dnis Vincentio Laureo episcopo Montis Regalis, Sanctissimi in Christo patris et dni dni Gregorii, divina providentia papae XIII, sanctaeque sedis Apostolicae ad Serenissimum principem et dnum dnum Stephanum regem Poloniae eiusque dominia nuntio, et Iacobo Uchanski, Dei gratia archiepiscopo Gneznensi, legato nato et primate regni Poloniae, assidentibus sibi [1]) Rmis dnis Stanislao Karnkowski Wladislaviensi et Pomeraniae, Petro Myszkowski Plocensi et nominato Cracoviensi, Luca Koscziełeczki Poznaniensi, Martino Bialobrzeski abbate Clarae Tumbae nominato Camenecensi, eadem gratia episcopis [2]), ac Rmorum dnorum Iohanne Iarczewski decano Vilnensi, Valeriani Vilnensis, et Toma Choienski vicedecano Luceoriensi Wictorini Wierzbiczki Luceoriensis episcoporum legitimis ex causis absentium nuntiis [3]), Rmis vero dnis [Iohanne] [4]) Sienienski archiepiscopo Leopoliensi confirmato, Martino Gerztmano Wratislaviensi et Melchiaro Gedroic Mednicensi episcopis iustis ex causis per litteras absentiam suam excusantibus, necnon [5]) Rdis dnis Martino Izdbienski de Rusiecz et Iohanne Kąkolewski iuris utriusque doctoribus, canonicis Gneznensibus, Stanislao Krasinski iuris utriusque doctore archidiacono et Alberto Nininski canonico Cracoviensibus, Iohanne Demetrio Solikowski scholastico et Alberto Gadomski iuris utriusque doctore, Pomeraniae archidiacono in ecclesia Wladislaviensi, Hieronimo Powodowski et Iacobo Brzezniczki iuris utriusque doctore, canonicis Poznaniensibus, Paulo Glogowski decano et Iacobo Gorski canonico Plocensi iuris utriusque doctoribus, Iohanne Iarczewski decano Wilnensi, Valentino Urzedow archidiacono Przemisliensi, Nicolao Kolaczkowski, archidiacono Luceoriensi, Bartolomeo Wargoczki canonico Leopoliensi, capitulorum suorum nuntiis, et venerabilibus ac religiosis dnis Alexandro Mielenski Strzemesnensi [6]), [Iohanne] Gniazdowski Mogilnensi, Stanislao Faleczki Suleioviensi, Andrea Dzierzanowski Wągrovecensi, Matheo Borzewski Landensi, Mathia Kietlinski Witoviensi, Andrea Karwiczki Wąchocensi, Andrea Bialobrzeski Andreoviensi, Paulo Mąkolin Plocensi, Andrea Brzechwa per nuntium Tinecensi et Stanislao Falęczki per nuntium Czervenensi abbatibus, suo et aliorum abbatum legitimis de causis absentium nominibus.

1. Primum omium ad exonerandas conscientias et puritatem fidei christianae conservandam aperte sacra sinodus profitetur foedus tempore interregni ante electionem Serenissimi regis Henrici in convocatione Warschoviensi, reclamantibus ordine ecclesiastico et catholicis, factum, quo permissa

---

[1]) Ed. Idem archiepiscopus Gneznensis de consilio et assensu Rmorum DD. Episcoporum comprovincialium suorum nempe D. Stanislai Karnkowski etc. — [2]) W Edycyi trzech tych wyrazów niema. — [3]) Ed. nuntiis admissis. — [4]) Wyrazy, brakujące w kodeksie a uzupełnione według druku, zamieszczamy w klamrach. — [5]) Ed. necnon praesentibus. — [6]) Ed. Milenski Tremesnensi.

est in hoc regno licentia credendi, quid quisque velit, sine ulla cuiusque officii coertione, esse illicitum, cum morte et inferno, ut dicit Isaias, percussum contra divinas leges, contra canones sacros, contra communes leges sanctissime institutas, contra anterius totius regni foedus et regni regumque Poloniae sanctissimas et piissimas constitutiones, (quae dum observatae fuerunt, fides sincera et inviolata permansit, at earum observantia remissa [1]) haereses pulularunt) contra rationem ipsius iuramenti in confusionem ecclesiae Christianae in pessimum et perniciosum exemplum, in perniciem ecclesiae et fidelium, in finem fovendorum atque agendorum dissidiorum et ad scindendam pacem et unitatem verae fidei catholicae et inconsutilis tunicae, hoc est ecclesiae Iesu Christi, quae una sola est, quam nisi quis inviolabiliter servaverit, salvus esse non poterit. Contra ipsam postremo rationem, cum nec ipsa rerum natura ferat duas de eadem re contrarias doctrinas veras esse, ne tali permissione iurata et usurpatione veritas fidei catholicae quoquomodo in dubium vocari videatur et eorum doctrinae, inter se alioqui pugnantes, quam nostra, sibi in perpetuo constans, veriores existimentur, his et aliis causis, uti antea, nunquam ordo ecclesiasticus et catholici consenserunt, quin imo omni loco et tempore tam in Gallia, quam postea in coronatione regis Henrici, itemque post Serenissimi regis moderni feliciter regnantis electionem et in Andreioviensi conventu repetendo et commemorando contradicebant et solenniter protestabantur, itaque et nunc eadem sancta sinodus approbando omnes eiusmodi superiores protestationes decernit et statuit huiusmodi foedus et pactum esse contra Deum pacique et unitati fidei christianae esse contrarium et perniciosum, de quo coram Deo [2]) et angelis solenniter protestatur, contradicit et anathematisat. Si quis autem clericorum cuiuscunque tandem status et conditionis praedictum foedus approbare, tueri, defendere, aut illi consentire velit, hic authoritate huius sanctae sinodi ab officio et beneficio suspensus et privatus esse decernitur, anathemaque declaratur ac pronuntiatur. Et ad testificandam unitatem et constantiam sacrosanctae ecclesiae catholicae, quae a Iesu Christo Domino Deo et salvatore nostro super Beatum Petrum apostolorum principem ab initio aedificata et ad finem usque saeculi perpetua summorum pontificum Romanorum successione duratura est, omnes et singuli, qui ad sinodum convenerunt, fidem suam, quae una eademque est omnium vere in Christum credentium, ex formula per Pium quartum, foelicis recordationis pontificem maximum, et ita adhibito iureiurando libenter cupideque professi sunt, omnesque haereses, quae illi quovismodo adversantur ac repugnant, ab ecclesia damnatas, reiectas, anathematisatas pariter damnarunt, reiecerunt et anathematisarunt, prout damnant, reiiciunt et anathematisant necnon obedientiam Sanctissimo domino nostro Gregorio divina providentia papae XIII, vero Christi in terris vicario, Sanctique Petri

---

[1]) Cod. praemissa. — [2]) Cod. contra Deum.

legitimo successori spoponderunt, sancteque ac religiose iuraverunt, uti spondent, vovent et iurant. Quod ut idem in futurum observetur, in omnibus aliis tam provincialibus quam diocesanis sinodis sancta haec sinodus decrevit et statuit [1]).

[1]) Artykuł ten w edycyi z r. 1578 został w ten sposób przerobiony, że ustęp »Et ad testificandam etc.« umieszczono, znacznie go rozszerzywszy, na początku, a później dopiero dodano to, co w naszym tekscie znajduje się na samem czele. Ponieważ trudnoby uwidocznić za pomocą dopisków, czem się urzędowa redakcyja różni od pierwotnego tekstu, podajemy art. I w całej rozciągłości według edycyi:

»Primum caput. Ad testificandam unitatem et constantiam sacrosanctae catholicae ecclesiae, quae a Iesu Christo domino Deo et Salvatore nostro super beatum Petrum apostolorum principem ab initio aedificata et ad finem usque saeculi perpetuo Summorum pontificum Romanorum successione duratura est, omnes et singuli, qui ad sinodum convenerunt, fidem suam, quae una eademque est omnium vere in Christum credentium ex formula per Pium IV felicis recordationis pontificem maximum edita adhibito iureiurando libenter cupideque professi sunt, in hanc videlicet formam:

Ego N. firma fide credo et profiteor omnia et singula, quae continentur in simbolo fidei, quo Sancta Romana Ecclesia utitur, videlicet: Credo in unum Deum, Patrem Omnipotentem, factorem coeli et terrae, visibilium omnium et invisibilium, et in unum dominum Iesum Christum filium Dei unigenitum et ex patre natum ante omnia saeculo Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt, qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de coelis et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine et homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato passus et sepultus est. Et resurrexit tertia die secundum scripturas, et ascendit in coelum, sedet ad dexteram Patris, et iterum venturus est cum gloria iudicare vivos et mortuos, cuius regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum dominum et vivificantem, qui ex Patre Filioque procedit, qui cum Patre et Filio simul adoratur et conglorificatur, qui locutus est per prophetas. Et unam Sanctam Catholicam et Apostolicam ecclesiam. Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum et expecto resurrectionem mortuorum et vitam venturi saeculi. Amen. Apostolicas et ecclesiasticas traditiones aliasque eiusdem ecclesiae observationes et constitutiones firmissime admitto et amplector. Item Sacram Scripturam iuxta eum sensum, quem tenuit et tenet S. mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu et interpretatione sacrarum Scripturarum, admitto, nec eam unquam nisi iuxta unanimem consensum patrum accipiam et interpretabor. Profiteor quoque septem esse vere et proprie sacramenta novae legis a Iesu Christo Dno nostro instituta atque ad salutem humani generis, licet non omnia singulis necessaria, scilicet: baptismum, confirmationem, Eucharistiam, poenitentiam, extremam unctionem, ordinem et matrimonium, illaque gratiam conferre. Et ex his baptismum, confirmationem et ordinem sine sacrilegio reiterari non posse. Receptos quoque et approbatos ecclesiae catholicae ritus in supradictorum omnium sacramentorum solenni administratione recipio et admitto. Omnia et singula, quae de peccato originali et de iustificatione in sacrosancta Tridentina sinodo definita et declarata fuerunt, amplector et recipio. Profiteor pariter in missa offerri Deum verum proprium et propitiatorium sacrificium pro vivis ac defunctis atque in Sanctissimo Eucharistiae Sacramento esse vere realiter et substantialiter Corpus et Sanguinem unacum anima et Divinitate dni nostri Iesu Christi fierique conversionem totius substantiae panis in corpus et totius substantiae vini in sanguinem, quam conversionem catholica ecclesia transsubstantiationem appellat. Fateor etiam sub altera tantum specie totum atque integrum Christum verumque sacramentum sumi. Constanter teneo purgatorium esse animasque ibi detentas fidelium suffragiis iuvari. Similiter et Sanctos unacum Christo regnantes venerandos atque invocandos esse eosque orationes Deo pro nobis afferre, atque eorum reliquias

2. Cum autem nihil quod vel ad doctrinae utilitatem, vel ad vitae morumque reformationem ipsiusque religionis catholicae propagationem pertineat, sacra sinodus salutarius, utilius et ad remedia praesentium malorum accomodatius, magisque necessarium canonibus atque decretis sacrosancti concilii Tridentini esse iam pridem intelligeret eaque recipere et in execu-

esse venerandas. Firmissime affero imagines Christi ac Deiparae semper Virginis necnon aliorum sanctorum habendas et retinendas esse atque eis debitum honorem ac reverentiam impertiendam. Indulgentiarum etiam potestatem a Christo in ecclesia relictam fuisse, illarumque usum Christiano populo maxime salutarem esse affirmo. Sanctam Catholicam et Apostolicam Romanam ecclesiam omnium ecclesiarum matrem et magistram agnosco, Romanoque pontifici beati Petri apostolorum principis successori ac Iesu Christi vicario veram obedientiam spondeo ac iuro. Cetera item omnia a sacris canonibus et oecumenicis conciliis ac praecipue a Sacrosancta Tridentina sinodo tradita, definita et declarata indubitanter recipio atque profiteor. Simulque contraria omnia, atque haereses quascunque ab ecclesia damnatas et reiectas et anthematisatas, ego pariter damno, reiicio et anathematiso. Hanc veram catholicam fidem, extra quam nemo salvus esse potest, quam in praesenti sponte profiteor et veraciter teneo, eandem integram et inviolatam, usque ad extremum vitae spiritum constantissime. Deo adiuvante, retinere et confiteri, atque a meis subditis vel illis, quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri, doceri et praedicari. quantum in me erit, curaturum ego idem N. spondeo, voveo, ac iuro. Sic me Deus adiuvet et haec sancta Dei Evangelia. Et quia huic professioni fidei, quam modo omnes fecerunt, nihil magis adversatur, quam foedus illud tempore interregni ante electionem Serenissimi regis Henrici in convocatione Varsoviensi conceptum. Propterea ad exonerandas conscientias et puritatem fidei christianae conservandam, aperte sacra sinodus profitetur, foedus illud reclamantibus ordine ecclesiastico et catholicis et contra piam ipsius regis voluntatem, ut postea publice et privatim saepe declaravit, factum, quo permissa est in hoc regno licentia credendi, quid quisque velit, sine cuiusque officii coertione, esse illicitum, cum morte et inferno, ut dicit Isaias, percussum, contra divinas leges, contra canones sacros, contra communes leges sanctissime institutas, contra anterius totius regni foedus, et regni regumque Poloniae sanctissimas et piissimas constitutiones (quae dum observatae fuerunt, fides sincera et inviolata permansit, at earum observantia remissa haereses pullularunt) contra rationem ipsius iuramenti et in confusionem ecclesiae christianae, in pessimum et perniciosum exemplum, in perniciem ecclesiae et fidelium, in finem fovendorum atque augendorum dissidiorum, blasphemiarumque et ad scindendam pacem et unitatem verae fidei catholicae et inconsutilis tunicae, hoc est, ecclesiae Iesu Christi, quae una sola est, quam nisi quis inviolabiliter servaverit, salvus esse non poterit, contra ipsam postremo rationem, cum nec ipsa rerum natura ferat, duas de eadem re contrarias doctrinas veras esse. Ne tali permissione iurata et usurpatione veritas fidei catholicae quoquomodo in dubium vocari videatur, et eorum doctrinae, inter se alioqui pugnantes, quam nostra, sibi perpetuo constans, veriores existimentur: his et aliis causis, uti antea, nunquam ordo ecclesiasticus et catholici consenserunt, quinimo omni loco et tempore tam in Gallia quam postea in coronatione regis Henrici, itemque post Serenissimi regis moderni foeliciter regnantis electionem et in Andreioviensi conventu et in coronatione repetendo et commemorando contradicebant et sollenniter protestabantur, ita et nunc eadem sancta sinodus, approbando omnes eiusmodi superiores protestationes decernit et statuit, huiusmodi foedus et pactum esse contra Deum pacique et unitati fidei christianae contrarium et perniciosum, de quo coram Deo et angelis eius solenniter protestatur, contradicit et anathematisat. Si quis autem cuiuscunque tandem status aut conditionis praedictum foedus approbare, tueri, defendere, aut illi consentire velit, hic autoritate huius sancti sinodi ab officio et beneficio suspensus et privatus esse decernitur, anathemaque declaratur ac pronunciatur. Eadem quoque sancta sinodus, quibus potest enixis precibus, petit et efflagitat a Serenissimo rege, ut Maiestas sua, quemadmodum in foelici

tionem deducere cuperet, neque tamen propter superiorum temporum iniquitatem continuasque[1]) provinciae istius perturbationes usque adhuc id facere potuisset, nunc tandem aliquanto[2]) tranquillius atque oportunius tempus nacta, eosdem canones atque [decreta] sine ulla exceptione sancte et reverenter recepit et recipit, ac ut primo quoque tempore per eos, ad quos id ex eorum praescripto pertinet, in tota hac provincia debitae executioni demandentur, praecepit et decernit sub poenis in eisdem contentis.

3. Quoniam vero in eodem sacrosancto concilio reperiuntur nonnulla, quae huic provinciae partim propter ipsius conditionem a ceteris provinciis longe diversam, partim propter temporum et rerum ecclesiasticarum statum difficiliorem et iniquiorem sine ecclesiae incommodo et periculo accomodari et in executionem deduci non possunt, exhibita sunt nomine totius cleri istius provinciae Rmo dno sanctae sedis Apostolicae nuntio certa capita ex decretis[3]) eiusdem concilii desumpta, quae moderatione ac relaxatione aliqua indigeant, supplicatumque est praefati cleri nomine Rmis etiam dnis archiepiscopo et episcopis, qui huic sinodo interfuerunt, petitione sua ipsum clerum adiuvantibus, quo Rmus dnus nuntius super ea moderatione apud Sanctissimum dnum nostrum authoritatem suam interponeret, deque statu provinciae istius suae Sanctitati fidem pleniorem faceret, quod sua Rma Dominatio libenter se facturam recepit. Quod si quid etiam deinceps in exequendis ipsius concilii decretis difficultatis, obscuritatis maiorisve incommodi aut detrimenti ecclesiae imminere animadversum fuerit, sacra sinodus confisa[4]) de benignitate atque indulgentia matris suae Sanctissimae sedis Apostolicae certissimum sibi in omnibus suis necessitatibus atque difficultatibus in ea collocat ac pollicetur refugium.

4. Eadem sacra sinodus statuta et constitutiones provinciales tam antiquas quam novas atque novissimas, quae sint consentaneae et nullo modo repugnent sacrosancti concilii Tridentini decretis, in pristino suo robore conservat ad easque in unum volumen per Rdos olim Stanislaum Dąbrowski et Franciscum Crasinski, iuris utriusque doctores tunc canonicos Gneznenses, ex commissione sinodi provincialis Petricoviensis iam redactas diligentius etiam inspiciendas et recognoscendas deputavit Rdos dnos Stanislaum Krasinski archidiaconum et Martinum Izbienski de Russiecz scholasticum Crac. iuris utriusque doctores, quae sic revisa a futura sinodo provinciali approbari debent.

---

coronatione sancte promisit, ita ipsa praestet, ac praesertim pro officio pii et iusti ac prudentis principis provideat, ne quid ex ea consideratione detrimenti Respublica regni Poloniae et religio catholica capiat, sed eam omnino aboleri curet, quandoquidem damna istius confoederationis, iam manifesta appareant. Nam et Iudaismi et Machometismi et Atheismi impietas iam regno huic impendere videtur.

[1]) Ed. continuatasque. — [2]) Cod. aliquando. — [3]) Cod. et decretas. — [4]) Cod. confessa.

5. Porro cum sacra sinodus intelligat, studia, consilia, laboresque et vigilias nostras contra tot et tanta mala et pericula, quae cum universam ecclesiam catholicam tum praecipue provinciam hanc premunt et circumdant si ope et praesidio divino destituantur, nihil valere, mandat et praecipit, ut per totam hanc provinciam in omnibus tam saecularium quam regularium ecclesiis supplicationes cum litaniis et processionibus more solito, qualibet secunda, quarta et sexta feria ex eo tempore ad unius anni decursum pro sanctae ecclesiae catholicae tranquillitate atque incolumitate eorumque. a quibus oppugnatur, resipiscentia et conversione, regisque et regni istius incolumitate fiant devoteque peragantur.

6. Celebratio sinodorum tam provincialium quam diocesanarum, quantopere ad occurrendum malis ecclesiae Dei, praesertim tam difficilibus ipsius temporibus vel ad retinendam ecclesiasticam disciplinam sit necessaria, ex earum tam diuturna intermissione, praesens sinodus facile perspexit. Itaque decretum concilii Tridentini de iis in executionem deducendo, statuit et decernit, ut quolibet triennio sinodos provinciales post festum S. Bartholomei Apostoli Rmus dnus archiepiscopus Gneznensis per se, vel si legitime impeditus fuerit, per aliquem ex Rmis dnis episcopis provincialibus celebret [1]). Quod si facere neglexerit, ultra poenas sacris canonibus sancitas, ducentorum aureorum mulctae dnus archiepiscopus succumbet, qui in usum fabricae ecclesiae metropolitanae converti debent, et nihilominus ab episcopis sanctae sedi Apostolicae deferatur. Diocesanae quoque a Rmis dnis episcopis quotannis, quo tempore illis commodius visum fuerit, sub eadem poena in proxima provinciali sinodo luenda et in usum ecclesiae suae cathedralis convertenda celebrentur.

7. Visitationes quoque per eos, ad quos de iure pertinet, suis temporibus faciendae sunt iuxta sacrosancti concilii Tridentini decretum [2]).

8. Ad exercendam iurisdictionem spiritualem Rmi dni ordinarii viros graves et iurisperitos vicarios atque officiales suos in locis antiquitus consuetis instituant [3]), in curiis etiam suis cancellarios viros doctos et [in] iure versatos tum etiam theologos secundum statutorum praescriptum habeant. Si vero in eo negligentes esse perrexerint, arbitrio sinodi provincialis puniantur.

9. Iurisdictio spiritualis hactenus pene intermissa et neglecta suscitetur, delictaque et crimina, quae et gravitate et frequentia iram divinam provocant, qualia sunt: usurae, adulteria, periuria, simoniae et cetera innumera scelera et flagitia, sacrorum canonum poenis coherceantur, quae propter diuturnam

---

[1]) Ed. impeditus fuerit, per Episcopum comprovincialem antiquiorem celebret. — [2]) W edycyi artykuł ten stanowi jedną całość z poprzedzającym. — [3]) Ed. constituant.

conniventiam et negligentiam praelatorum adeo iam in consuetudinem venerunt, ut vix pro peccatis habeantur.

10. Cum ebrietas sit vitiorum fomes et nutrix, sancta sinodus decernit sacerdotem, quem ebrium fuisse constiterit, ut ordo patitur aut triginta dierum spatio a communione summovendum aut corporali subdendum supplicio. Ceteri vero clerici iuxta sacrorum canonum formam severissime puniantur. Sacra quoque sinodus monet, ut episcopi sub gravibus poenis inserent suis subditis laicis, ne in posterum nocturnas vigilias et ebrietates exerceant [1]).

11. Clerici omnes, praesertim vero beneficia ecclesiastica obtinentes, habitum clericalem et tonsuram deferant, alioqui privilegiis clericalibus minime gaudeant contra quosvis magistratus tam spirituales quam saeculares, et nisi habitum et tonsuram intra annum assumpserint, ipso facto beneficiis sint privati, alias iuxta decretum concilii Tridentini.

12. Decreta concilii Tridentini de corrigendis clericorum excessibus in executionem deducendo, sacra sinodus hortatur Rmos dnos locorum ordinarios, ut in poenis infligendis ordinem a sacrosancto concilio praescriptum observent, a levioribusque remediis gradatim, iuris ordine servato, ad graviora et saeviora [2]) progrediantur, nec praecipitanter et de facto ad extrema decurrant [3]); si secus fecerint, quocunque ex clericis hoc nomine de se conquerente, in proxima sinodo provinciali causam dicere necesse habeant.

13. Delatum est etiam ad sinodum subditos spiritualium deteriore iam esse conditione quam saecularium, iamque magnam partem villarum esse desertam et desolatam propter graves et intolerabiles exactiones atque onera, quae per praelatos vel eorum factores et bonorum conductores per nimiam habendi cupiditatem eis imponuntur. Itaque sinodus statuit, ut singuli Rmi dni archiepiscopi et episcopi ad praescriptum ecclesiae metropolitanae Gneznensis habeant oeconomos de medio capituli assumptos, qui quotannis eorum possessiones visitent, damna et detrimenta, quae bonis et subditis eorum quovismodo inferuntur, diligenter annotent, ipsisque fideliter referant corrigenda et emendanda. Si autem in eo negligentes fuerint, arbitrio sinodi provincialis puniantur. Fines etiam seu limites possessionum ecclesiae diligenter defendant. Arces et aedificia quaelibet sarta, tecta conservent, quin etiam eorum

[1]) W edycyi artykuł ten brzmi: »A crapula et ebrietate omnes clerici diligenter abstineant: unde vinum sibi temperent, et se vino. Nec ad bibendum quispiam incitetur, cum ebrietas et mentis inducat exitium et libidinis provocet incentivum. Unde illum abusum penitus decernimus abolendum, quo in quibusdam partibus ad potus aequales suo modo se obligant potatores; et ille iudicio talium plus laudatur, qui plures inebriat et calices fecundiores exhaurit. Si quis autem super his se culpabilem exhibuerit, nisi a superiore commonitus satisfecerit, ab officio vel beneficio suspendatur«.

[2]) Ed. severiora. — [3]) Ed. percurrant.

conditionem, quantum possunt, meliorem facere debent. arces et quasvis munitiones non prius in potestatem praefectorum et capitaneorum suorum tradant, quam ii iuraverint capitulo, post eorum cessum vel decessum easdem non alteri cuiquam quam ipsimet capitulo, se, ut primum requisiti fuerint, tradituros.

14. Hortatur etiam sacra sinodus Rmos dnos archiepiscopos et episcopos et in eo ipsorum conscientias onerat, ut omnia iura, privilegia et immunitates ecclesiasticas pro viribus tueantur et defendant, ad eaque, quae partim temporum iniquitate, partim negligentia collapsa vel per vim et potentiam oppressa sunt, in pristinum statum vindicanda, Sacrae Regiae Mtis fidem, iustitiam atque auxilium implorent, ordinisque sui ius atque dignitatem sedulo atque diligenter retineant.

15. Decernitque et statuit sinodus sancta, ut Rmi dni archiepiscopi et episcopi comitiis regni et conventibus particularibus terrarum intersint sub poena mille marcarum, in quamlibet quadraginta octo grossos computando, per quemlibet eorundem succumbenda, excepto legitimo impedimento, quod in sinodo proxima iureiurando confirmare debent. Et rege in dioecesi [alicuius Episcopi degente, illius loci Episcopus ad Serenissimum Regem se] conferre et ibidem manere teneatur et sit astrictus sub eadem poena.

16. Petendum est a Sacra Regia Maiestate per Rmos dnos suo et totius cleri nomine, ut episcopatum Pomezaniensem et Sambiensem in Prussia contra iura ecclesiastica occupatos, eorumque ecclesias prophanatas et spoliatas in pristinum statum vindicet et restituat, praesertim vero Pomezaniensem, cuius magna pars est in ditione Sacrae Regiae Mtis sine ullo episcopo et pastore legitimo. Supplicandumque est Sanctissimo dno nostro, ut de consensu Serenissimi regis eamque portionem episcopatus Pomezaniensis ditionis regiae, si integer [1]) episcopatus restitui non poterit, episcopo Culmensi uti viciniori adiungat.

17. Ius electionis liberae abbatum praepositorum ceterorumque praelatorum regularium, tam virorum quam monialium, secundum sacros canones conciliique Tridentini decreta ac provincialia statuta penitus observetur ac retineatur, dentque operam dni locorum ordinarii, ut ad ea munera homines idonei, vitae honestate et doctrina clari, qui regularem observantiam sint professi, vel statim profiteri necesse habeant, eligantur, de quorum iuribus et privilegiis ac libertatibus Rmi dni archiepiscopi et episcopi Sacram Regiam Mtem bene informent authoritateque sua efficiant, ne ex cancellaria S. R. Mtis litterae illis contrariae cuiquam concedantur. Si vero ad falsam alicuius narrationem importunam[que] instantiam aliquando concessae [2]) fuerint, tanquam iuri communi contrariae, nullum robur habere a Sacra Regia Mte decernantur.

[1]) Ed. inter. — [2]) Cod. aliquam necesse.

Quod si quis perversa cupiditate impulsus cuiusvis potestatis praetextu in monasteria eorumque bona se intruserit, is ultra poenas sacris canonibus sancitas, pro violatore iuris et libertatis ecclesiasticae habeatur totiusque cleri nomine contra eum Sacrae Regiae Mtis praesidium imploretur.

18. Dabunt autem operam dni locorum ordinarii secundum formam a sacris canonibus et statutis provincialibus praescriptam, ut monasteria, tam virorum quam monialium, reformentur, ut quemadmodum ab initio, religioni, pietati, vitae sanctitati, doctrinae atque disciplinae sunt dedicata, ita etiam hoc tempore in eis haec eadem vigeant, suscitentur ac retineantur et eorum seminaria in ipsis instituantur scandalaque omnia et abusus, quicunque reperti in eis fuerint, procul inde amoveantur et arceantur.

19. Quoniam vero per negligentiam superiorum temporum bona et possessiones monasteriorum contra omne ius et fas per praelatos eorum sunt dissipata et alienata, sacra sinodus, inhaerendo prioribus constitutionibus, statuit et decernit: quae sunt alienata [1], per ipsosmet alienatores sine ulla excusatione intra annum recuperentur, et in pristinum statum restituantur, quod nisi factum fuerit, locorum ordinarii anno elapso contra eos iuxta statuta provincialia procedant. Ad ea vero, quae per eorum antecessores sunt alienata, primo quoque tempore pro viribus recuperanda per ordinarios remediis oportunis compellantur, et quantum in ipsis est, consilio atque patrocinio ipsorum adiuventur.

20. Decernit et statuit sinodus, inhaerendo decreto sacrosancti concilii Tridentini, ut regulares quibus nulla animarum cura incumbit, ab administratione sacramentorum et praedicatione verbi divini extra sua monasteria praesertim vero ab absolutionibus excommunicatorum, quae plerumque in praeiudicium parochorum contra sacros canones et statuta provincialia facere consueverunt, sine facultate ab ordinariis concessa abstineant, alioqui per eosdem ordinarios coerceantur.

21. Apostatae [2], qui sine licentia superiorum suorum vagari et de uno ad aliud monasterium comeare solent, per locorum, in quibus sine litteris superiorum suorum reperti fuerint, ordinarios in vincula coniiciantur, et ad monasteria per eos deserta remittantur. Qui vero tales ad sua monasteria recipere ausi fuerint, poena quinquaginta marcarum per suos ordinarios ad praelatorum, quos deseruerint, delationem mulctentur [3].

22. Decimae ex bonis spiritualium quorumcunque libere sine ullo impedimento tam ipsorum quam suorum praefectorum per eos, ad quos pertinent, percipiantur, ut ne laici eorum exemplo deinceps scandalisentur. Quod

---

[1]) Ed. ut ea quae sunt alienata. — [2]) Ed. Regulares. — [3]) Ed. Qui vero tales ad sua monasteria recipere ausi fuerint, poena suspensionis afficiantur.

si quis ex spiritualibus per se, vel per procuratores bonorum suorum earum libertatem impediverit Rmi dni archiepiscopus et episcopi in sinodo provinciali de se conquerenti poenas[1]) dupli aestimationis ipsarum luant. Ceteri vero inferiores ad iudicium ordinarium vocati, in eo legitime convicti in simili [poena] condemnentur. Quod si aliqui proventus per aliquos ex spiritualibus sint adempti, ad eos restituendos in sinodis tam provincialibus, quam diocesanis ac etiam iudiciis ordinariis compellantur.

23. Ad tollendos abusus in administratione sacramentorum eorumque uniformem administrationis formulam in tota provincia instituendam, sacra sinodus decrevit, ut ea, quae vulgo apellantur Agenda, per Rmum dnum episcopum Wladislaviensem recens edita, ab omnibus, ad quos sacramentorum administratio pertinet, habeantur, ex eorumque praescripto omnia fiant et procurentur.

24. Eadem sacra sinodus, ad tollendam varietatem in orationibus et cantu ecclesiastico, missalia et breviaria Romana, ex authoritate sacrosancti concilii Tridentini conscripta atque edita, in usum provinciae istius recepit, ad eaque universum cantum ecclesiasticum conformari praecipit, ac ut in singulis diocesibus tam in cathedralibus, quam in collegiatis atque parochialibus deputentur homines eiusmodi[2]) periti, qui indices librorum, quibus cantus ecclesiasticus continetur, debito ordine conficiant et ad instar missalium atque breviariorum Romanorum conscribant, quod si quid in antiquis gradualibus et antiphonariis ad praesens institutum desideratum fuerit, id sumptu episcoporum et capitulorum conscribatur et suppleatur. Quod institutum ante proximam sinodum provincialem perfici et in usum deduci sinodus omnino vult et mandat.

25. Bona ecclesiastica post mortem quorumvis praelatorum spoliari et deformari non permittantur omniaque, quae in eis in possessionem venienti praelato tradita fuerunt, secundum inventaria, iis, ad quos provisio bonorum vacantium pertinet, integre reddantur, ac insuper quidquid clavo affixum fuerit, loco suo relinquatur.

26. De intestatis vero Rmis dnis archiepiscopis et episcopis canones veteres et statuta provincialia per omnia robur suum obtineant[3]).

27. Ad maiorem reverentiam sacrosancti sacrificii missae, ut nullum sacrum p.... lium a quoquam sacerdote in celebratione summae missae habeatur.

28. Sancta sinodus decernit, ut corporalia[4]), calices, purificatoria et alia ad sacrificium missae necessaria in ecclesiis sint munda et benedicta[5]), ita, ut

---

[1]) Ed. poenam. — [2]) Ed. eius rei. — [3]) W edycyi artykuł ten stanowi z poprzedzającym jedną całość. — [4]) Cod. decernit corporaliaque. — [5]) Ed. munda, benedicta et consecrata.

in visitationibus omnia haec debito ordine reperiantur sub poenis suspensionis incurrendis, arbitrio ordinarii moderandis [1]).

29. Cum tota ratio emendandae vitae in examine conscientiae versetur, ideo sancta sinodus decretum sacrosancti concilii Tridentini executioni demandando [2]) statuit, ut [3]) non solum circa ecclesias cathedrales, sed etiam collegiatas sint docti confessarii seu poenitentiarii, qui confessionem audiant et eos, qui ad confessionem veniunt, diligenter examinent, non contenti generali peccatorum confessione, cum post intimum de peccatis dolorem, qui in poenitente [4]) requiritur, nihil magis necessarium sit, ut rite peragatur confessio, quam diligens discussio et inquisitio de specie et numero peccatorum et eorum circumstantiis peccatum aggravantibus. Ut autem in confessionibus audiendis instructiores sint parochi, decernit sacra sinodus, ut parochi, prae manibus habeant directorium Iohannis Polanci, theologi Societatis Iesu, et summam aliquam, utpote Silvestri, Thabianae etc.

30. Ad maiorem detestationem haeresum et ut servetur decretum sacrosancti concilii Tridentini, sinodus inhibet, ut nullus haereticorum liber in scholis praelegatur, cathechismus vero Romanus seu alicuius viri catholici omnibus scholis publice legatur [5]).

31. Statutum antiquum innovando sacra sinodus decernit, ne bibliopolae vel impressores libros imprimere, vel undecunque advectos vendere audeant, priusquam per rectorem scholae Crac. recogniti et approbati fuerint [6]), contra quos petendum est a Sacra Regia Maiestate, ut ultra ipsorum librorum amissionem gravior aliqua poena statuatur [7]).

32. Ut forma et modus in providendis ecclesiis parochialibus iuxta sacrosancti concilii Tridentini decretum servari possit, deputavit sancta sinodus ad examinationem parochorum instituendos Rdos viros in dioecesi Gneznensi: Simonem Borssinski canonicum, Andream Probuczki praebendarium Gneznenses, Vincentium Rudki priorem Sanctae Trinitatis Lovicii, sacrae theologiae professores, Iacobum Woronieczki praepositum Loviciensem, Iohannem Kąkolewski, Iohannem Rembielinski, Iohannem Szikorski iuris utri-

---

[1]) W edycyi ten i poprzedni artykuł złączone zostały w ten sposób, że z pierwszego zatrzymano 6 pierwszych wyrazów, resztę zaś opuszczono. — [2]) Cod. demandato. — [3]) Cod. et.— [4]) Cod. impetentem.

[5]) Art. ten w edycyi brzmi: »Ad maiorem detestationem haeresum et ut servetur decretum sacrosancti concilii Tridentini, sinodus inhibet, ut nullus haereticorum liber, praesertim in scholis legatur, neque a quoquam retineatur, iuxta concilium Tridentinum et Indicem Romanum. Cathechismus vero Romanus solus omnibus scholaribus publice legatur.

[6]) Ed. priusquam examinati probatique fuerint ab ordinario iuxta decretum concilii Tridentini. — [7]) Ed. poena statuatur, praeter alia sancita ab eodem concilio Tridentino et ab Indice Romano.

usque doctores, canonicos Gneznenses, et Tomam Drobnin canonicum et officialem Loviciensem.

In dioecesi Cracoviensi: Rdos dnos Stanislaum Krasinski archidiaconum, Martinum Izdbienski de Rusiecz scholasticum, Sigismundum a Stezycza iuris utriusque doctores, Albertum Nininski, Martinum Pilznensem s. theologiae doctores canonicos Crac. et Albertum Prusszkowski archidiaconum Zawichostensem in ecclesia Cracoviensi.

In dioecesi Wladislaviensi: Mathiam Wieliczki decanum, vicarium in spiritualibus et officialem generalem, Iosephum Conarzewski iuris utriusque doctorem archidiaconum, Mathiam Kielpinski cantorem et Lucam ab Unieiow canonicum Wladislaviensem.

In Poznaniensi: vero Iohannem Powodowski praepositum, Iohannem Piotrowski custodem, Michaelem Slawinski et Iacobum Brzezniczki, canonicos Poznanienses.

In dioecesi Plocensi . . . . [1] [2]

33. Decernit et statuit sacra sinodus, ut bulla Coenae Domini singulis annis[3]) dominica prima adventus et quadragesimae promulgetur et declaretur populo in sacris contionibus, ut confessarii sciant omnes casus summo pontifici et ordinariis reservatos.

34. Formula examinationis eorum, qui ad episcopatus nominantur, a sinodo constituta suae Sanctitati offeratur.

35. Decretum sacrosancti concilii Tridentini adversus matrimonia clandestina inviolabiliter iubet sacra sinodus observandum. Propterea curent ordinarii hoc ipsum decretum populo publicari et explicari in singulis parochialibus suarum diocesum[4]), idquo primo anno quam saepissime, deinde vero quoties expedire viderint.

36. Quoniam nonnulli ex sacerdotibus, qui in ceteris catholicos se esse profitentur, eo audaciae atque dementiae progrediuntur, ut sibi uxores ducere licere existiment, et de facto nuptias celebrant, sacra sinodus inhaerendo canoni sacrosancti concilii Tridentini declarat talium copulationes esse illegitimas et incestas, et tam eos, qui talia audent, quam illos, a quibus in suis dioecesibus tolerantur, sententia anathematis ferit, eamque ipso facto

[1]) Luka w rękopisie.

[2]) Art. ten w edycyi brzmi: »Ut forma et modus in providendis ecclesiis parochialibus iuxta sacrosancti concilii Tridentini decretum servetur, moneutur omnes episcopi, ut in suis primis sinodis diocesanis deputent examinatores ex praescripto dicti concilii et inter dictos deputatos non comprehendant suos vicarios generales, cum concilium dicat, quod examen fiat ab Episcopo sive, eo impedito, ab eius vicario generali, atque ab aliis examinatoribus.«

[3]) Ed. singulis annis primo quoque tempore promulgetur et deinde Dominica prima. — [4]) Cod. dioecesiarum.

illos incidisse declarat. Ac si qui ex dnis episcopis tales deinceps ausu temerario toleraverint, ad Summum pontificem sunt deferendi.

37. Seminaria apud cathedrales ecclesias tum etiam in monasteriis [1]), ex decreto concilii Tridentini statutorumque provincialium praescripto [2]) primo quoque tempore instituantur, et quae iam antea instituta fuerunt, diligenter retineantur. Scholae vero veteres apud collegiatas et parochiales ecclesias, ut praeceptores idoneos et subsidia ad vitam necessaria habeant, ii, ad quos pro locorum varietate pertinet, provideant [3]).

38. Schola vero Cracoviensis cum ceterarum regni istius scholarum sit mater et magistra, in omnesque partes regni doctrina atque eruditio [4]) ipsius defundatur, Rmi dni archiepiscopus Gneznensis et episcopi rogatu totius cleri ad augendum professoribus illius stipendium, deducendo in effectum id, quod iam antea in sinodo Petricoviensi anno dni 1542 erat constitutum, ultro susceperunt, ac etiam in alios non ad praesens solum, sed etiam in posterum omne tempus constituerunt, ut quotannis pro festo Sancti Martini initio sumpto a proximo illius festo dent et conferant Rmi dni archiepiscopus Gneznensis et episcopus Crac. centenos aureos Ungaricos singuli, Cuiaviensis vero, Vilnensis, Poznaniensis atque Plocensis centenos florenos singuli per triginta grossos computando, Culmensis octuaginta florenos, Przemisliensis totidem, Luccoriensis et Chelmensis singuli quadraginta florenos. Ut autem isthaec extraordinaria stipendiorum accessio iuste et cum fructu studiorum distribuatur, sacra sinodus Rmo dno episcopo Crac., ad quem tanquam cancellarium Universitatis loci illius cura potissimum pertinet, adiunxit quatuor alios reformatores, viros prudentes et graves, Rdos dno Stanislaum Kraszinski archidiaconum, Martinum Izdbienski de Russiecz scholasticum Crac., Christopherum Drozdowski archidiaconum et Iacobum Gorski canonicum Plocensem iuris canonici in eadem schola professorem. Quorum munus erit saepius ac diligentius scholam ipsam visitare, professorumque ingenia, eruditionem, diligentiam et fructum in docendo attentius considerare, ac inter eos pro cuiusque merito atque dignitate eam ipsam pecuniam quotannis iuste distribuere, ignavis et inertibus et qui parvum vel nullum docendo faciunt fructum, si qui tales reperti fuerint, ab ea penitus exclusis. Eisdem etiam dominis reformatoribus sacra sinodus dedit potestatem reformandi, et quantum fieri potest, in meliorem statum redigendi, tam in docendo, lectionibusque atque earum ordine instituendo atque mutando, quam in vita atque moribus scholarium ac professorum corrigendis [5]). Qui quidem dni reformatores praefatam

[1]) W edycyi czterech ostatnich wyrazów niema. — [2]) Ed. praescripto, quatenus tamen ea non adversentur decreto concilii Tridentini primo quoque tempore. — [3]) Cod. provideatur.

[4]) Cod. eruditione.

[5]) W Edycyi po tym wyrazie zamiast ustępu, który podajemy według rękopisu, czytamy co następuje: »praecipue vero providendo, ut in dicta schola sacrae scripturae lectio ad catho-

pecuniam tempore constituto percipient, et si qui in ea transmittenda negligentiores fuerint, eos in proxima sinodo provinciali toties, quoties dare neglexerint, poena dupli mulctandos deferant, ipsi quoque muneris sui rationem in qualibet sinodo reddere debebunt. Quoties vero quemcunque ex eis mutari vel fatis concedere contingerit, toties alium aeque idoneum, qui Cracoviae praesens vel saltim frequens sit, in eiusdem locum sinodus provincialis vel capitulum Crac. per sinodum provincialem confirmandum subroget. Roganda est etiam Sacra Regia Maiestas, ut hanc ipsam constitutionem de schola Crac. authoritate sua approbet et confirmet ac in eundem usum aliquod beneficium vel beneficia praesentationis suae loco illi attribuat, ex quo certa pensio annua per reformatores deduceretur ad augendum hoc ipsum stipendium.

39. Sacra sinodus provincialis decretum sacrosancti concilii Tridentini [de] deputandis et assignandis in singulis diocesibus iudicibus, quibus postea praeter loci ordinarios debent causae a Sancta sede Apostolica vel eius legatis vel nuntiis committi, in executionem deducendo, personas infrascriptas in huiusmodi iudices deputavit et assignavit. Primo in diocesi Gneznensi: Rdos et venerabiles dnos Clementem Rudniczki custodem, Iohannem Kąkolewski, Iohannem Rembielinski, Iohannem Szikorski iuris utriusque doctores, Iohannem Piotrowski canonicos Gneznenses, Thomam a Drobnin canonicum et officialem ecclesiae collegiatae Loviciensis.

In diocesi Cracoviensi: Stanislaum Krasinski archidiaconum, Martinum Izdbienski de Rusiecz scholasticum, Sigismundum a Stezycza iuris utriusque doctores et Albertum Pruszkowski archidiaconum Zawichostensem in ecclesia Cracoviensi.

In Wladislaviensi: Mathiam Wieliczki decanum, Iosephum Konarzewski archidiaconum, iuris utriusque doctores, Sebastianum Koszkowski et Lucam ab Unieiow canonicos Wladislavienses.

In diocesi Poznaniensi: [Iohannem Powodowski praepositum, Iohannem Piotrowski iuris utriusque doctorem, custodem, Iacobum Brzeznicki, et Michaelem Slavinski, canonicos Poznanienses] [1].

---

licae fidei defensionem et incrementum sacraeque doctrinae conservationem et propagationem habeatur illudque cavendo, ut nemo suae prudentiae innixus in rebus fidei et morum ad aedificationem doctrinae Christianae pertinentium sacram scripturam ad suos sensus contorquens, contra eum sensum, quem tenuit et tenet sancta mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu et interpretatione scripturarum sacrarum, aut etiam contra unanimem consensum Patrum, ipsam s. scripturam interpretari audeat, etiamsi huiusmodi interpretationes nullo unquam tempore in lucem edendae forent; ac, qui contravenerint, poenis a iure statutis puniantur, quemadmodum et decretis concilii Tridentini est sancitum. Praeterea, ut in quaque facultate professores, antequam ineant munus publice legendi, professionem fidei ex praescripto bullae s. memoriae Pii IIII emittant, in hanc formam, videlicet«: Tu następuje wyznanie wiary zupełnie takie same, jakie pomieszczone zostało w pierwszym artykule edycyi z r. 1578.

[1]) Wyrazy w klamrach brakują w rękopisie i zostały uzupełnione z druku.

In diocesi Plocensi: [Paulum Glogowski decanum, Stanislaum Slonski Theologiae doctorem, Paulum Makolin abbatem vicariumque in Spiritualibus ac officialem generalem necnon Nicolaum Konarski canonicos Plocenses][1].

40. Rmus dnus episcopus Wladislaviensis ex decreto concilii [2]) Tridentini [et] praesentis sinodi contra Venerabilem Georgium ab Eden praepositum Zukoviensem, cui terminus comparendi authoritate sinodi Wladislaviensis proxime praeteritae in hac sinodo provinciali ea causa praefixus erat, quod villam conventus sui...[3]) quatuor millibus florenorum vendiderit et alienaverit, tanquam legatus Apostolicus procedere debet. Similiter contra abbates Olivensem, Pelplinensem et Coronoviensem ac praepositum Zarnovecensem [4]), qui ad seminarium anno Domini 1568 in sinodo Wladislaviensi per Rmum dnum episcopum constitutum [5]) vigore obligationis suae nihil contulerunt.

41. Nuntii ex hac sinodo designati ad Sanctissimum dominum nostrum Gregorium Papam XIII: Rdus dnus Iacobus Brzezniczki canonicus Poznaniensis, ad Serenissimum [vero] principem et dnum dnum Stephanum, Dei gratia regem Poloniae etc., Rdi dni Iohannes Demetrius Solicowski scholasticus Wladislaviensis et Lanciciensis ac Hieronymus Powodowski canonicus Poznaniensis.

42. Decretum est communi consensu totius sinodi, ne constitutiones praesentes publicentur, priusquam Sanctissimae sedis Apostolicae litteris specialibus fuerint emendatae, correctae et confirmatae.

XXIV.

Potwierdzenie papieskie uchwał synodu prowincyjonalnego z r. 1577.

Iacobus Uchanski, Dei et apostolicae sedis gratia Archiepiscopus Gnesnensis, legatus natus et Regni Poloniae Primas, Reverendissimis in Christo patribus dominis Leopoliensi Archiepiscopo aliisque Episcopis provinciae nostrae fratribus in Christo charissimis, necnon universis et singulis, quibus interest, intererit aut in futurum quomodolibet interesse poterit, salutem in Domino.

Litteras confirmationis suprascriptarum constitutionum sinodi provincialis nostrae nuper celebratae mandatique Sanctissimi in Christo Patris Domini nostri Domini Gregorii, Divina providentia Papae XIII, in pargameno sub forma brevis scriptas et sigillo sub annulo piscatoris more Romanae Curiae obsignatas, sanas, salvas, integras, non vitiatas nec in aliqua parte

[1]) Wyrazy w klamrach brakują w rękopisie i zostały uzupełnione z druku. — [2]) Ed. sacrosancti concilii. — [3]) Luka w rękopisie. — [4]) Ed. Zarnovensem. — [5]) Ed. institutum.

suspectas noveritis nos cum ea, qua decuit, reverentia recepisse, huiusmodi verborum sub tenore.

Venerabili fratri Iacobo Archiepiscopo Gneznensi Gregorius Papa XIII. Venerabilis frater salutem et apostolicam benedictionem. Ex litteris Fraternitatis tuae, communi ceterorum episcoporum clericorumque omnium nomine conscriptis, atque ex actis sinodi istic confectae apertissime cognovimus, quanta cum laude et status ecclesiastici dignitate ac Dei gloria versati sitis in re gravissima atque a nobis bonisque omnibus optatissima, in quo etiam certo scimus, fuisse tuam operam praestantissimam. Legimus igitur diligentissimeque consideravimus eius sinodi acta et decreta, eaque etiam a venerabilibus fratribus nostris cardinalibus sacri concilii Tridentini interpretibus considerari voluimus: Fuerunt reperta omnia sapienter pieque constituta, et tum clero tum regno universo conducibilia ac salutaria. Ea igitur remittimus paucis aliquot tum mutatis, tum, ut aptissime convenire videbatur, appositis. Hortamur igitur atque apostolica auctoritate quam a Dei benignitate accepimus iubemus, ut eius sinodi decreta omnia quam diligentissime atque inviolate serventur. Illud etiam eadem auctoritate prohibemus, ne quis Episcoporum clericorumve utatur scriba, consiliario, secretario aut alio officiali heretico. Docent enim sancti patres haereticorum, hominum non modo convictum et consuetudinem, sed etiam sermonem vitandum esse: neque decere illos nimis honorificis verbis appellare; tam exitiosam vero pestem tamque catholicis omnibus infensam nutrire atque in honore habere, perversissimum atque ab omni ratione alienissimum est. Faciet igitur Fraternitas tua, ut hoc nostrum mandatum ad ceteros quoque fratres episcopos, quorum communi nomine litteras ad nos dedisti, perveniat, quibus autem non poteris has nostras litteras coram legere, ad eos exemplum mittes hortaberisque, ut clericos suos moneant nostraeque huius voluntatis certiores faciant. Nihil enim est, quod tam cupiamus quam Dei gloriam, atque animarum salutem, utrique rei insidiari nunquam desistunt haeretici. Cetera ex nuntio nostro cognosces eique fidem tribues. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die XXIX Decembris MDLXXVII Pontificatus nostri anno sexto. Ant. Buccapadulius.

Quae omnia et singula praemissa vobis Reverendissimis Dominis ceterisque suprascriptis significamus, intimamus et ad notitiam deducimus, hortantes easdem (s), ut omnia et singula tam in praedictis constitutionibus sinodi, quam etiam litteris apostolicis contenta et descripta per dioceses vestras publicari et ab omnibus clericis observari curent. Et ut huiusmod litteris Apostolicis fides adhibeatur ad notitiamque omnium et singulorum perveniant, exemplum illarum fideliter de verbo ad verbum descriptum manu nostra propria subscriptum et sigillo communitum ad calcem huiusmodi sinodi provincialis constitutionum adscribere et apponere iussimus et mandavimus. Datum in arce nostra Loviciensi, die XIX mensis Februarii anno Domini MDLXXVIII, indictione VI, pontificatus praelibati Sanctissimi Do-

mini nostri Papae anno sexto. Praesentibus ibidem Reverendis ac venerabilibus dominis Sebastiano Magnuszewski archidiacono, Iohanne Piotrowski custode Loviciensi, Francisco Lipski archidiacono Lanciciensi, Iohanne Sikorski, Iohanne Rembielinski I. U. doctoribus et Felice Rembielinski Gneznensibus, Stanislao Grochowski Unieoviensis, Iohanne Makowski Lanciciensis ecclesiarum canonicis testibus.

Idem Iacobus Uchanski
Archiepiscopus, qui supra, suscripsit. Locus sigilli.

XXV.

Uchwały synodu dyjecezalnego w Iłży z r. 1580.

Acta et constitutiones sinodi diocesanae Cracoviensis A. D. MDLXXX die XIIII mensis Martii Ilzae habitae.

Sinodus diocesis Cracoviensis A. D. MDLXXX, die XIV mensis Martii ritu solenni, invocato Spiritus Sancti numine et sacrificio missae in ecclesia parochiali Ilzensi orationibusque pro re praesenti convenientibus ad Deum Optimum Maximum factis, ad laudem inprimis et gloriam Dei, deinde ad totius diocesis Crac. publicam utilitatem et morum ac disciplinae ecclesiasticae in clero reformationem habita, praesidente Rmo in Christo patre et dno dno Petro Miskowski Dei gratia Epo Crac. ac praesentibus Rdis DD. Stanislao Crassinsky archidiacono. Christino Drosdowski canonico ecclesiae Cathedr. Crac., eiusdem ecclesiae nuntiis, Andrea Karviczki Vąchocensi, Thoma Polanowski S. Crucis Calvi montis, Nicolao Luboraczki Pocrivnicensi, Nicolao Sandecensi abbatibus ac aliis omnibus abbatibus, praepositis, collegiatis et aliis ecclesiis per nuntios suos comparentibus et absentiam suam iustis et gravibus de causis excusantibus.

1. Inprimis haec diocesana sinodus audita gravi, pia ac salutari Rmi Dni Epi sui in publico consessu universi cleri admonitione, qua Rma Ptas sua et antiquorum conciliorum et proximi sacri oecumenici concilii Tridentini et provincialium sinodorum, praesertim vero Petricoviensis sinodi tercio ab hinc anno celebratae, commemoratione facta, in quibus omnibus ea, quae ad officium clericorum pertinent, summa cum pietate et gravitate sancita et praescripta sunt, pro suo pastorali officio omnes iis de rebus imprimis, quae ad Dei laudem eiusque divinum cultum ac religionem catholicam sancte ac integre servandam pertinent; deinde, quae ad mores et disciplinam ecclesiasticam spectant, diligenter admonuit, ut quisque et officio suo debito in ecclesia Dei satisfacere et mores suos, si vitio et reprehensione non carerent, corrigere

et emendare studerent, non obscure ostendens multos esse, qui contra sacros canones omnium, quotquot antea habita sunt, conciliorum ebrietati, usuris concubinatui, adulteriis et aliis multis ac pene innumerabilibus turpibus et publicis vitiis dediti et ecclesiae Dei dedecori et Christifidelibus maximo scandalo sint, decrevit et praesenti decreto decernit et constituit, ut omnes et singuli clerici in diocesi Crac. constituti publicis litteris Rmae Ptis eius admoneantur, ut memores vocationis et status sui clericalis in debito officio suo se contineant ac ab iisce publicis vitiis et scandalis sibi caveant. Praeterea qui beneficia ecclesiastica cum animarum cura coniuncta vel quae necessario personalem residentiam requirunt, obtinent, exceptis illis, qui in S. Regiae et Reginalis Mtis et Reipublicae negotiis vel in studiis litterarum, facta illis a Dno loci ordinario ad id potestate, versantur, ac qui etiam obsequiis eiusdem Dni loci ordinarii addicti sunt, ut ii omnes et singuli in eiusmodi beneficiis suis per se resideant et debito officio satisfaciant. Et qui etiam ex illis ad sacros ordines promoti non sunt, ut se primo quoque tempore ordinari curent. Quodsi praemissa eiusmodi monitione facere aut noluerint aut non curaverint, Rmus Dnus loci ordinarius poenas in eos ac eorum quemlibet iuxta sacrorum canonum praescriptum extendere debebit.

2. Cum provincialium sinodorum constitutionibus diligenter cautum et prohibitum sit, ne qua contributio extra eiusmodi sinodos decernatur, praesens diocesana sinodus non paucis iisque gravibus causis adducta decrevit ea in re ab illis constitutionibus non esse discedendum, tamen pro suo erga Serenissimum Regem dnum suum clementissimum debito studio ad prosequendum cum Moscho bellum subsidio pecuniario, quale anno abhinc tertio in sinodo provinciali Petricoviensi decretum fuit, se Mti eius non defuturam unanimi consensu obtulit modo, ut hoc subsidium in provinciali sinodo decernatur, quae ut quanto fieri poterit, celerius post Pascha cogatur Rmus Dnus Epus Crac. se per litteras cum Rmo Dno Archiepiscopo Gneznensi acturum recepit.

3. Decrevit etiam eadem sinodus, ut cum Serenissimus Rex noster bellum sibi contra Moschum prosequendum esse decreverit, supplicationes publicae pro salute et incolumitate ac felici in hoc bello successu Mtis eius ac universi exercitus sui per totam diocesim habeantur et litterae processus ea de re dimittantur.

4. Agendae ut sint in omnibus ecclesiis secundum constitutionem sinodi provincialis Petricoviensis et in ecclesiis parochialibus oppidorum et villarum ut habeatur postilla a Iacobo Vągrovicio iesuita non ita pridem lingua vulgari edita, eadem sinodus decrevit.

5. Quoniam in ecclesia Crac. Cathedrali et in aliis collegiatis ecclesiis impositus est missarum celebrandarum magnus numerus ex fundatione altarium per altaristas adimplendus, his autem calamitosis clero temporibus

redditus ad huiusmodi altaria partim sunt deperditi, partim etiam ita diminuti, ut ob non residentiam altaristarum ac penuriam aliorum sacerdotum (quae ex praedicta causa evenerunt) missae huiusmodi non adimpleantur. Eodem modo magnus quoque numerus decantandorum anniversariorum venerabili capitulo Crac. impositus est et nonnullorum quidem perexigui sunt annui census, ita, ut si singuli anniversarii decantari deberent, sepius contingeret plus impendere de suo capitulares pro oneribus eorundem anniversariorum deducendis, quam ex censu huiusmodi anniversariorum ad thesaurum capituli provenire consuevit. Quare eadem sinodus decrevit, ut Rmus Dnus loci ordinarius auctoritate a sacro Tridentino concilio ordinariis delegata hisce incommodis occurrat secundum eiusdem concilii praescriptum in cap. Contingit Sess. ultima, cum hisce de rebus requisitus fuerit.

6. Visitationes archidiaconorum et aliorum, ad quos de iure pertinent, ut suis temporibus fiant iuxta concilii Tridentini et sinodi provincialis Petricoviensis decretum sub poenis sacris canonibus in eos sancitis, eadem sinodus decrevit.

Petrus Miskowski
Epus Crac. suscripsit. L. S.



Wykaz osób i miejscowości.

(Liczba arabska oznacza stronę).

C. K.

L.

M.


N.

T.

U.

V. W.

Z.



Wykaz rzeczy.

A

B.

D.

E.

F.

G.

H.

I. J.

L.

M.

N.

O.

P.

Q.

R.

S.

